præter S. Augustinum & vetus Pfallterium, vbi legitur *Percussus est*; quemadmodum habet etiam S. Hieronymus ex Hebræo: & tunc *eor* pro tota persona sumitur, vt ex Ennio apud Agellium ex Homero Genebrardus obseruat. Porro percutitur quidem homo peccatorum vulneribus & plagis; aret autem imbecillitate: quare? nisi quia non edit panem suum? Quis est panis eius nisi virtus? nam præcepta de virtutibus data sunt. Panis verò iste, quem hîc sanctus Propheta commemorat, *Panis est præcepti*, vt S. Augustinus ad hunc locum interpretatur. Virtus igitur est, quâ in hac vita spiritualiter pascimur, & conscientiæ morsus sedamus, eiusque possessione vitam quietam tranquillamque ducimus. Sicut cibus corporeus carnem, ita humilitas & charitas & quæuis alia virtus mentem reficit & recreat; nullusque animam habet robustam & vegetam, nisi virtutis pane pascatur, cuius defectu illicè exarescit. Sine hoc pane enim & in hac vita famem patimur, & in futura deficiemus. Quare Ecclesiasticus ait: *Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum*. ac si dicat: Cibus meritum hinc deferendus est, quo ibi pascamur, cum pro meritis æternam gloriam recipiemus.

7. *Similis factus sum pellicano solitudinis.*] Hoc loco per pellicanum, qui pullos dicitur occidere, & postea tribus diebus lugendo sanguine suo ad vitam excitare, accipiendi sunt pœnitentes, qui peccando opera sua mortificauerant; postea autem lugentes per pœnitentiam tribus diebus, hoc est tribus actibus pœnitentiæ, videlicet contritione, confessione & satisfactione, viuificant. Quoniam verò hoc in spirituali

Virtutis panis nobis maximè necessarius.

Eceli. 14, 17.

Pellicanus est symbolum pœnitentiæ.

ὄρυζον ἢ cremum quid significent.

ANNO-
TATIO-
NES CŌR-
DERII.
Thren. 3.

Osee 2, 14.

Solitudinis
sacta &
exercitio-
rum spiri-
tualium
fructus
quantiua

Coloss. 3.

Cinis sym-
bolum pœ-
nitentiæ.

pacatis solitudine efficitur, additum fuit *solitudinis*. Eiusmodi solitarium commendat Ieremias in Threnis: *Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua; sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se*. Solitarius enim est, qui in sui cordis intimo recessu eleuat se super se per contemplationem; se inquam spiritualement super se carnalem. Sic per Oseam Deus pollicetur animæ sanctæ, *Ducam eam in solitudinem*; quemadmodum scilicet olim ab Ægypto suos duxit in desertum prodigijs plenum mirandis atque diuinis. Ita enim Chaldaeus illustrat, *Operabor illi miracula & grandia facinora, qualia edidi in deserto*. Quare in illa beatissima solitudine subito se menti obijciunt & columna fulgens, & nubes, & manna, & è rupe viua scaturigines, lex diuina, non in sapphiro, sed gemmeo in corde scripta, gloria Numinis & maiestas, arca, propitiatorium, & alia infinita: quæ exemplaria sunt cælestium, & piorum documenta. Hinc fit imprimis in eo pio secessu vtilis animi conuersio ad meliora, quam antiqui sapientes summis laudibus extulerunt; & per quam Stoici aiebant animam μετακαλειν εις σοφια, mutari in sapientiam: Plato autem vocabat μεταστροφην εις νυκτεριον πειραμα, conuersionem ex nocturno quodam die, vt est apud Clementem Alexandrinum lib. 4. Strom. Cuius dicti elegantiam superauit suo B. Macarius, non doctus in profana schola, sed diuinitus imbutus, cum Hom. 44. ait, scopum illius qui verè ad Deum accedit esse μετακληθηναι εις τινεσ προτιμασ καταστας, transmutari à priori statu, & nouum hominem induere. Vnde videmus à confectis ritè exercitijs spiritualibus alios planè exire homines quàm intrauerant; cum singularis vbique animaduertatur modestia, in vitijs declinandis cautio maior, viuuda vis in bono prosequendo, illustrior in diuinis religio, actionum omnium concinna compositio, vitæ nimirum in pulcherrimam quamdam speciem commutatione. Ibi enim, quod Apostolus faciendum esse monebat, *Expoliantes veterem hominem, nouum induimus*: hoc est, vt in Psal. 129. ait S. Hilarius, *Induimus agnitionem Dei, fidem aternitatis, innocentiam sinceritatem & bonitatis mores*. Sed magnificentius quiddam ait S. Augustinus Epist. 116. vbi Nebridium ad pium secessum à tumultu communium rerum inuitans, præclare illud pronuntiauit, *Deificari in otio licere*.

10. *Quia cinerem tamquam panem manducabam*.] Potest hoc dupliciter intelligi, vt bene notat Iansenius; Primùm per figuram hypallagen, vt cinerem tamquam panem positum sit pro panem tamquam cinerem, id est sine gustu & & suauitate, perinde ac si comedissem cinerem: per quam figuram à Poëta dictum est, *Perflauit fistula buccas*, pro eo quod dicendum erat, *Perflauerunt bucca fistulam*. Secundò, vt significet se cinerem loco panis & cum pane comedisse. In puluere enim solebant iacere qui vehementer lugebant. Hinc dicit se puluerem estafesse, dum nimirum pronus in terram procumberet. Cinis porrò symbolum pœnitentiæ est: vnde antiquissimus Ecclesiæ vsus obtinuit, vt primo die Quadragesimæ, in signum temporis pœnitentiæ consecrari, Christianorum capita ci-

nere conspergantur. Pulchrè S. Bernardus Serm. 7. in Cantica hunc locum citans ait nostram pœnitentiam esse cibum Christi: *Cibus, inquit, eius pœnitentia mea, & cibus eius salus mea*, *cibus eius ego ipse: an non cinerem tamquam panem manducaui? Ego autem quia peccator sum, cinis sum, vt manducaui ab eo: mundor cum arguor; glutior cum institor; decoquor cum immutor; dægeror cum transformor; vnior cum infirmor*. Nec putandum est, cibum istum salutis nostræ, & perfectionis nostræ, quia cineri comparatur, esse gustui Domini insulsam, & ob id minus appetibilem. Nam solent interdum nimis ægroti cibos dulces & salubres horrere, & cibos insuaues postulare: ideoque Dominus, qui, vt est in Isaiâ, *Ægritationes nostras assumpsit*, & morbo impatientis amoris in cruce decubuit, cibos dulces, id est, homines corpori seruientes, & in croceis, & in lectulis delicatis lasciuientes exhorruit, & mentes contritione amaras, & cinere humilitatis cooperatas velut cibum suauissimum appetiuit.

12. *Dies mei sicut umbra declinauerunt*.] Vbi nota quòd non dixerit *sicut sol*, sed *sicut umbra*, quia hoc versiculo non solum breuitatem suæ gloriæ, sed etiam inanitatem voluit declarare, vt D. Bernardus Serm. 20. in Cant. ingeniosè obseruauit: *Declinauerunt, inquit, sicut umbra; quia præterierunt sine fructu*. Quasi diceret: Sol quidem pertransit, sed egregia virtutis suæ monumenta post se relinquit, aurum, gemmas, flores, &c. quæ solis beneficio, illapsum & afflatu nutriuntur: at verò umbra infructuosa euanescit, vtpote quæ nullos effectus edat, nec vlla sui vestigia relinquit: ita planè & humana felicitas, vmbra quàm soli similior, sic inanescit, vt penitus obliteretur, & ne minimum quidem eius indicium relinquatur.

13. *Tu autem Domine in æternum permanes*.] Opponit hinc Dei stabilem aternitatem fluxu nostræ conditioni. Nota autem Deum dici æternum; Primò, quia infinito interuallo ante omne tempus imaginabile fuit, & infinito interuallo seu infinitis sæculis post omne tempus imaginabile erit. Secundò, quia etiam omnia bona sua simul perfectissimè in vnum collecta habet, & immutabiliter ex omni aternitate in omnem aternitatem, absque omni initio & fine possidet; ita vt nulla ei fieri possit accessio, nulla decessio. Tertio dicitur æternus, tamquam supra aternitatem, & vt causa aternitatis sem potius aternitatis in creaturis: ipse enim suo potentissimo, assiduo & immutabili influxu, quo omnia creat & conseruat, est causa cur mundus, Angeli & homines in æternum sint permanuri, & duraturi vnà cum statu gloriæ vel damnationis. Denique res omnes suam durationem, ætatis mensuram, spatia viuendi & essendi, tempus nascendi & moriendi, pro sua quolibet conditione & natura ab ipso acceperunt. Plura vide apud Lessium in libro de Perfectionibus diuinis.

IBIDEM. *Et memoriale tuum in generatione generationum*.] S. Bernardus Serm. 1. de natiuitate B. Virginis adducit hunc locum Psalmi, & expendit illud nomen *memoriale*, sumptâ metaphorâ ab eis, qui totam rem, de qua acturi sunt, in summam redigunt, & exiguâ membranâ scribunt,

Isaiæ 53.

Humana gloria & felicitas vt umbra euanescit.

Quomodo Deus sit æternus.

Hic san-
tam memo-
riale &
nomen bea-
titudinis
habemus,
in celo au-
tem rem
ipsam.

bunt, vt facilius teneri & memoriz mandari possit: ita volens Deus immensam illam felicitatem in summam redigere, orbem hunc condidit, tamquam illius beatitudinis breuem recapitulationem & memoriale. Audi Bernardum: *Totius boni illic exhibitio, hic tenuis quadam libatio; ibi res, & hic nomen. Tu autem, inquit, Domine in aeternum permanes, & memoriale tuum in generationem & generationem. Generatio & generatio non Angelorum, sed hominum est. Vis scire quia nomen & memoriale eius in nobis est presentia in excelsis? sic orabis, Pater noster qui es in calis, sanctificetur nomen tuum.* q. d. Tantum mundi gaudia beatitas excedit aeterna, vt illa solo nomine gaudia dixerit. Hoc nempe indicat Christus Dominus, dum sub hac verborum formula nobis orationem prescribit: *Pater noster qui es in calis, sanctificetur nomen tuum.* En tibi qua ratione Deo sedem in celo affigat, nudum verò nomen sanctificari dixerit in terra, vt ostendat ea quæ in terra Deus condidit vix nomen gaudiorum promereri, si cum beatitate comparentur. Sed hoc mysticum est; litteralis verò sensus habet, nostram quidem memoriam cum sonitu perire, memoriale autem Dei propagari in generationem & generationem; quia semper erunt per temporum successiones qui recordentur mirabilium operum eius. Hoc porro accidit ex eo quòd Deus numquam obliuiscatur misereri populi sui; quare subdit:

Isaie 51.

Math. 6.

Humana gloria & felicitas vt ombra et eumscit.

Deum exurgens in auxilium suum.

14. *Tu exurgens misereberis Sion.*] Vbi notandum est verbum *exurgendi*, quod symbolum est animi prompti ad opitulandum, qui vires omnes cupiat exerere ad incommoda minuenda, ad subleuandam miseriam non modò animi, quæ maximè diuinum pectus attingit, verùm & externarum calamitatum. Vide quæ superius ad Psal. 11. vers. 6. annotauimus: vbi Deus se propter miseriam inopum & gemitum pauperum exurrecturum pollicetur. Vox autem *Sion*, vt Græcus Scholiastes notat, ἀμφοτέρωθεν ἰσχυρός, ἢ ἀβυθός, ἢ δολύχον, utroque modo exponitur, & impernia & sitiens; id est desolata, & indigens: quæ duæ conditiones diuinam quam maximè misericordiam prouocare solent ad miserendum. Designat autem Ecclesiam, quæ prioribus sæculis propter suam sterilitatem atque filiorum paucitatem à Deo quasi derelicta dicebatur; iuxta illud, *Vt mulierem derelictam & mœrentem spiritum vocauit te Dominus, & uxorem ab adolescentia abiectam*: quam ob causam & dixit ipsa *Sion*; *Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei.* Itaque exurgens Domine misereberis Sion, & consolaberis mulierem hanc spiritu mœrentem, & sterilitatem suam in Spiritu sancto deplorantem: quid autem ei adferes misericordiz aut solatiij? *Ad puerum* (inquit ibidem Dominus) *in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.* Atque hoc est quod hinc sequitur: *Quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.* de quo scilicet Apostolus ait: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.*

Isaie 54.6.

Isaie 49. 14.

Isaie 54.7.

1. Cor. 6.

eius.] Hi lapides, vt pulchrè in Græco Commentario expositum est, sunt Apostoli, qui seruis Dei, id est Prophetis, placuerunt: itaque à sacris Viribus illi iisdem nuncupantur *lapides sancti*, eleuati super terram in sublime, & ad omni vilium rerum contagione secreti: sic enim disertè Zacharias: *Lapides sancti eleuabuntur super terram.* In Hebræo est *lapides* נִזְרֵי נֶזֶר: quæ vox significat sanctitatem, consecrationem, electum, pulchrum, pretiosum, coronam vel diadema: vnde factum vt iste locus dissimili quadam ratione ab eruditis vertatur: ab Isidoro Clario enim dicuntur *lapides petrosi*, in Æthiopico, *sanctificationis*, à Pagnino *lapides corone*, à Vatablo, *lapides consecrati*, à Septuaginta & Vulgato, *lapides sancti*: Cyrillus Alexandrinus ait intelligi *μυσταγωγὸς ἢ διδασκαλός*, id est, *mystagogos sacris initiatos, aliorum magistros & doctores*; qui populo viam ostendunt ad æternitatem, & sanctimoniam profitentur. Hi ergo lapides sancti, & religiosissimè consecrati, eleuantur super terram, vt in ædificio spiritali Ecclesiz honestissimo sint in loco, vt decora pietatis & religionis: eleuantur vt lapides viales, qui longum iter & impeditum facientibus ad caelestem Hierusalem indicent viam: eleuantur vsque ad coronam sponsi, vt in ea sint pretiosi lapides, delectæ gemmæ, chrysolithi radiantes, qui gloriam eius, hoc est numerum fidelium, insigniant, & virtutibus sint illustres: quomodo *lapides corone* dicuntur à Pagnino: eleuantur denique hi lapides sancti vt trophæa insigniâ mundo victo, & ad Iesu dominationem adiuncto vi & virtute crucis triumphantis: quemadmodum Iosue transmissò Iordane, felicissimâ terrâ potius, duodecim erexit lapides, victoriæ titulos continentes. Hi lapides figura sunt Apostolorum, qui cum Petra Petro semetipsos Ecclesiz, in miserationibus sempiternis vbertim colligendæ, fundamenta præbuerunt. An non mirificè lapides isti placuerunt Isaie, cum in nomine Domini dixit ad hanc, de qua agimus, *Sion multâ prole donandam: Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua; & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.* Per ordinem inquit, quia inter lapides istos, qui ædificio Ecclesiz per similitudinem fundamenti materialis substrati dicuntur, ordo fuit qui recenseret in Apocalypsi: *Fundamentum primum iaspis, secundum saphirus, tertium calcedonius, & sic de reliquis.* Qui ordo in primis fuit ordo dignitatis ac potestatis, eò quòd Petrus, super quem, teste Cypriano, fundata est Ecclesia, habuerit confirmare fratres suos, & pascere seu regere oues Christi, quæ sunt capita particularium: inter quæ D. Gregorius 4. Regist. cap. 82. annumerat Paulum, Ioannem & Andream: quibus extra controuersiam annumerandi sunt & reliqui Apostoli eorumque successores.

ANNO-
TATION-
NES CO-
RDERII.
Apostoli
sunt lapi-
des Eccl-
siaz, & quæ-
las.
Zach. 9
16.

Iosue 4.

Isaie 54.
11.

Apoc. 21,
19.

Deus hu-
milium
preces re-
spicit &
exaudet.

18. *Respexit in orationem humilium, &c.*] Ita nempe Dominus (quod certè stupendum est) verba & opera non maioris, non æqualis, sed minimi serui sui, sed contemptibilis mancipij considerat, vt quidquid ipse aut verbo petierit, aut operis alicuius, v. g. ieiunij aut mortificationis oblatione postulauerit, breuissimè comple-

ANNO- tum videat. Si enim orationem ad os, & pre-
TATIO- cem ad manus referas, quibus in cælum proten-
NES COR- sis orare solemus, videbis: Dominum respicere
DE III. ad orationem humilium, dum eam complet,
& non despiciere precem iustorum, dum ipse
quali sanctis operibus victus res postulas in-
dulget.

19. *Scribantur hæc in generationem alteram.*] Ita S. Augustinus & Græci Codices: qui omnes accusatiuum habent: Latini Interpretes passim vertunt *in generatione altera*: sed prior lectio videtur Ianlenio & mihi conuenientior. Vtriusque lectionis meminit Glossa ordinaria; & sensus idem semper intelligendus est, vt præpositio *in* accipiatur pro *propter* vel *pro*: quem sensum clariùs expriment Hebræa quæ habent, *Scribantur*, vel *Scribetur hoc generationi altere*.

Religiosi
compediti
& interfecti.

21. *Vt audiret gemitus compeditorum.*] Vbi notanda in primis est diuina alacritas ad gemitus compeditorum audiendos & consolandos: per compeditos autem commodè Religiosos intelligas. Cùm enim multa peccata sint quæ diuinos oculos à terra quàm longissimè auertant, Religiosorum tamen preces efficiunt, vt in terra beneuolentissimè defigantur. De qua re consule Platam nostrum lib. 1. de Bono status Religiosi cap. 35. Deinde aduerte Religiosos appellari compeditos & interemptos: interemptos quidem, *quia carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs*: compeditos verò, inquit D. Gregorius in Psalmum 4. Pœnitentialem, quia *ligati vinculis disciplina Dei, nequaquam ad ea quæ exteriora sunt vagantur; & quasi gressum operis immobilis figunt, dum à conditoris desiderio nusquam discedunt*: compediti igitur sunt, quia monasticis legibus constringuntur; sed expediti, quia à temporalibus negotijs separantur.

Gal. 5, 24.

Dauid rogat ne moriatur imparatus.

25. *Ne remoces me in dimidio dierum meorum.*] Expende preces purpurati Vatis. Qualène dimidium dierum? Si stat sua cuique dies, quacumque occumbet, erit vltima: mors meta est. Vel taxatum est vitæ spatium, vel laxata facultas temporis arbitrio: si taxatum, tunc spiritum efflabit, nec decretum emollient preces: si liberius porrigitur ætas, quacumque mortis dies erit extrema: cur decessum in dimidio dierum timet? Quàm bellè! O vana spes mortalium! vitæ illudis amantes. Qui viuic amasius vitæ, aded vitalibus fidit auris, vt tot speret accepturus quot vixit; tot deesse credat, quot præteriere curricula: in dimidio se cogitat, nec ad finem appellere sibi suadet, etiamsi iam extremam vitæ lineam oblitteret: hinc subitò moriturus cùm moritur, nec audit ægritudinem mortis nuntium: si adolescens est, iuuentam sibi iudicat mansuram; si senex, spatiosa sæcula quasi temporis figulus efformat. Ne Domine, precatur Dauid, moriar mihi iuuenis, dum dies meos taxo vitæ arbiter, mortis immemor: ne moriar imparatus, & parum pius: fateor te vitæ opificem: ne moriens credam dimidium vitæ superesse: *In generationem & generationem anni tui.* Difficilia verba. Quid est generatio & generatio? Aduersus generationem & generationem anni Dei aliquid emolimus, dum vitam nobis prælagimus futuram? scilicet qui sibi dimidium dierum superesse persuadet, arrogat sibi dotes

generationis diuinæ. Filius Dei diuinitatem & vitam à Patre deriuat: & si metiaris, calculumque Theologus explores, tantum inuenies sibi vitæ superesse, quod vixit: nam æternitas semper erit quod fuit; quippe lubricæ successione expers, & indiuisibili fixa statu quidquid æternum habuit, habebit æternum. Ne igitur reuoces me in dimidio dierum meorum, dum generationem & generationem anni tui mihi præsumens, tot annos me victurum sperem quot vixi: te etenim solum vitæ opificem recognosco.

26. *In principio tu Domine terram fundasti.*] Vulgata legit *Initio*. Significat autem Propheta Deum esse primum rerum omnium principium. Omnis enim res creata, quantumuis à multis causis dependeat (sicut patet in plantis, & animalibus & arte factis) vltimò tamen in illum, tamquam in primum omnium istarum causarum causam, reducuntur.

Deum est
primum
principium
rerum om-
nium.

Dicitur autem primum principium; Primò *antiquitate*: nihil enim ante ipsum aut cum ipso ab æterno fuit, quod sit causa rerum; sed quæcumque sunt alie rerum causæ seu principia, sunt infinito tempore posteriora.

Secundò *dignitate*, vt pote supremum; cùm nihil supra ipsum esse possit, à quo ipse potuerit accipere, vt esset rerum causa: nemo illi vim faciendi contulit, nemo modum faciendi ostendit, aut ideam exhibuit; nemo suauit vt faceret, nemo finem proposuit, nemo iuuat, aut cooperatus est; sed omnia à seipso habuit, & per se præstitit: ipse ex se habet infinitam potentiam quiduis extra se & intra se fabricandi; ipse à se omnem artem & sapientiam & ideam omnis operis conceptibilis; ipse à se omne consilium & inclinationem ad opus condendum; ipsemet est finis vltimus totius operis; ipse solus per se nemine cooperante aut materiam subministrante sine vllis instrumentis omnia fecit.

Tertiò, quia ipse est *principium omnis principij*, supra omne principium, & causa omnis causæ, supra omnem causam; vnde sæpè à S. Dionysio vocatur *ἡ ἀρχὴ ἀρχῶν*: quibus verbis non tantum significatur ipsum esse principium omnium principiorum; sed modum ipsius causandi esse longè altiore & independentem ab omni alio principio: cùm enim omne aliud principium, & omnis causa, secundum suum esse, & secundum omnem causandi rationem, ab ipso essentialiter dependeat; ipse tamen dependet à nullo, sed est principium omnium omnino independens, infinite supra omnia principia eleuatum. *Itaque ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Ex ipso quidem, quia ex seipso tamquam originali seu radicali omnium idea omnia ab æterno concepit: *per ipsum*, quia solus nemine adiuuante omnia in tempore condidit: *in ipso*, Græcè *ἐν αὐτῷ*, id est, *propter ipsum*, vel *ad ipsum*; quia ipse omnium finis, cùm ad eius gloriam condita sint omnia.

Rom. 11.

27. *Ipsi peribunt, tu autem permanes, &c.*] Huius nempe vitæ mortalis proprium est, vt omnia senescant, & sensim ad interitum eant, nullisque aduersum nos emergentibus incommodis, solâ temporis lapsione ad senectutem tendimus, & ad mortem properamus: hoc de ipsis etiam cælis incorruptibilibus dixit Dauid, quia

quia à præfenti ftatu mutabuntur. Si igitur cæli
quali fenefcent, quia mutatione & innouatione
indigebunt, quanto magis corruptibilia ad ve-
tustatem feftinabunt: vel, fi per *caelos*, vt S. Au-
guftinus myfticè vult intelligi, *Sanctos* accipias,
illi certè non tantùm quoad corpus, quod in-
ftar veftis atteritur, fed etiam quoad fpiritualem
animæ vitam quâfi ad fenectam & vetuftatem
eunt; quia nonnullam qualitatem corruptibilem
mutantes, ad tepiditatem feignitiemque profi-
cifcuntur, & mundi curis interpellantibus ab
illo primo quo inchoarunt feruore deficiunt;
quare quotidiana fpiritus innouatione opus ha-
bent, ne per torporem penitus veterafcant. Sed
non ita Deus, de quo fubdit:

iffimus in æternum Domine. Quafi dicat: Tu
ex interitu illorum nihil de tua celfitudine &
gloria amittes. Ratio autem huius immutabili-
tatis eft; quia quidquid in fe habet vel habere
potest, habet actû per fuam effentiam: vnde non
potest ei noui aliquid accedere vel decedere, ni-
fi effentia aliquo modo varietur, quæ prorfus eft
immutabilis, vt pote infinitè fupra omne muta-
bile eleuata. Hinc vberius ipfe etiam cauffa eft
omnis firmitatis & immutabilitatis in rebus
creatis: ipfe enim mundum totumque vniuer-
fum in fuo eflè, in fuo loco, in ftatu gloriæ,
quam peracto iudicio vniuerfali virtute diuinâ
accipiet, immutabiliter in æternum conferua-
bit, fimiliter Angelos & homines, quod ad na-
turam ipforum & ftatum gloriæ vel damnatio-
nis attinet. de quo eft illa huius Pfalmi poftre-
ma prædictio:

*Deus cauf-
fa omnis
ftabilis
in creatu-
ris.*

28. *Tu autem idem ipse es.*] Scilicet im-
mutabilis; vt pote *apud quem non eft trans-
mutatio, nec viciffitudinis obumbratio*: nulla
enim quantumuis minima potest ei fieri acces-
fio vel decefio; non fubftantiæ, non potentia,
non magnitudinis, non perfectionis; non intel-
lectionis, non volitionis; non loci, non fitus;
non modi alicuius, qualifcumque demum is fit.
Perant omnes homines, omnes Angeli, totus
mundus; omnia redeant in nihilum; ipfe nihil
in fe amittet: ipfe æquè plenus gaudio, plenus
beatitudine, & omnibus bonis affluens erit: om-
nia enim illa retinet in luce fapientia, & in om-
nipotentia virtutis fuæ, in qua illi femper omnia
funt præfentia, eaque immutabiliter poffidet,
ita vt nullo modo poffint illi excideret: & ad mi-
nimum nutum ipfius omnia rurfum in fuis natu-
ris exiftent, ipfisque feruiet: vnde rerum om-
nium interitus nihil ei damni adferre potest:
quod infinuatur etiam in fuperioribus vbi dici-
tur: *Cum exorti fuerint peccatores sicut fanum,
& appauerint omnes qui operantur iniquitatem,
vt intereant in faculum faculi; tu autem Al-*

Is. 1, 17.
Deus immo-
bilis.

Pfal. 91, 8.

29. *Filij feruorum tuorum habitabunt.*]
Scilicet in cælefti patria, ad deftinatam menfu-
ram fanctitatis prouecti, ftabiles & immutabi-
les permanebunt: *& fermen eorum in faculum
dirigetur.* Habitabimus fanè in illa domo Dei,
fi filij feruorum, id eft Apoftolorum, imitatio-
ne fuerimus: habitabimus, fi femina nofta, id
eft opera nofta, innouauerimus, quæ nos ad
Regnum præcedant, & domum præparent.
Noli ergo eflè ftertilis, ait Auguftinus, *fi vis ha-
bitare; pramitte fœtus quos fequaris pramitten-
do, non ferendo: filij tui te deducant ad terram
promiffionis, terram viuentium, non morien-
tium: cum hic visis in hac peregrinatione, illi
antecedant, fufcipiant te propter refectiorem
carnalem. Filius Iofeph antecessit Iacob in
Egyptum, & ait patri fuo & fratribus fuis:
Ego pramemi preparare vobis efca. Præcedant
ergo filij tui, præcedant opera tua: quales filios
pramiferis, talis & fequeris.*

I N P S A L M. C I I. A R G V M E N T V M.

α. Ψαλμός τῷ Δαβίδ.

1. * Pfalmus ipsi David.

* Abest à
Vulgata.

Εὐχαιρία ἔχει ἑαυτὸν ἐπαρόδῳ. δι-
γείται δὲ ὅσα πεπόνθισα. τὸ τῷ ἰδὲ εἰκὸν
τῷ ἐνεργασίας, τὸ δὲ εἶσαι ὅτι μεγάλων κιν-
δύνων ἀπηλλάγησαν. τετυχηότες ἔν ὧν
ἦσαν, ὑμῶσι τὸν ἐνεργέτω. Ἀρμόζῃ δὲ
καὶ πάντι ἀθεοποῖς πιροτήρας ἀπαλλα-
γῆσι δουλείας, καὶ μείζονος ἀξιοθεῖσιν ἐλευ-
θερίας.

*Gratiarum pro reditu continet actionem:
recenset autem quanta passi sint. Hoc nam-
que beneficium declarabat, quod ostenderent
se à magnis esse periculis liberatos. Cum ita-
que que petierant impetrassent, benefactori
hymnos offerunt. Ceterum congruit etiam
omnibus hominibus ab acerbiorē feruitute
liberatis, & maiorem libertatem adeptis.*

P A R A P H R A S I S A N O N Y M I.

BΛΟΓΕΙ ἡ ψυχὴ μου
τὸν κῆριον. καὶ πάντα
τὰ ἐντὸς μου τὸ ὄνομα,
τὸ ἄγιον αὐτῶ.

BENEDIC anima mea * Do-
minum: & omnia quæ
intra me sunt * nomen
sanctum eius.

* Vulgata
domino:
* nomini
sancto
Ex anima
Deus bene-
dicendus.

D 3

Omnia

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.
* *Vulgata*
Domino:

Omnia qua intra me sunt. Id est: Omnis, inquit, cogitatio, omnisque intellectio.

2. **Benedic anima mea * Dominum: & noli obliuisci omnes retributiones eius.**

Quia in reditu multa bona consecuti sunt: per multam munificentiam ad propria reuerfi sunt, Cyro qui tunc imperabat hoc præcipiente: Deo igitur iure merito tantorum bonorum adeptionem adscribitur.

*Recenset
Dei beneficia.*

3. **Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis:**

Id est: Æquum enim est honorare illum qui frequentem peccatorum nostrorum concedit condonationem.

Qui sanat omnes infirmitates tuas.

Afflictiones ait, quas diuersimodè in Babylonia sustinuerunt.

* *Vulgata*
interitu

4. **Qui redimit de * corruptione vitam tuam:**

Tantum non corruptos, inquit, nos de nouo viuificauit.

Qui coronat te in misericordia & miserationibus.

Circumdedit enim, inquit, nos misericordiâ clementiaque ad instar coronæ.

5. **Qui replet in bonis desiderium tuum:**

Omne enim, inquit, desiderium nostrum bonitate expleuit.

Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.

Vult dicere, vetustatem nostram Babylonicam in Regnum rursus innouandam, sicut eramus aliquando. Per auem enim aquilam Regnum insinuatur.

6. **Faciens misericordias Dominus, & iudicium omnibus iniuriam patientibus.**

Ipse, inquit, est Deus qui benignitate iudicat, & iniuriam passos à malo liberat.

7. **Notas fecit vias suas**

Τὸ πάντα τὰ ἐντός μου. ἀπὸ τῆς πᾶσαι μου ἐπιθυμίας λέγει, ἔτι πάντων νόμων.

β. **Εὐλόγη ἡ ψυχὴ μου τὸν κύριον καὶ μὴ ἐπιλανθάνει πάσας τὰς ἀγαποδόσεις αὐτοῦ.**

Ὅτι ἐν τῇ ἐπιπόσει πολλὰν τετυχάσασθαι ἀγαθῶν. ὅτι πολλῆς γὰρ τῆς δωροδοσίας ἐπιπλήθυνεν εἰς τὰ οἰκεία, τὰς δὲ Κύριον τῆ τότε βασιλεύοντος πρὸς ἀξίαντες. ὅτι ἐν εὐκότῳ ἐπιπλήθυνεν ἢ τῶν ποσῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυσον.

γ. **Τὸν ἐνὶ λατρίῳ τῶν πάντων τῶν ἀνομιῶν σου.**

Ἀπὸ τῆς Δίκαιον γὰρ δὲ ἀξίαντες ἐκεῖνον τὸν ἀθέτον ποισάμενον τῶν ἀμειρημάτων ἡμῶν τὴν συγχώρησιν.

Τὸν ἰώμενον πάσας τὰς νόσους σου.

Τὰς κακώσεις λέγει, ἀς ὑπέμενον ἀφ᾽ ὅσους ἐν Βαβυλῶνι.

δ. **Τὸν λυτρεύμενον ἐκ φθορῆς τὴν ζωὴν σου.**

Μοσυχὴ γὰρ φθαρέντας ἡμᾶς, φησὶν, ἔξωποιήσῃ πάλιν.

Τὸν σεφανῶντά σε ἐν ἐλέει καὶ οἰκτημοῖς.

Ἐκύκλωσεν γὰρ ἡμᾶς, φησὶν, ἐλεῖν ἔτι φιλαθεσπία σεφάνει δὲ ἡμῶν.

ε. **Τὸν ἐμπιπλῶντά σε ἐν ἀγαθοῖς τὴν ἐπιθυμίαν σου.**

Πᾶσαν γὰρ ἡμῶν, φησὶν, ἐπιθυμίαν ἀγαθῶν ἐπλήθυνεν.

Ἀνακαινισθήσεται ὡς ἀετὸς ἡ νεότης σου.

Βέλεται εἰπεῖν, ὅτι ἡ παλαιότης ἡμῶν ἢ ἐν Βαβυλῶνι ἀνακαινισθήσεται εἰς βασιλείαν ἀμείνου, ὡς ἀετὸς ἡμῶν ποτὶ. ὅτι γὰρ τῆ ὄρνιθος τῆ ἀετῆ τὴν βασιλείαν αἰνίττειται.

Ποιῶν ἐλεημοσύνας ὁ κύριος, ἔτι κῆμα πᾶσι τοῖς ἀδικημένοις.

Αὐτὸς ἔστι, φησὶν, ὁ θεὸς ὁ φιλαθεσπία δικάζων, ἔτι ἀπαλλάττων τὴν κακῶν τῶν ἀδικημένων.

ζ. **Ἐγνώρισεν τὰς οἰκίας αὐτοῦ τῶν**

τῷ Μωϋσῇ, τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὰ
θελήματα αὐτοῦ.

Moyfi, filijs Israël voluntates
suas.

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

Ὅτις ἔστι, φησὶν, ὁ θεὸς, ὁ ἐξ ἀρχῆς
ἡμᾶς καταστῆσαι ἀχρὲς τῆς δόξης καὶ μωϋσῆ
μὲν ἀποκαλύψας ἑαυτὸν τῷ διαμαρτυρῶν
λαῷ αὐτῷ διὰ τῷ Ἰσραὴλ νόμιμα χειροτά-
μῳ καὶ ἡγετῶν θεῶν.

Hic, inquit, est Deus, qui à princi-
pio nobis hætenus benefecit: & Moyfi
quidem populi ductori ipsique Israë-
li legitima præbuit atque diuinâs ordina-
tiones.

η. Οἰκτίρων, ἔλεήμων ὁ
κύριος μακροθυμὸς, ἔ πολυέ-
λεος.

8. Miserator, & misericors
Dominus: longanimis, & mul-
tùm misericors.

Φιλανθρωπὸς γὰρ ὤν, φησὶ, ἔ μακροθυ-
μοῖ, ἔ χρηστότητα καὶ φιλοσημεῖται.

Cùm enim, inquit, clemens sit etiam lon-
ganimiter & benigne ac liberaliter agit.

θ. Οὐκ εἰς τέλος ὀργαθήσεται·
ἐδὲ εἰς τὴν αἰῶνα μνησθήσεται.

9. Non in * finem irascetur: ne-
que in æternum comminabitur.

* Vulgata
perpetuum

Ἄλλα ἔ ὀργαζόμενος, φησὶν, ἢ σιωπῶν
τῷ αἰῶνι ἢ ὀργῶν, συστάσει δὲ αὐτῷ πρὸς
τὴν ἑπιμαρτυρίαν ἀδύνατον.

Quin etiam, inquit, cùm irascitur non
coëxtendit iram æternitati, sed eam cohibet
ob eorum qui puniendi sunt infirmitatem.

ι. Οὐκ ἔτι τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν
ἐποίησεν ἡμῖν· ἐδὲ ἔτι τὰς ἀνομίας
ἡμῶν ἀποπέδωκεν ἡμῖν.

10. Non secundùm peccata no-
stra fecit nobis: neque secundùm
iniquitates nostras retribuit nobis.

Deum locu-
plas in mi-
sericordia.

Ἀπὸ τῶν δὲ φησὶν, τὰ κατὰ ἡμᾶς δι-
καίας γὰρ ὀργῆς ἀρείωντες πειρασθήσονται καὶ
πολλῶν, συμμέτρου πτυχήμαθ' ἔως εἰς
ῥῆθον ἡμῶν ἰγνώσθησιν ἀδικημάτων.

Huius autem, inquit, argumentum sunt res
nostræ; nam cùm iustam magnamque iram
mereremur, moderatam experti sumus, ita
ut etiam faciliè nobis esset eam superare:

ια. Ὅτι ἔτι τὸ ὑψῆσαι ἔρα-
νῆ ἀπὸ τῆς γῆς, ἐκράταίωσε κύριος
τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπὶ τοῖς φοβεροῦσι
αὐτόν.

11. Quoniam secundùm altitu-
dinem cæli à terra, corroboravit
* Dominus misericordiam suam
super timentes se.

* Absq̃ à
Vulgata.

Δῆλον μὲν ἔστι ὅτι ἢ φιλανθρωπία θεῶν
μέτρον ἔχει, ἀλλὰ πάντα νικᾷ καὶ
καταβάλλει. Ἄλλ' ἵνα μὴ μέτρον ἔχ' ἄρα,
ὁ προσφθικὸς ἄλλο μᾶλλον ἐπιφέρει.

Manifestum quidem est, benignitatem Dei
mensuram non habere, sed omnia vincere ac
superare. Verùm cùm Propheta mensuram non
inueniret, aliud quiddam maius subiungit.

ιβ. Καθ' ὅσον ἀπέχουσι ἀνα-
τολά' ἀπὸ δυσμῶν, ἐμάκρυνεν
ἀπ' ἡμῶν τὰς ἀνομίας ἡμῶν.

12. Quantum distat ortus ab oc-
cidente, longè fecit à nobis iniqui-
tates nostras.

Καὶ ἐκ ἀρκιῶν τῶν τοῖς ὡφθα-
λμοῖσιν ἐπιφέρει καὶ συμπάσις τῶν
δείγματα.

Et his comparationibus minimèatura
subiungit etiam exemplum plenius com-
miseratione.

ιγ. Καθὼς οἰκτεῖρει πατὴρ
ὑψὺς, ὡκτεῖρσεν κύριος τὸν φοβε-
ροῦσιν αὐτόν.

13. Quomodo miseretur pater
filiorum, misertus est Dominus ti-
mentibus se:

Εἶτα καὶ πῶς νικηθεὶς τὴν ποσού-
την ἐπέδειξεν φιλανθρωπίας σημεῖον
ἐπάγει.

Deinde etiam quâ re victus tantam
clementiam ostenderit significans sub-
iungit:

ιδ. Ὅτι αὐτὸς ἔγνω τὸ πλά-
σμα ἡμῶν.

14. Quoniam ipse cognouit
figmentum nostrum:

Recor-

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

Recordatus est quoniam pulvis sumus.

15. Homo sicut fœnum dies eius, tamquam flos agri sic efflorescit.

Deus ag-
noscit in-
firmam im-
becillita-
tem.

Cum enim, inquit, fecerit nos, cognoscens id quod formavit, quoniam pulvis sumus, isque temporis exigui, & quia nil à flore agri discrepamus, tantam clementiam exhibuit.

16. Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: & non cognoscat amplius locum suum.

Et hoc, inquit, consideravit, quod anima hominis modico tempore corpori coniuncta pertransit, locum proprium repetens: ipse verò sic in pulverem redigetur, ut neque ubi constiterit locus dignosci possit.

* Vulgata
ab æterno
& usque in
æternum

17. Misericordia autem Domini * à sæculo & usque in sæculum super timentes eum.

Et iustitia illius in filios filiorum,

18. His qui servant testamentum eius:

Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea.

Benignitas
Dei peren-
nis est.

Benignitas namque Domini, inquit, perennat, atque ad familiares præsertim suos penetrat, etiam usque ad filios posterorūque. Quàm maximè verò illi uberiori fruuntur eius providentiâ, quibus hoc studium est, ut nulla præcepta violent.

19. Dominus in cælo paravit sedem suam: & Regnum ipsius omnibus dominabitur.

Deus autem, inquit, omnia potest, utpote in cælo Regnum firmatum habens & imperium in omnes expansum. Illud enim paravit ait pro fundavit & firmavit.

* Vulgata
Domino

20. Benedicite * Dominum omnes angeli eius; potentes virtute, facientes verbum illius,

Εμνήσθη ὅτι χυε̅ς ἐσμὲν.

15. Ἄνθρωπος ὡς εἰς χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὡς εἰς δῶρον τοῦ ἀγροῦ ἕως ἔξαιθήσης.

Ἄ τι γὰρ ποιήσας ἡμᾶς, φησὶ, γινώσκων ὃ ἐπλασεν, ὅτι χυε̅ς ἐσμὲν, καὶ ὅτι ὀλίγο χρόνῳ, καὶ ὅτι ἐδὲν ἀποίκαμιν αἰθερά γευθῶ, παρήξει τὴν ἑσπέρην φιλαθεσπίαν.

16. Ὅτι πνεῦμα διήλθεν ἐν αὐτῷ, & ἐχ' ὑπάρξει καὶ οὐκ ἐπιγνώσεται καὶ ἐπὶ τὸν τόπον αὐτοῦ.

Καὶ τὸ δεῖ, φησὶ, ἐλογίσατο, ὅτι ἡ ψυχὴ τῆ ἀθεσπίας πρὸς ὀλίγον τῷ σώματι προσμιλήσασα παρέρχεται, τὸ οἰκεῖον καταλαμβάνουσα χόρτον: ἐκείνος τε ἕως εἰς τὸν χῆν ἀναλυθήσεται, ὡς ἐμὴ εἰς τὴν περὶ διωκῶν ἐπιτηρώσασθαι τὸν τόπον.

17. Τὸ δ' ἐλεῖτο τοῦ κυρίου διὰ τῆ αἰῶνος & ἕως ἔξαιθήσης ἐπὶ τοῖς φοβεμένοις αὐτόν.

Καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ ἐπὶ υἱὸς πάντων υἱῶν,

18. Τοῖς φυλάσσασιν τὴν διαθήκην αὐτοῦ.

Καὶ μεμνημένοις τῶν ἐπιτάξεων αὐτοῦ, ἔποιήσαν αὐτάς.

Ἡ μάλιστα φιλαθεσπία τῆ διαπόσε, φησὶ, διακονίῃ, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς οἰκειότητος αὐτῆς διαβαίνουσα, καὶ μάλιστα υἱῶν καὶ μάλιστα ἐκγόγων. Καὶ μάλιστα δὲ ἐπὶ τῆς πλείονος ἀπολαύσεως κηδεμονίας, παρ' ὧν ἐστὶ σωδὴ, μηδὲν τ' ἐπιτελεῖται παρ' αὐτοῖς ὡδὲ βαίνειν.

19. Κύριος ἐν τῷ ἔρεινῳ ἠτίμασε τὸν θρόνον αὐτοῦ καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ πάντων δεσπόσει.

Δύναται δὲ, φησὶ, πάντα θεός, ἀπὸ ἐξουσίας ἰδρυμένη ἔχων τὴν βασιλείαν ἐπὶ τῶν καὶ πάντων ὡδὲ βασιλευμένης διωκῶν. τὸ γὰρ ἵστῆται ἰδρύσατο λέγει καὶ ἐπέκεινται.

20. Εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντες ἃ ἄγγελοι αὐτοῦ: δυνατὸν ἰσχύϊ ποιῶντες τὸν λόγον αὐτοῦ,

Εἰπε...

Ἐπειδὴ ἔν, φησι, καὶ τ' ἕρσιον διαπότις ἔστι καὶ βασιλεύς, ὑμνεῖται δίκαιος καὶ ὡς τ' ἀνω δυνάμεων αἷς, φησι, Ἐσαύτη πρὸς ἰσχύς, ὡς δυνάμει ἐκπληρῶν αὐτῆ τὰ πρὸς ἀγάμα. ὅθεν ἔπιφύει.

Τὸ ἀκούσαι τ' φωνῆς τῶν λόγων αὐτοῦ.

Ἀντι τῆ, οἷς πρὸς αὐτῆ πρὸς ἰσχύς, ὡς δυνάμει πᾶν πρὸς ἀγάμα αὐτῆ πρὸς ἔργον ἀγν, καὶ ἐπειδὴ ὀνομασι ἀγγέλους μόνως ὀνόμασεν, ἔπιφύει ἐσταυθα.

καί. Εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντοτε αἱ δυνάμεις αὐτοῦ λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιῶντες τὸ θέλημα αὐτοῦ.

Ἐπὶ δέ, φησι, καὶ ἕτερον ἔστι ἐν ταῖς ἀοράτοις δυνάμεισιν, ἢ ἰσχυρῶν κατ' ἀξίαν, ἢ ἰσχυρῶν καὶ δυνάμει, καὶ τῶ ὑμνεῖται πρὸς πομπῶν καὶ διαπότι. Το δέ, ποιῶντες τὸ θέλημα αὐτῆ, τὸ αὐτὸ λέγει. Ὅσοι, φησι, δυνάμει ἐστὶ ἐκτελεῖν αὐτῆ τὰ πρὸς ἀγάμα. εἶτα καὶ ἄλλο ἐπάγει.

καί. Εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Καὶ τὰ δόξα τῶν πάλιν ἐν ἑαυτῶ ἐγκαλοῦμαι, ὡς πρὸς ἔργα, ἔπιφύει.

Ἐν παντὶ τόπῳ τ' δεσποτείας αὐτοῦ.

Εὐλόγη ἡ ψυχὴ μου τὸν κύριον.

Καλῶς ἐν παντὶ τόπῳ, αὐτῆ ἐν αἰχμαλωσίᾳ, φησι, αὐτῆ ἐν τῇ οἰκίᾳ. Ὅ γὰρ αὐτῆ πρὸς ἀγάμα ὑπολαύων, πᾶσι καὶ δίκαιος ἔστι, ἐν παντὶ τόπῳ δοξάζει τὸν δεσπότην.

Cum igitur, inquit, etiam caelorum Dominus sit ac Rex, æquum est ut à supernis quoque virtutibus celebretur: quibus, inquit, tanta vis inest, ut possint explere mandata eius. vnde subiungit:

Ad audiendam vocem sermonum eius.

Id est, quibus tanta est virtus, ut possint omne mandatum ipsius in opus adducere. Et quoniam nominatim solos Angelos nuncupauerat, hinc subdit:

21. Benedicite * Dominum omnes virtutes eius; ministri eius, qui facitis voluntatem eius.

Ceterum, inquit, est etiam aliud in virtutibus inuisibilibus, siue quoddam emineat dignitate, siue quoddam excedat virtute, atque hoc etiam creatorem ac Dominum concelebrat. Illud autem, *Qui facitis voluntatem eius*, idem significat. Qui, inquit, potentes estis ad explenda mandata eius. Deinde vniuersim subdit:

22. Benedicite * Dominum omnia opera eius:

Denique semetipsum adhortans, prout etiam inceperat, subiungit:

In omni loco dominationis eius.

Benedic anima mea * Dominum.

Pulchrè in omni loco, siue in captiuitate, inquit, siue in domo propria. Qui enim prouidentia ipsius fruitur, is vbiq; terrarum iustus est, & in omni loco benefactorem suum honorat.

PARAPHRASIS ANONYMI. Angeli sunt potentes virtutis.

* Vulgata Domino

Angeli faciunt voluntatem Dei.

* Vulgata Domino

* Vulgata Domino.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

ΕΥΛΟΓΕΙ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] Εὐγνωμόνων ἔστι τὸ πρὸς ἀγάμα χάρειται δὲ τῶ ὑμνων ἀμείβεται. ἑαυτῶ ἐν ἐγκαλοῦμαι διλογεῖν τὸν θεὸν καὶ ὑμνεῖν, καλὸν φάρμακον ἑαυτῆ πρὸς εἰς θεὸν διλογίαν πηθεῖται. Δια δὲ τῶ ἐπιφύει, τὸ ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης ἰσχύος δηλοῦ, καὶ ἐκ πάσης ἐκθυμώσεως καὶ νοήματι. Ἐν τῶ γὰρ ἀποφύει ἔστι ἡ νοητικὴ δυνάμει, καὶ ἀνοητικὴ, ἐκ ἐπιφύει καὶ ὀρμητικὴ, καὶ φανταστικὴ, καὶ μνησθετικὴ. Ἐν διαφύει δὲ τῆ πρὸς τὸν ὑμνον πρὸς ἀγάμα,

Tomus III.

BENEDIC ANIMA MEA DOMINUM.] Gratorum est diuinas gratias per hymnos referre. Semetipsum igitur adhortatur ad Deum benedicendum & laudandum, bonum remedium sibi ipsi proponens Dei benedictionem. Per interiora autem designat ex toto corde, & ex tota virtute, & ex omni cogitatione & mentis operatione. Intra hominem enim est vis intelligendi, & cogitandi, ac contuendi, & affectum concitandi, & imaginandi, & memorandi. Immoratur autem adhortationi ad hymnum,

Deus ex corde in timo benedicendum.

Et sciens

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.
Anima est
media inter
corpus &
spiritum.

Gen. 1,7.
Gen. 4, 26.
Gen. 2,7.

Omnibus
animi vi-
ribus Deo
benedicen-
dum.

Qua sint
præcipua
Dai mise-
rationes.

Qua sit
aquila im-
ponatio.

Spiritalis
renovatio
qualis.

Isa. 40, 31.

sciens pro magnis beneficijs hoc debitum sibi incumbere. Alius verò ait, quòd cùm anima inter corpus spiritumque media sit, corpus quidem ad proprias concupiscentias feruileſque voluptates detrahat, quasi defuper ex alto ipsam quodammodò deijciens; spiritus verò ad seipsum quasi fursum ad Deum adducendo attrahat: quare iubet Dominum benedicere, hoc est honorare, & assidue ante oculos habere. Ceterùm Moyses quoque trium horum mentionem fecisse visus est in hominis formatione; ac corporis quidem cùm ait, *Acceptit puluerem de terra;* animæ verò per illud, *ad imaginem & similitudinem;* spiritus per illud, *Et inspirauit.* Cùm autem in anima hominis multæ vires ac diuersæ motiones sint, omnes iubet Deum benedicere. Pulchrè autem dixit etiam *omnes retributiones*, quas Symmachus *beneficia* nuncupauit. Multa enim Iudæi post reditum bona consecuti sunt, cum amplissimis muneribus Cyri iussu reuertentes. Multa etiam nos adepti sumus; nam pro maximis peccatis, quibus deliqueramus, retribuit nobis misericordiam, benignitatem ac miserationes: quarum nos numquam capere debet obliuio; sed earumdem memores, Deum assidue decet hymnis celebrare: quænam porrò sunt hæc? Primum posuit propitiationem peccatorum nostrorum. Secundò infirmitates sanauit. Morbi autem animæ sunt peccata. Tertiò, à corruptione nos seruauit, per resurrectionem suam à peccato nos liberans. Quartò propriâ benignitate vsus, adoptionis gratiâ nos coronauit. Quintò, spiritualibus nos bonis adimpleuit. Itaque par est, vt pro tantis muneribus ipsum perpetuò laudemus.

5. RENOVABITVR VT AQVILÆ IVENTVS.] Non hoc dicit, quòd aquila renouetur. (foli enim inter aues phœnici hoc proprium esse tradunt) sed cùm aquila ceteris volucris imperare videatur, vult dicere, senectutem nostram Babylonicam in regnum denuò renouandam, prout eramus aliquando. Alius autem ait hoc significare inuouationem quæ fit per Baptismum, & vetustatis abrasionem: quod etiam per Isaiam ait: *Qui autem sustinent me, mutabunt fortitudinem, & assument alas quasi aquila.* Meritò igitur animæ inuouationem naturæ aquilæ assimilauit, qui expluma-

ειδώς τὸ αὐτὸ ἦν μέγαλον δὲ ἐργασίαν ἑαυτὸν ἐποφείλοντο. Ἄλλος δὲ φησὶν, ὡς ἔχει μέσης τῆς ψυχῆς ἔσσης τὸ σῶμα ὅ & τὸ πνῦμα, τὸ μὲν σῶμα ὀπί τὰς οἰκείας ὀπιθυμίας & ἀδραστῶδεις ἰδοναὶς καθέλικη, ὡσπερ ἀφ' ἑψῆς ἀνωθὲν ποδὴν κατὰ βάλλον αὐτῶν. τὸ δὲ πνῦμα πρὸς ἑαυτὸ ἀνέλικη ἀνω πρὸς θεὸν ἀνάγει. διὸ πρὸς ἀττὴ δὲ λογεῖν τὸν κύριον, τιτέτι δοξολογεῖν, καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν δραπαντός. Ἔοικε δὲ καὶ Μωσῆς ἦν τελῶν μνημοσύνη ἐν τῇ δια- πλάσει. σῶμα ὅ μὲν δὲ τὸ, ἔλαβε χεῖν ὑπὸ τῆς ψυχῆς δὲ τὸ, κατ' εἰκόνα & καθ' ὁμοίωσιν πνῦματος δὲ τὸ, & ἐνεφύσησεν. Πολλῶν δὲ δυνάμειον & δραστῶσιν κηθήσων ἔσων ἐν τῇ τῆ ἀδραστῶσιν ψυχῇ, πᾶσας πρὸς ἔπιπτα δὲ λογεῖν τὸν θεόν. Καλῶς δὲ καὶ τὸ πᾶσας τὰς ἀταποδοσεις, ἀς ὁ Σύμ- μαχος ὅ δὲ ἐργασίας εἶπεν. Πολλῶν γὰρ & Ἰουδαῖοι πετυχήσαν ἀγαθῶν μὲν τῶν ἐπα- νοδῶν, μὲν δραστῶσιν πλείους ἰπανιθόν- τες κύριον πρὸς ἀγματο. πολλῶν δὲ καὶ ἡμεῖς. ἀντι γὰρ μέγαλον ἀμάρτιαν, ὧν ἡ- μῶν ὄμῳ, ἀπὸ πῆδων ἡμῶν ἔλκον, χρεῖσ- τητᾶ, οἰκνημῆς. ὧν ἐπιλασθῆναι εἰ δὲ εἰ- ἀλλὰ μεμνημῆς, διπικῶς τῆτω ὑμῶν. τίνες δὲ εἰσι; Πρῶτον ἰλασμοῖν ἔδιτο ἦν ἡμετέσων ἀμάρτιαν. δὲ ἄπρῶσιν τὰς ἀδραστῶσιν ἰάσαστο. Νῆσοι δὲ ψυχῆς ἀμάρτιαν. τελῶσιν, ἐκ φθορᾶς ἡμᾶς ἔσασσιν, δὲ τῆς ἀπὸ ἀνα- σάσασσιν ἀπαλλάξασσιν τὴ ἀμαρτίας. τέταρ- τον οἰκία φιλαδραστῶσιν χρεῖσμῶν, ἐπι- φάνωσιν ἡμᾶς τῶν ἡδραστῶσιν χαρίσματο. πᾶμπῶν, τὴ πνῦματος ἡμᾶς ἐνεπλήσαν ἀγαθῶν. δὲ ἰκαμοῖν ἐν, αὐτὸ ἔσασσιν αἰεὶ αὐ- τὸν ἔχουμῶν.

Ἐ. ΑΝΑΚΑΙΝΙΣΘΗΣΕΤΑΙ ΟΣ ΑΕΤΟΥ Η ΝΕΟΤΗΣ. Οὐχ' ὅτι ἀνα- κηίεται ὁ αἶτος τῆτό φησι (μόνον γὰρ τὸν φοῖνικα τὸ ὄρειον τῆτό φησι πάχεν) ἀλλ' ἐπεὶ ὁ αἶτος δοκεῖ βασιλεύειν τὴ πε- τεπῶν, βέλεται εἰπεῖν, ὅτι ἡ παλαιώτης ἡμῶν ἐν Βαβυλωνίαν ἀνακακηίθησεται εἰς βα- σιλείαν αὐτοῦ, ὡσπερ ἡμῶν ποτὶ. Ἄλλος δὲ τῶν δὲ τὴ βαπτισματῶσιν κηπεργίαν τῆτο σημαίνει φησι, καὶ τῆ γήσος ἀπὸ ἔσων. ὁ καὶ δὲ Ἡσαῖα φησὶν. οἱ δὲ ἔσων ἡμῶν, ἀλλάξασσιν ἰχωρ, & πρὸς φησὶσ- σιν ὡς αἶτοι. εἰκότως ἐν τῶν ἀναίωσιν τῆς ψυχῆς αἶτε φῶσιν παρείκασσιν, οἱ ἀπο- πύλλῶ-

πυλῶσαι. ὅτι αὐτοὶ πτεροφόροι Σημαιοὶ
 ἔσονται καὶ τὸ τῆς ἀναστάσεως χάρισμα· ὅτι
 ἐν φθορᾷ ἀπεισώμενοι εἰς ἀφθαρσίαν ἰγει-
 οῦμεθα. τί τὸν δὲ ἡμᾶς ἠξίωσεν ἢ διὰ τὰς
 δικαιοσύνας ἡμῶν, ὡς φησὶ ὁ Ἀπόστολος,
 ἀλλὰ καὶ τὴν πολλὴν ἀγαθὴν ἔλεον ἵστασιν ἡμᾶς
 ἰδοὺμεθα. ἡμεῖς γὰρ τὴν πενήτην· ὡς περὶ δὲ καὶ
 πάλαι διέδοξα κέλευμα κείνας ἰλυτέρας
 εἶς αἰγυπτιοὺς ἐδικλωμένους, καὶ ἔδωκεν αὐ-
 τῶν τὴν Μοῦσιν ἔκαστον πρὸ λαοῦ ἑκάστη
 τῆς ἐξουσίας ἰσότης. Καὶ ἄλλως δὲ ἔχει
 ἡμεῖς τὰς φερούμεναι· ἢ γὰρ ἐν μεταμε-
 λείας τῶν σαρκῶν ἡμῶν ἐπεργασάμεθα
 τα, ἀλλὰ τὸ φερούμεναι ἡμῶν ἐπέλασσε. Τύ-
 πον γὰρ ἵσταν ἡθάλασσα τῆ σαρκῶν βαπτί-
 σματος, καὶ ἡ πέτρα τῆ ἀθανάτου κερυαίν, καὶ
 ἡ ἐπιπέφυκε τερφῆς τὸ μάγμα· τί τὸν δὲ αἰ-
 τῶν ἢ αὐτῶν χερούστος καὶ οἱ οὐκίρμοι· μακρο-
 θυμος γὰρ οἶν, καὶ χερούστος.

θ. ΟΥΚ ΕΙΣ ΤΕΛΟΣ ΟΥΚΙΣΘΗΣΕ-
 ΤΑΙ.] Καὶ ὁρχηλωδός, φησὶ, ἢ συκατείν
 πρὸ ἀνάμ, πρὸ ἀνάμ, ἀπὸ ἀνάμ, δὲ αὐτῶ
 πρὸς πρὸ τῆς ἡμερομεθῶν ἀδύνην.
 Ἀπόδειξις δὲ τὰ κατὰ ἡμᾶς· συμμέτρον γὰρ
 πτυχίκαμν τῆς ὀργῆς, ἔπειτα ἐκ πύχου
 ὡδραμαθῆσται τῆ ἀμαρτίας καὶν πμωείας.
 εἶτα πρὸς ἐνδείξει τῆς θείας ἀγαθότητος
 ἐχ' ὡδρον ὁ αἰθροππος λογιώδης ἐπὶ ἕρπυ
 ἡψηλότερον, ἔπειτα ἔως πρὸς πρὸ ἰσπίσαν
 μακροπρὸς ἀξίσημα, τῶν ἐξήσαστα, τὸ
 ἰαρθάλλου μμύων δὲ θείας χερούστος
 μέγας. Τὸ γὰρ ἔλεος πρὸς πρὸς ἡ γὰρ.
 Καὶ ἄλλως δὲ φησὶν αἱ ἡμῶν τὰς ἀρετὰς,
 εἶπεν ἀνατολῆς, ὡς περὶ ἔδωκεν τὸ οὐ-
 ρὸς τὰς ἀμαρτίας. ἢ δὲ αὐτῶν δὲ πρὸς ἀμα-
 τυχάειν ἐν ἀρετῇ ἔχει καὶ. ὁ συντηγίσις
 ἐν τὰς ἀνατολῆς, μακροπρὸς εἶχ' ἀφ'
 ἑαυτῶ τὰς ἀνομιῶν· μακροπρὸς γὰρ αἱ κακίαι
 ἔχ' ἀρετῶν. Εἶτα ἐκ ἀρκαστοῦ τῶν τῶν
 ὡδραδείμασι, καὶ ἔπειτα ὁ πρὸς συμπα-
 δίσειον λέγων.

ιγ. ΚΑΘΩΣ ΟΙΚΤΕΙΡΕΙ ΠΑΤΗΡ
 ΥΙΟΥΣ.] Πατὴρ πρὸς πρὸ ἀγαθότητος δεικ-
 νουσιν, ὅτι δὲ μμωρδὸς ἀν, τῆς φερούμεναι ἀν-
 τὸν εἰς ἡδὸν τῶν ἐνδεῶν. εἶτα φησὶ, καὶ πρὸς
 κληθεὶς εἰργάσατο πρὸς πρὸς πρὸς φιλαν-
 θροπίας. εἰ γὰρ καὶ μὴ πᾶσα ἡ κατασκευὴ
 ἡμῶν ἐκ γὰρ· ἐχομεν γὰρ καὶ τὸς ἀν φύσιν,
 κατ' εἰκόνα γηρόμενοι· ἀλλὰ γὰρ πρὸς ἰκε-
 τείας τὸ χερούστος φερούμεναι ἔχ' ἐν ἡμῶν,

Tomus III.

tur, ut denuo replumescat. Significatur quo-
 que gratia resurrectionis; quoniam in corrup-
 tione seminati ad incorruptionem resuscita-
 mur. His autem nos dignatus est, ut ait Apo-
 stolus, non propter iustitias nostras, sed se-
 cundum magnam suam misericordiam serua-
 uit nos iniuriam passos a maligno; sicut nimi-
 rum etiam olim iustum iudicium iudicans
 liberavit ex Aegypto iniurijs oppressos, & de-
 dit tam ipsi Moysi quam uniuerso populo
 notitiam mandatorum suorum. Alioquin ve-
 ro etiam de nobis hoc prophatum est: non
 enim negligenter salutem nostram operatus
 est, sed ea quae vaticinio praedicta fuerunt ad-
 impleuit. Figurae namque Baptismi saluta-
 ris erant mare, & petra scaturiginum immor-
 talium, & manna cibi caelestis; horum autem
 causa sunt ipsa benignitas & miserationes: cum
 enim longanimis sit, etiam benignus existit.

9. NON IN FINEM IRASCETUR.
 Et cum irascitur, inquit, non coextendit iram
 aeternitati, sed coercet illam secundum eo-
 rum qui puniendi sunt imbecillitatem. Huius
 rei argumentum sunt res nostrae: moderatam
 enim iram sustinimus, quoniam non permi-
 sit supplicium peccatis commensurari. Dein-
 de cum humanus sermo neque caelo subli-
 mius, neque ortu & occasu spatium ullum
 remotius reperiret, huius usus est, ut diuinae
 benignitatis immensam magnitudinem indi-
 caret. Misericordia enim Domini plena est
 terra. Alias vero etiam cum virtutes illustres
 sint, illas ortum nuncupauit, sicut peccata
 propter tenebras occidentem. Non potest
 autem aliquis simul & virtute malitiaque
 praedicus existere. Qui itaque ad Orientem
 accedit, a se remotas habet iniquitates: vi-
 tia enim a virtutibus plurimum distant. De-
 inde huius exemplis minimè saturatus, et-
 iam aliud magis plenum miserationis subiun-
 git dicens:

13. QUOMODO MISERETUR PATER FI-
 LIORVM.] Patris benignitatem ostendit, quo-
 niam cum creator esset, se timentes in filio-
 rum ordinem retulit. Deinceps etiam dicit,
 quae ratione motus tantam benignitatem ope-
 ratus sit. Siquidem non omnis nostra structu-
 ra de puluere est; nam habemus etiam natu-
 ram spiritalem, secundum imaginem creati:
 verumtamen id quod in nobis vilius est pro-

E 2

ponimus

COM-
 MENTA-
 RIUS HE-
 RACLEO-
 TAE.
 Tit. 3, 5.

Figura Ba-
 ptismi qua-
 les.

Deus iram
 imbecillita-
 ti nostra
 attempe-
 rat.

Dei in nos
 paterna be-
 nignitas.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.
Homo cœd
transit.

ponimus ad supplicandum, vt quod magis moueat commiserationem, quoniam puluis fumus, subaudiendo illud *recordatus est*. q.d. Recordatus est, quoniam puluis fumus: recordatus est, quoniam homo est instar fœni: recordatus est, quia spiritus transijt. Vult declarare animam in corpore minimè permanentem, sed transitoriam esse, qua auolante, corpus eius operatione destituitur, vt neque pristinæ eius figuræ cognoscantur, neque dignoscatur hoc illius, alterum verò alterius corpus fuisse. In sepulchris enim omnia fiunt vniufmodi corruptionis. Locum autem hunc mortalem dicit, quem non amplius cognoscet; siquidem ad immortalem & perennem vitam refurgit, non amplius ad transitoriam. Hæc præfens igitur vita est quidem istiusmodi; nequaquam tamen misericordia Dei quoque talis est, sed perennis & stabilis placentibus ipsi; tam illis quam eorum posteris in generationem & generationem coëxtenditur.

Ab omnibus Deo
benedici
debet.

19. DOMINVS IN CÆLO.] Ne cogere-
retur dicere, Benedicite Throni, Virtutes,
& cetera quæ tanto honore digna estis habita,
omnes simul ad benedicendum vocat. *Qui facitis autem voluntatem eius*; quandoquidem sunt etiam aduersariæ virtutes quæ ipsi non seruiunt, quas his opposuit. Deinde subiunxit, *Omnia opera eius*. q. d. Si solorum Angelorum esset celebrare Deum, ô anima, posses te continere, & dignioribus cedere benedictionem: sed cum diuinus sermo cunctis operibus præcipiat laudationem, quid cunctaris, cum ipsa quoque minimè contemnendum sis opus Dei? non enim magis in cælo quam in terra benedicens benedicit: in omni enim loco dominationis eius virtus per probas actiones dignos reddit ad benedicendum. Cum enim dominatio ipsius omnibus dominetur, consequenter omnia opera, vt quæ sub illius dominatu sint, benedicite ipsum singula pro loci dignitate. Illud autem, *In omni loco*, Iudæis minimè congruit, quoniam in terra aliena canere ipsis per leges non licebat: nos autem in omni loco puras manus leuare ab Apostolo edoâi fumus.

ὡς δυσωπήτωτατον, τὸ ὅτι χεῖς ἰσχυρῶς, ἀπὸ κοπῆ δὲ τοῦ ἐμνήσθη. οἷον ἐμνήσθη, ὅτι χεῖς ἰσχυρῶς ἐμνήσθη, ἔπι ἀνθρώπων ὡσεὶ χόρτος ἐμνήσθη, ὅτι σπένδιμα διήλθεν. τὸ δὲ ψυχῆς παρεσθικόν, καὶ ἐκείνῳ πρὸς τὸ σῶμα βελίται σημαίνον, ἥς ἀποπίεσις, καὶ ἀσθενεῖται ἢ αὐτῆς ἐνεργείας τὸ σῶμα, ὡς καὶ μηδὲ τὰς πρῶτες αὐτῆς ἐπιγνώσεσθαι χαρρακτικῶς, μηδὲ γνώσει εἰς ὡς τὸ δὲ τῆ δεινῶς τὸ σῶμα, καὶ αὐτὸ δὲ τῆ δεινῶς. Ἐν γὰρ τοῖς ταύτοις πάντα τῆς ὁμοίας φθορῆς γίνονται. τῶν δὲ τὸν θνητὸν τῶν λέγει, ὅτι ἐκείνη ἐπιγνώσεται· εἰς γὰρ ἀφθαρτον καὶ διασπύζουσαν ἀνίσταται ζωὴν, ἢ εἰς παρεσθικὴν πάλιν, ἢ μὲν ἐν παρῶσα ζωῆ τοιαύτη· ἢ μὲν καὶ τὸ ἴδιον κυρίως εἶλετο ποιῆσαι, ἀλλὰ διασπύζου καὶ βίβαιον τοῖς διασπύζουσιν αὐτῶν· καὶ αὐτοῖς, καὶ τοῖς αὐτοῖς εἰς ἡμεῖς καὶ ἡμεῖς παρεσθικῶν.

19. KYRIOS EN TO OYRANO.] Ὡς ἀπὸ μὴ ἀναγκάζου λέγειν, εὐλογεῖτε θεοὶ, ἄγγελοι, ἢ ἄλλα ὅσα τοιαύτης ἡξίωται πρῶτος, πάντα συνάξας ἐπὶ τῆς δόξης καὶ εὐλογίας καὶ εὐφροσύνης. ποιεῖν δὲ τὸ θέλημα αὐτῶν· ἐπέπερ εἰσι καὶ ἀπημέδου αἰς καὶ ἀπιδίσειεν, αἱ μὴ λειτουργῶσαι αὐτῶν. εἶτα ἐπήγαγε, πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν. ὡσεὶ λέγων· εἰ μὲν ἀγγέλων μὲν τὸ ὑμῶν μέσον, ψυχῆ, εἶχε ἀποστέλλου, ὡς ὡς χαρρακῶν τῆ δόξης τοῖς κρείττους· ἐπεὶ δὲ πᾶσι τοῖς ἔργοις ὁ θεὸς λόγος πρῶτος τῆς ὑμῶν, τί μάλιστα, αὐτῶν ἔργα ὅσα θεὸς ἐκ διακαρῶν; εἰ γὰρ μάλιστα ἐκ ἐναντίου ἢ ἐπὶ γῆς ὁ δόξαν δόξαι· ἐν παντί γὰρ τὸ πᾶν τῆ δόξαι αὐτῶν ἢ ἀρετῆ δὲ τῆ ἀγαθῶν πρῶτος ἀξίως τῆ δόξαι ἀπιδίεται. Ἐπεὶ γὰρ ἡ δόξα αὐτῶν πάντα δόξαι, ἀκαλίθως πάντα τὰ ἔργα, ὡς ἀπὸ τῆς αὐτῶν δόξαι ὄντα, εὐλογεῖτε αὐτὸν ἕκαστα κατὰ ἀξίως τῶν τόπων. τὸ, ἐν παντί δὲ τὸ πᾶν, ἰσχυρῶς ἀναρῶσα, ἐπεὶ ἐπὶ γῆς ἀλλοθίας εἶδεν ἢ πρῶτος αὐτοῖς νόμιμον· ἡμεῖς δὲ ἐν παντί τὸ πᾶν ἀρετῶν ὡς χεῖρας ὡς τῆ ἀποστέλλου ἐμῶν.

C A T E N A P A T R V M .

CATE-
NA PA-
TRVM.

ΨΥΧΙΟΥ. Μήτις ψαλμὸν; μήτις ὠδὸν, μήτις πικρὸν γλυκῶ παρῶσαι προσφασίαι ἐπιγροῦσαι, ἐπειδὴ περ ἀρκεῖν φήσῃ, ὅτι τὸ προσφασίαι διλογίας μείνεται διότι περ ἔτι τὸν τετρακοσθὸν γέγονε ψαλμὸν ἢ ὠδὸν ἢ ἀκρὸν ἐπιγροῦσαι, ἔξ διλογίας καὶ κἀκὸν ἀρχαίου.

telligenda sunt de sensibilibus montibus &
aquis. Possset tamen illud, *A voce tonitruui
sui formidabunt,* non de aquis, sed de ho-
minibus accipi, quin potius de omnibus iam
declaratis; quæ quando fit tonitru, inaspe-
ctabilis & occultæ diuinitatis sensum perci-
piunt. Quod si igitur, inquit, dicti maris flu-
ctus, cum animæ expertes sint, secundum
quasdam contrarias affectiones nobis imper-
ceptibiles à voce tonitruui Dei formident;
multò magis ea quæ animata sunt, & bruta
irrationalia: si autem hæc, vtique etiam aëreæ
potestates & spiritus aduersarij. Par enim est
vt omnibus omnium Domini memoria in-
generetur, & naturalis quidam sensus om-
nium Creatoris & Opificis vniuersorum.

8. ASCENDUNT MONTES.]

CHRYSOSTOMI. Hæc omnia de fluctibus dicta

κειμήρια· καὶ τὸ, Ἐρῶσι τοῖς ὄρεσι, καλύψα-
τε ἡμᾶς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὅσα πόση τῆ ὕδα-
τος ἡ χρεία. ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τῆ ἕραν
ὑδωρ, καὶ ὑπὸ γῆς, καὶ κύκλῳ τῆς γῆς ὑδωρ,
καὶ ἐδὲν ὑπερβαίνει τὸν οὐρανὸν ὄρον.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὅσα τὰς θεωρήσεις
ὄξε τὸ ὕψος ἡ θεωρίας καλεῖ ἐν αὐταῖς
ὑδάτα ἴστανται οἷς οἱ διψῶντες διδασκαλίας
ποτίζονται.

Ζ. ΑΠΟ ΕΠΙΤΙΜΗΣΕΩΣ ΣΟΥ ΦΕΥ-
ΖΟΝΤΑΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀλλ' ὁμως,
φρονῶν, ὅταν βεληθῆς πάλιν τὸν οὐρανὸν ἀπο-
λιμπάνουσι τὰ ἔρη χαλῶν, καὶ δαγλύεται, καὶ
πάντα πρὸς ἀγμάτι σε κατασκιάζεται, καὶ
τὰ ἀναίδητα ὡσπερ τὰ αἰδησον ἔχοντα,
ταῦτα ὠδραγίνεται ἐ ὑποχωρεῖ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Πόσας ὀπτημῶσας; τῆς
καὶ ἡβ' Ἰουδαίων. τῶτο γὰρ θεωρήσεις ἔπεσε
δείκνυσι· Καὶ δώσω αὐτοῖς ἐ λιμὸν ἄρτου,
ἐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τῆ ἀκῶ-
σαι λόγον κυρίου. Ὅταν γὰρ ὁ θεὸς ὀργισθῆ,
σπανίζει τὰ ἡβ' θεωρητῶν ὕδατα· ἐπιυδῆ-
πρ ἐχ' ἀφ' ἑαυτῶν τὴν χορηγίαν κέκμη.
Φωνὴ δὲ βρογτῆς τὴν τῆ Ευαγγελίας λέ-
γα, ἡ ἐκ ἀποφύγα, ἀλλὰ δειλιὰ τὰ ἡβ'
θεωρητῶν ὕδατα, ὄξε τὸ ὑπερέχον τῆς ἐσ
ἐκείνη γνώσεως.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Βρογτῆς ἀκόντα τὰ
ὄρη, ταῦτι τὸν καὶ τὴν πρὸν οὐρανὸν ἐνωτίζο-
μεθα μεγαλοφώνως γινόμενοι λόγοι, δειλιὰ.
εἰκότως πρὸ ἡβ' αἰδητῶν ὄρον καὶ ὑδάτων
εἰρηδῆ ταῦτα δεῖ νοεῖν. δυνατὸν δὲ τὸ, ἀπὸ
φωνῆς βρογτῆς σε δειλιάσασαι, μὴ ὅτι ἡβ'
ὑδάτων ἐκλαβεῖν, ἀλλ' ὅτι ἀνθρώπων,
μάλλον δὲ ὅτι ἀπάντων δηλεμῶν· ὅπου
ἀνθρώποι βρογτῆ, τῆς ἀοράτε καὶ ἀφανῆς
θύπη σωμαδατομῶν. εἰ ἔν τὰ κῶ-
ματά, φησι, ἡ δηλωθείσης θαλάσσης, ἀψυ-
χα ὄντα, κατὰ πρὸς ἀντιπαθείας ἡμῶν ἀλί-
πτες ἀπὸ φωνῆς βρογτῆς τῆ θεῶ δειλιὰ· πόλ-
λα πλέον καὶ τὰ ἔμφυχα, καὶ τὰ ἀλογα ἡβ'
ζώων· εἰ δὲ ταῦτα, δηλονότι καὶ εἰ πρὸς αἰ-
εῖν πρὸ τὸν αἶρα δυνάμεις ἔα τὴ πνύματα
ἀντικείμενα. εἰκὸς γὰρ τοῖς πᾶσι μὴ μὴ
ἔγνησθαι τῆ πάντων δεσποτε, σωμαίδησιν
τὴ φυσικῶ τῆ πάντων ποιητῆ καὶ δημιουργῆ
ἡβ' ὄρον.

ἢ. ΑΝΑΒΑΙΝΟΥΣΙΝ ΟΡΗ.]

ΧΡΥΣΟΣ-
ΤΟΜΟΥ. Ταῦτα πάντα πρὸ ἡβ' κυμάτων
εἰρη-

θήματα πρὸς αὐτὸν μισοῦσι λίγων τὸν
ἐπιστῶν τῶν εἰρημόρων· ὅτι εἰ τὸς ὑπὸ γλῶ
κίπτος, ἀπὸ τῶν φαινομένων λάμβανει τὴν
ἀπόδειξιν.

HESYCHIUS. Αναβαίνουσι γὰρ οἱ προσφῆται τῇ
διολογίᾳ, καὶ ἀβαίνουσι δὲ τῇ δυνάμει τῇ
αἰσούτων ἀρμολογῶν· ἀλλ' ἐκείτην ὅτι
σωτηρία τῆς ἀνθρώπων. τῆς γὰρ τῆς πρὸς
φητεία τύπων ὁ θεὸς ἰθιμολώσῃ.

Β'. ΟΡΙΩΝ ΕΘΟΥ, Ο ΟΥ ΠΑΡΕΛΕΥ-
ΖΕΤΑΙ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Αἰχμῶνται οἶον τὴν
ψάμμον ἢ θάλασσα, ἢ μέχρις ἐκείνης λυτ-
τάσσα, καὶ ἀπὸ χαλῶν τῶν ὄρων τῶν θείων
κωλυομένη ἀνακατατίθεται πάλιν, καὶ εἰς
τὴν πίσω χωρεῖ.

CHRYSOStOMI. Ὅτι ἐν ἑτέροις ὄρεσι
ἀλλ' ἢ γινώσκουσι τὸν ἐν τῷ βυλόρῳ
θεῖον, ὅτι ἐν τῷ ἰχυρῶν τῶν τειχῶν, ἀλλὰ τὸ
πρὸς τὴν τῶν θεῶν τὰ ὕδατα αἰδέμενα
ἐπανάγκασον, ὅθεν τῷ ἐκείνου. αἰχμῶ-
μαθα τὸν οἶον τὸ τῶν θεῶν πρὸς τὴν ὑπερ-
βαίνοντες, αἰχμῶμαθα τῆς θαλάσσης τὴν
ὑπακλῶν ἢ τὴν περὶ τὸν ἐκείνου μὲν ὑπὸ
τῆς ψάμμου κατεχομένη μὲν ἔσπερσεν ἢ δι-
ταξία ἡμεῖς δὲ μετέωροι παιδῶν ἄνθρωποι χαλι-
νοῖς, πολλὰ τῶν πρὸς τὴν γλῶσσαν ὑπερβαίνοντες.

Γ'. Ο ΕΒΑΘΟΣΤΕΛΛΩΝ ΠΗΓΑΣ ΕΝ ΦΑ-
ΡΑΓΙΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ γὰρ ὄριον
καρπὸς εἶναι ἀπὸ πηγῶν, ἀλλὰ τῶν κάτωθεν
αὐτὰ ἀναβλύζοντες ὡς ἀποκλάζοντες· ὅθεν
τῶν, φησὶν, ἔξωτος ἄλλων· ἐσταῦθα τὸ δι-
χολοῦν διπλῶν. ὡς περὶ γὰρ ὁ τὸ ἐν ὑποσέλι-
λων, πολλὰ ἔχει τὴν διχολίαν· ἔτιως αὐτὸς
ἔξω ἐκ ὄρων ταῦτα ἐφαζέμενος. Διὸ καὶ
Παῦλ' ἔλεγε τὴν διχολίαν διπλῶν· ὁ
καλῶν τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Διὰ πάσης λέξεως ὁ
προκειμένου ψαλμοῦ διὰ ὑμῶν δοξο-
λογεῖ, ἵνα καὶ ἐκείνου αὐτὴ μνημονεύων·
ὅθεν καὶ ἐν τῶν προκειμένων, ἀποδοχόμενος,
τὴν πρὸς αὐτὸν αὐτὴ θανμάζει καὶ τὴν καὶ
σοφίαι ἀγαθότητα, αὐτὴ φροντίσαντες καὶ
τῆς ἀλόγων ζώων. καὶ εἰκότως· εἰ γὰρ αὐτὸς
αὐτὴν πεποιθεῖ, καὶ τῆς τερφῆς καὶ τῆς τύπῃ
αὐτῆς αὐτὸς ἀνχορηγὸς εἶναι, ὅθεν τῶν τὰ
ὄρη τῶν παρὰ τὰς ὕδασι ἐκατήνατο,
ὡς μὴ μόνον ἀνθρώπων ἔχει ἀφθόνως τὰ
νάματα τῆς πηγῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς χερσαίων,
ἢ τῆς ἀερόπιδων ζώων τὰ ἔρρη.

HESYCHIUS. Οὐ μόνον φησὶ, τοῖς
TOMVS III.

funt; per hæc tantum non ipsum infidelem
dicens: si non credis his quæ infra terram
sunt, ab ijs quæ apparent demonstrationem
accipe.

HESYCHII. Prophetæ enim diuino
sermone ascendunt, descendunt verò virtute
auditoribus sese accommodantes: utrumque
autem fit pro hominum salute. Hunc enim
locum Deus vaticinijs fundauit.

9. TERMINVM POSVISTI, QVEM NON
TRANSGREDIENTVR.] DIDYMI. Mare are-
nam quodammodò veretur, & vsque ad il-
lam rabiens, veluti freno diuino termino
inhibitum rursus coercetur, & retrorsum
cedit.

CHRYSOStOMI. Terminus nihil aliud
est quàm loci indicium. Et hoc demonstrare
volens, quòd non firmum parietem, sed Dei
mandatum aquæ reuerentes reuertantur, id
terminum appellauit. Confundamur itaque
qui Dei mandatum transgredimur, maris
obedientiam obtemperantiamque erubescam-
us; quoniam illud quidem ab arenis reten-
tum rectam seruat dispositionem; nos verò
millenis frenis coerciti, plurima mandata
transgredimur.

10. QVI EMITTIS FONTES IN CONVAL-
LIBVS.] CHRYSOStOMI. Fontes non sunt
fructus montium, sed eius qui illos deorsum
scaturire facit: idcirco dicit, Qui emittis; per
hoc facilitatem declarans. Quemadmodum
enim is qui id quod existit emittit, multam
habet facilitatem; sic & ipse dum hæc ex ni-
hilo producit. Quapropter Paulus quoque
hanc facilitatem ostendens ait: Qui vocat ea
qua non sunt tamquam ea quæ sunt.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΙ. Hic Psalmus per quam-
libet dictionem Deum laudans honorat, v-
namquamque creaturam eius commemo-
rans: vnde etiam in propositis prouidentiam
ipsius admittens admiratur coniunctam cum
sapientia bonitatem, quòd etiam brutorum
animantium curam gerat. & meritò; nam
cum ipse illa creauerit, & cibum locumque
ipsis suppeditet, idcirco montes interfecans
aquis transeum fabricauit, vt non solum ho-
mines, sed etiam terrestrium, & quæ aërem
permeant animalium genera, copiosos fon-
tium riuulos haberent.

HESYCHII. Non solum Prophetis, in-
K 2 quit,

CATÈ-
NA PA-
TRVM.

Quomodo
Propheta
ascendans,
& descen-
dens.

Aqua Dei
mandatum
reuerentur.

Rom. 4,
17.

Dei in ani-
malibus
nutriendis
providen-
tia.

CATE-
NA PA-
TRVM.

quit, qui montes sunt, sed etiam humilibus hominibus, qui iure merito valles appellantur, doctrinæ gratiam Deus dedit. Quemadmodum igitur aquarum multitudo ex montium multitudine, ita copia cognitionis non ex vnico Propheta, sed ex tota Prophetarum congregatione colligitur.

Math. 6,
26.

11. POTABVNT OMNES BESTIÆ AGRI.] APOLINARIÏ. Saluator noster diuinam providentiam ad hæc vsque animalia extendi declarans ait: *Respicite volatilia cali, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester celestis pascit illa.*

Qui per
silua &
agri bestias
designantur.

HE SYCHII. Bestiæ siluæ nuncupantur dæmones: bestias verò agri, id est mundi, vocat peccatores. Quoniam sicut bestiæ quæ in agro versantur cicurari, ita quoque peccatores conuerti possunt: quapropter etiam propheticis aquis potantur. Onagros autem appellauit eos qui non amplius peccatum dorso gestant, sed ab illo, liberati sunt; quapropter ipsos spiritualium aquarum sitibundos induxit. Hos Deus apud Iobum insinuaui: *Quis est qui dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis resoluit?*

Iob 39.5.

Quomodo
Deus feris
auidibus
necessaria
suppediet.

CHRYSOSTOMI. Considera rursus sapientiae abundantiam, vt etiam agrestibus feris auibusque non ad necessitatem tantum, sed etiam ad appetitum omnia præparauerit, & ad recreationem ac voluptatem, vt etiam aquarum munere delectentur, atque illic habitent.

12. DE MEDIO PETRARVM DAVNT VOCEM.] CHRYSOSTOMI. Nonnulli quidem aquas dicunt. Etenim perquam volupe est videre torrentes cum sibilo fluentes, & aquam leniter strepentem, & cum susurris scaturientem. Nonnulli verò de auibus hoc scriptura asserunt, siue perdiciibus, siue alijs quibusdam in similibus locis commorantibus, vel ab ipsis fruticibus aut ramis cantillantibus. Aquarum igitur resonantia, vel zephyri blandè adspirantis, & per folia suaviter susurrantis sonus, quali musicâ, qualive lyrâ citharave non præstet: idque iure meritissimo: nam non ex neruis arteque humana, sed ex ipsis elementis Dei que sapientia ille concertus existit.

Quomodo
montes ir-
rigentur.

13. RIGANS MONTES DE SUPERIORIBVS SVIS.] CHRYSOSTOMI. Quam ob causam

προφήταις οἴπαρ εἰσὶν ὄρη, ἀλλὰ ἔταπεινοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες φάραγγες εἶναι εἰκότως ὀνομαζόντων, χάριτι δὲ θεοῦ διδασκαλίας ἔδωκεν. Καθάπερ ἐν τῷ ὕδατι πλῆθος ὑπὸ πλῆθους ὁρῶν, ἔτσι τὴν γνώσεως πλῆθος ἐκ εἰς ἑὸς προφήταις, ἀλλ' εἰς ὅλην συλλέγει τὴν προφητικὴν συστήματι.

α'. ΠΟΤΙΟΥΣΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΘΗΡΙΑ ΤΟΥ ΔΡΥΜΟΥ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Τὴν μέχρι τέτοιον ἐκτεινομένην τὴν θεῶν προνοίαν ὁ σωτὴρ ἡμῶν παριστὰς ἐλεγεῖν. Εμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τῶν ἐρανῶν, ὅτι ἐ σπείρουσιν, ὑδὲ θερίζουσιν, ὑδὲ σιμῶνται εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐξουσίος ζεῖει αὐτῶν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Θεοῦ τῶν δρυμῶν οἱ δαίμονες ὀνομαζόμενοι. Θεοῦ δὲ τῶν ἀγρῶν, τῆς τῶν κόσμου, τῆς ἀμαρτωλῶν καλεῖ. Ἐπειδὴ καθάπερ τὰ ἐν ἀγρῷ θεοῦ χειροῦ γένεθ' διώκονται, ἔτσι καὶ οἱ ἀμαρτωλοὶ μεταβληθῆναι δύνανται ἔτσι καὶ ποτίζεται τοῖς προφητικαῖς ὕδασι. Οὐ γὰρ δὲ τῶν μικρῶν ναυφοροῦντας τὴν ἀμαρτίαν ἐκάλεισεν, ἀλλὰ θεοφοροῦντας δὲ αὐτῶν δύνανται αὐτῶν ἐδιδόντας τὴν ἰσχυρὴν ὕδατων εἰσθήκη. Τέτοιον ὁ θεὸς πρὸς τὸν Ἰωβ. ἠνέκα τοῖς ἔτσι ὁ ἀφελὲς ἀναγκῶν ἐλευθέρων, δεισμὸς δὲ αὐτῶν τίς ἔλυσεν;

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα πάλιν σοφίας ὀφεισῖαι, ὥστε καὶ τοῖς ἀγροῖς θεοῦ τὴν καὶ τοῖς ὄρνεοις ἐ πρὸς χεῖρας μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς φιλοπμίαν ἀπαντὰ κατασκήναι. καὶ πρὸς ἀνίστη καὶ τρυφῶν, ὥς τέρπεισθαι τῇ χάριτι τῆς ὕδατων καὶ σκεπῶν αὐτῶν.

β'. ΕΚ ΜΕΣΟΥ ΤΩΝ ΠΕΤΡΩΝ ΔΟΥΣΟΥΣΙ ΦΩΝΗΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τινὲς μὲν τὰ ὕδατα φασί. καὶ γὰρ πάντων τρυφῶν καθαρίζοντας χημάρους ἰδεῖν ἔστιν ἔστιν ἔστιν ὕδωρ ψοφῶν, καὶ τὰς ψοφῶν ἐγχεῖν. Τινὲς δὲ πρὸ τῶν ὄρνιθων τῶν γεγραμῶν λέγουσιν, ἴπτοι περδίκων, ἢ ἐτίερον πῶν τοῖς τοῖς ἐμφιλοχουμένων τόποις, ἢ ἀπ' αὐτῶν τῶν δαίμωνων ἢ ὑπὸ τῶν κλάδων ἀδόντων. Ὑδάτων εἶναι διηχέντων, ἢ ζεφυρῶν πτόντων, καὶ εἰς τὴν φύλων ἔ αὐτῶν πάλιν συλλέγοντες, πτόσης ταῦτα μουσικῆς ἐ βελτίω, ποίας λύρας ποίας κιθάρας, καὶ μάλα εἰκότως ὑδὲ γὰρ ἐκ τῶν ὄρων καὶ τέχνης ἀνθρώπων, ἀλλ' ὑπὸ σοφείων ἔ τῆς τῶν θεῶν σοφίας ἢ ἀρμονία.

γ'. ΠΟΤΙΣΩΝ ΟΡΗ ΕΚ ΤΩΝ ΥΠΕΡΩΝ ΑΥΤΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τὴν ἔστιν ἔστιν ἔστιν ὄρη

ὄρη ποτίζει) ; ὅτι καὶ αὐτὰ δέεται ὑετῶν, ἢ θα-
βοτάται καὶ δ' ὕδατα ἀκαρπια.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τινὲς μὲν εἰν φασὶ θα-
λάσσιον εἶν τὸ ὕδωρ, ὅθεν νεφελαὶ ἀνα-
σπυρμύει τὰ ὕδατα. τινὲς δὲ ὅτι εἰς αἰεὶν
τῆ ὑπερκοσμίου ἀπορρήτως καὶ ἡμῖν ἀφανῶς
ὄμβροί γίνονται. τὰς γὰρ εἶν ἐκ τῶν
ὑπερκοσμίων αὐτῶν· ἐπεὶ καὶ ἀρχαῖος ἱερογλυ-
φῶν ἐγγράφων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερκοσμίων αὐτῶν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ποτίζει Ἰσραηλ ὁ θεὸς τὰ
ὄρη καὶ τὰ ἐν τέτοις πεδία πλῆθ' ἑλπιῶν
σὺμπεπασαν γῆν ἐκ ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς φάραγγιν
πηγῶν, ἐδ' ἀπὸ τῶν φερομένων καὶ γῆς πο-
ταμῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑπερκοσμίων αὐτῶν ἀναθῆναι
ἀφ' ὧν τὰς ἀντάρκους καὶ μεταξὺν ἡμῶν
ἐπιχορηγῶν ὑετός. Ὑπερκοσμίων δὲ θεὸς τὸν αἴ-
ρα καλεῖ, καθάπερ ἐπὶ μῶσῃ οὐρανίου τῆ πα-
τρὸς κόσμου λελαῖν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὅρη μὲν εἰσὶν οἱ πνεύ-
ματοφόροι ἄνθρωποι· ποτίζονται δὲ ἐκ τῶν
ὑπερκοσμίων αὐτῶν τῶν θεῶν, πνευματικοὶ τῶν
πνευματικῶν χαρισμάτων, λόγος σοφίας, καὶ
τῶν ἄλλων ἀποκριτικῶν. Ὑπερκοσμίων δὲ θεὸς
τῶν, ἀφ' ὧν τὰ ὄρη ποτίζει, ἀκαρπιαὶ καὶ
ὑπερκοσμίου θαλάσσης τῆς ἀληθείας τυγ-
χάνουσι, ὑπερκοσμίου καλεῖσθαι, τῶν μὲν αὐ-
τῶν ὑπερκοσμίου ἐκείνην.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐδὲ γὰρ ἀφ' ἑαυτῶν οἱ φερόντες,
εἰς ἑαυτῶν δὲ, εἰς ὁ θεὸς ὑπερκοσμίου τῆ κτίσεως
ἔθετο, ἔχουσι τὴν χορηγίαν τῶν πνευματικῶν.

ΑΠΟ ΚΑΡΠΟΥ ΤΩΝ ΕΡΓΩΝ ΣΟΥ.]
ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καρπὸν δὲ τῶν θεῶν λέγει τὸ ὑετὸν,
ἀφ' ἧ καρπύεται πλοσημονία ἢ γῆ. Ἐργον δὲ
τῶν ἐκ θαλάσσης ἀναγωγῶν τῶν ὑδατῶν
αὐτῶν λέγει. εἶτα τῶν ἐπιπύθων ὑπερκοσμίου
ἀφέλειαι, εἰς τὸ πνευματικόν, ἐκ τῶν ὑδα-
των ὑπερκοσμίου τῶν γλυκῶν ἔλαιατέλλειαι,
πῶς ἐπ' αὐτῶν ἀπαισι τὰς ἐπιπύθους τε-
φάς· ἀθροῦσαι μὲν γὰρ ἀγνῶν ζῶα, καὶ
ὑπὸ τῶν θεῶν πνευματικῶν, ἔλαιον, καὶ ἀφω-
ρομῶν τεφῶν, ἄρτον, καὶ ὄνον, καὶ ἑ-
λαιον ἄρτον μὲν ἐπὶ τὸ σπρίζον καὶ δυνα-
μῶν τῶν καρδίας· ὄνον δὲ ἐπὶ τὸ κατὰ-
φροῦν τὴν ψυχῶν ἔλαιον δὲ ἐπὶ τὸ φαι-
δρύνον τὸ σῶμα καὶ ἀπαλύνον, θεο-
πνευμάτων ἐκ τῆς ἐπιπύθους πνευματικῶν.
ἔπειτα αὐτῶν πνευματικῶν ἐκ πλείονος τε-
φῶν εἰς ἀπόλαυσιν οἷα πατὴρ ὁ θεὸς ἐδω-
ρησάτω.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐκ ἄρα

montes rigantur? quia etiam illi pluuijs egent,
vbi sunt herbæ & arbores infrugiferæ.

E I V S D E M. Nonnulli quidem tradunt
aquam istam esse marinam, aquâ nimirum
per nubes attractâ. Aliqui verò dicunt ex aqua
illa supercœlesti modo arcano & nobis oc-
culto pluuias gigni. Hoc enim est de supe-
rioribus suis; quoniam etiam in exordio dixe-
rat: *Qui regit aquis superiora eius.*

E V S E B I I. Deus nempe montes & cam-
pos qui in ijs sunt reliquamque terram rigat
non ex fontibus qui in vallibus existunt, ne-
que ex fluminibus quæ per terram deferuntur,
sed de superioribus suis desuper ex alto
sufficientes & moderatas ipsis pluuias suppe-
ditans. Superiora verò Dei aërem appellat,
de orbe vniuerso quasi de domo quadam lo-
quens.

E I V S D E M. Montes quidem sunt viri
spirituales: hi autem irrigantur de superiori-
bus ipsius Dei, Spiritus sancti muneribus re-
pleti v. g. sermone sapienxiæ ceterisque do-
nis. Superiora porro Dei, de quibus montes
irrigat, sunt sublimes & eximix contempla-
tiones veritatis, quæ superiora nuncupantur,
eò quòd nihil illas transcendat.

H E S Y C H I I. Non enim Prophetæ à
semetipsis, sed è cœlis, quos Deus creaturæ
superiora posuit, habent Spiritus largitionem.

D E F R U C T V O P E R V M S V O R V M.]
E V S E B I I. Eructum autem Dei appellat
pluuiam, ex qua terra capit vbertatem. Opus
verò dixerit aquarum è mari additionem.
Deinde indicat vtilitatem hinc promanan-
tem, dum terra ex aquarum irrigatione im-
pinguata, cunctis incolis suis opportunos fru-
ctus profert; homini quidem nobili animali,
& à Deo honore cumulato, eximium ac se-
lectum cibum, panem, & vinum, & oleum;
panem nempe ad confirmandum & robo-
randum cor eius; vinum verò ad animum exu-
hilarandum; oleum denique ad corpus illu-
strandum & emolliendum, laboriosam &
rigidam viuendi rationem mitigando: ita ni-
mirum Deus tamquam pater copiosam ipsi
& opiparam ex varijs delicijs mensam sup-
peditauit.

C H R Y S O S T O M I. Haud simplici ni-
mirum ratione, opera Dei facta sunt; sed

ἀπλῶς τὰ ἔργα θεῶν γινώσκονται· ἀλλὰ πάλιν

CATE-
NA PA-
TRVM.

Quomodo
viri spiri-
tuales, qui
sunt mysti-
ci montes,
irrigantur.

Quomodo
Deus abun-
dantes fru-
ctus suppe-
ditat.

CATE-
NA PA-
TRVM.

vnunquodque multiplicem fructum habet, licet is omnis nobis non pateat. Nonnulli quidem hunc fructum existimant esse pluuiam; ego verò non hunc solùm dico, sed etiam solem & aërem, & mutationes temporum ac tempestiuitates: nisi enim his omnibus terra saginetur, non poterit fructum ad maturitatem adducere.

HERSYCHII. Opera Dei non solùm sunt creaturæ, sed etiam signa & miracula; quorum fructus est Euangelium, ex quo hominem diuinâ notitiâ satiauit.

EUSEBII. Ex dispensationis Iesu operibus, quæ multiplicem fructum habent, vniuersa terra saturatur, particeps effecta eorum quæ à Iesu tam prodigiôsè gesta sunt. Hic enim est fructus operum illius. Quin & sermo de operibus creationis ac prouidentie ipsius ritè intellectus, cum quasi fructus quidam sit operum Dei, terram satiat; homines, inquam, in terra commorantes.

Operibus Iesu vniuersa terra satiasur.

Nihil in mundo superuacaneum.

14. PRODUCENS FOENVM IUMENTIS.] CHRYSOSTOMI. Obserua sermonem hunc circuitione vti, & manifestiora pertransire, immorari verò ijs quibus plurimi contradicunt, & ab vsu atquè obsequio eorum minime desistunt. Hoc autem propter hæc duo facit. Propter vnum quidem, vt ex abundanti os obstruat impudentie illorum, qui dicunt aliquid in mundo superuacaneum & inutile existere: propter alterum verò, vt ostenderet quanta Deo cura sit hominum; quandoquidem eorum quæ ab ipsis facta sunt tantam habeat rationem.

EUSEBII. Producit autem in his supernaturalibus sublimissimisque sermonibus suis, qui montes sunt, fœnum, quem cibum simpliciores ferre valeant. Porro fœnum in his montibus est sermo de sensilibus & littera Scripturæ; vti & sermo moralis, quem multitudo quoque participare poterit quolibet eorum dicente: *In loco pascuæ ibi me collocauit.* Qui autem istiusmodi statum transcenderunt, cum non in seruitute hominum versentur, sed homines facti sint, singuli illorum rursùm dicent: *Parasti in conspectu meo mensam.*

Psal. 22, 1.

Ibid. 6.

Deum omnibus de cibo prouidit.

EIVSDEM. Nequaquam sanè ceterorum quoque animantium curam neglexit: sed cum commorationis eorum curam gessisset, con-

ἔχων τὸν καρπὸν ἕκαστου, εἰ καὶ ἡμῖν ἀπαρ ἀδηλῶ. πῶς μὲν δὲ ἐν τῷ ὑπερῷ ἔστι νομίζουσιν· ἐγὼ δὲ ἐν τῷ ὑπερῷ φημι, ἀλλὰ καὶ ἡλιος καὶ αἴερα, καὶ φορτὰς καὶ φέρας· ἀλλὰ μὴ πάντων ἐμπληροῦν τέτων ἢ γῆ, ἐκ αὐτοῦ διούατο πρὸς ἀκμῶν τὸν καρπὸν ἀγαγεῖν.

HERSYCHIOY. Ἔργα τῶ θεοῦ εἰ μόνου τὰ δημιουργήματα, ἀλλὰ τὰ σημεῖα καὶ τὰ θαύματα· ὧν καρπὸς τὸ εὐαγγέλιον, ὃ ἐστὶ τὸν ἀθεσπον θεογνωσία ἐχόρτασεν.

EYSEBIOY. Ἐκ τοῦ Ἰησοῦ καὶ τῶ οἰκονομίας ἔργων, πολλοὺ καρπὸν ἔχόντων, ἀπαρτα ἢ γῆ χορτάζεται μεταλαμβάνουσα τὸ ὑπερῶ πρὸς ἕως ὑπερῶ Ἰησοῦ γρηγορήματα. ἔστι τὸ καρπὸς τοῦ ἔργων αὐτῶ τυγχάνει. καὶ ὁ λόγος δὲ ὁ πρὸ τοῦ ἔργων τὸ δημιουργίας καὶ πρὸς αὐτῶ νοθεῖς, οἷα καρπὸς ἔργων θεοῦ τυγχάνων, χορτάσει τῶ γῆ φημι, δὴ τὸς ὅτι τὸ γῆς διαφύσσοντας αὐθρόποις.

18. ΕΞΑΝΑΤΕΛΛΩΝ ΧΟΡΤΟΝ ΤΟΙΣ ΚΤΗΝΕΣΙΝ.] CHRYSOSTOMOY. Ὁρα κλυθεῖοντα τὸν λόγον, καὶ τὰ σαφέστερα διαφύσσοντας, ἐμφιλοχευόμενα δὲ τοῖς ὅμοιοις πολλὰ ἀπληρομήτοις, καὶ ἐκ αὐτῶ ἀμύμων καὶ τὸ χρείας αὐτῶν καὶ τὸ ὑπηρεσίας. ποιεῖ δὲ τῶτο διαφύσσοντας δύο ταῦτα. δὴ ἐν μὲν, ἵνα ἐκ ἀμύμων ὅμοιοις τὸν ἀναγκασίαν, τῶ λέγονται ἔστι πρὸς αὐτῶ ἐκ τῶ κόσμῳ καὶ ἀχρηστῶν δι' ἔπειρα δὲ, ἵνα δείξει ὅση τῶ θεοῦ ἀθεσπον ἢ κηδεμονία· ὅπου γὰρ τὸ δι' ἐκείνου γρηγορήματα τῶ τῶ ποιεῖται λόγον.

EYSEBIOY. Ἐξαπατέλλει δὲ ἐν τέτοις ἡσυχασίαις ἐν ὑπερῷ τοῖς λόγοις, αὐτῶ ὅμοιοις ἔστι, χόρτον, ὃν φέρονται τῶ οἷα τῶ εἰσὶν αἱ ἀλογώτεροι. ἔστι δὲ ὁ ἐν τέτοις τοῖς ὅμοιοις χόρτος ὁ πρὸ τοῦ ἀδηλῶν λόγου καὶ τὸ χράμμα τῶς χραφῆς· ἀλλὰ καὶ ὁ ἡδικώτερος, εἰ μεταλαβεῖν καὶ οἱ πολλοὶ διωθήσονται ἐκείνου τὸ τοῦ λόγου· εἰς τὸν χλόης ἐκείνου κατασκευασέν· ἡσυχασίαις δὲ ποτε ἢ τῶ κατασκευασέν, ἐκείνου ἐν δειλία τὸ ἀθεσπον κηδεμονίας, ἀλλὰ ἀθεσπον γρηγορήματα, ἔρσι πάλιν ἕκαστος· ἡπίμωστας ἐνώπιον με τῶ τῶ.

TOY AYTOY. Οὐ μὲν καὶ τῶς τῶ λοιπῶν ζῶων καταλογώρησεν ὅμοιοις φεροντικῶν δὲ καὶ τὸ τέτων διαμνησῶν, τὴν ἀρμόζουσαν

CATE-
NA PA-
TRVM.

μύζωσαν καὶ τέτοις ἀπένιμα τροφίω· χόρ-
τον μὲν τοῖς κτήεσι, τῇ δὲ δουλείᾳ τῆς ἀν-
θρώπων χλόω ἐξανατεύλας. Σρόδρα δὲ
ἀκρεβῶς καὶ τὴν τέτων παποιήται ἀφίρι-
σιν, κτήνη μὲν ἡρκαὶς πᾶν τὸ ποιφάρον
ζῶον ὀνομάσας· δουλείαν δὲ ἀνθρώπων, τὰ
ἡμεῖς καὶ ὡσαύτῃ πολιτικῶς ζῶα τὰ εἰς ὑπη-
ρησίας ἀνθρώπων ἀφωρισμένα· ὡς τὰ μὲν
ἀεὶ τὴν γῆν συγγωρρωῦτα ἀνθρώπων·
τὰ δὲ ἀχθοφορεῖ· τὰ δὲ ἄλλω πα χεῖ-
σιν τῶν θνητῶν ἡμέρι παρέχεται· ἃ οἰκείως
καὶ προσφῶδες δουλείαν ὀνόμασεν, οἷς τὴν
χλόων διδόνται φησι, περὶ τὴν ἑστὴν ἀν-
θρώπων ἀναρεῖσιν καὶ γεωργηθεῖσιν, τοῖς
δὲ ἄλλοις κτήεσι τὴν αὐτομάτως βλαστῶ-
σαν. Δύναται δὲ καὶ ἀμφοτέρω, ἢτε πῶα καὶ
χόρτος, ὅμῃ ἔ τῶς κτήεσι καὶ τῇ δουλείᾳ τῆ
ἀνθρώπων διδόνται. Οὔτε θηρίων δὲ ἐν τέ-
τοις ἔτι ἐρπετῶν ἐμνημόνευσε, ὅτι τὸ ἐτίρα
καχεῖσιν ταῦτα φροῖ. τὰ μὲν γὰρ ἔστι
σαρκοβόρα· τὰ δὲ ἐρπετῶν τῇ γῆ κίχεται
τροφῇ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ταύτης ἴσον ἡμῶν
αἰ τῆ κηδομοσίας; ὅταν ἐν τῇ δουλείᾳ ἡ-
μῶν ἔτω φέρη, καὶ συγχωρῇ ὀνομασίαν πρὸς
πάντα. ἔτι γὰρ εἶπεν τῇ ἀνθρώπων, ἔτι βαρύνει
τοῖς πόντοις αὐτῶν, πικίλλων αὐτῇ τὴν σω-
τηρίαν.

ΙΕ. ΤΟΥ ΒΕΛΑΓΑΓΕΙΝ ΑΡΤΟΝ ΕΚ ΤΗΣ
ΓΗΣ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Τὸ κυριακῆ δηλαδὴ σώ-
ματος· ἐκείθεν γὰρ τὸν ἀρτον τὸν μυστικὸν ἐξή-
γαγον.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ποτὲ ἔστι ὅπου αἰ-
νήσας βλάσται; ὅτι τὸ αὐτὸ σπέρμα κοινὴ
γίνεται ἐδώδῃ καὶ ἀλόγοις καὶ ἀνθρώποις,
ἀλλ' ἔστι τὸ αὐτό. καὶ τὸτο δὲ τῆ θείᾳ
σοφίᾳ. καταβάλλεται γὰρ σῖτος, καὶ τίνας
μὲν ἀνθρώπων ἔστι τροφὴ μόνον· ἐπειδὴ δὲ
βλαστάνη, ἀνεῖσι καὶ τὴν τῆς ἀλόγων ἔχων
τροφῆν. ὡσαύτῃ γὰρ αὐτὸ τὸ ἔσθ' ἡμᾶς ἐλα-
βε τὰ ζῶα· ἔτω καὶ ἡ τροφὴ αὐτῆς ἐκ τῆς
ἡμετέρας τροφῆς τὴν ἀρχὴν ἔχει. ἢ γὰρ
χλόη δὲ τὸτο προσγεωμυδῶς γέγονεν, ἵνα
τὸ σῖτον διατηρῇ. εἶδες ἐν τῇ ἀλογῶν ἢ μόν-
νοι ἡμῶν δουλεύοντα; ἀλλὰ καὶ τὴν τρο-
φίω τῶν ἀλόγων τῇ τροφῇ τῇ ἡμετέ-
ρα ὑπηρησασμένη, καὶ τῇ τάξει πάλιν
τὸ αὐτὸ τὸτο μμωμυδῶς. ὡσαύτῃ γὰρ πρὸς
πρὸς ἀλογῶν, καὶ τότε ἀνθρώπων, ἐπει-
δὴ δὲ τὸν ἀνθρώπων τὰ ἀλογῶν· ἔτω

uenientem etiam cibum ipsis distribuit; fœ-
num quidem iumentis & herbam seruituti
hominum producens. Perquam accuratè
autem hæc distinxit, iumenta quidem in ge-
nere appellans omne animal herbiuorum; ser-
uitutem verò hominum, cicura & quodam-
modò ciuilia animalia hominum obsequijs
deputata: quorum alia quidem terram arant
eam vnà cum homine colentes; alia verò
onera portant; alia denique alium vsu hu-
mano generi præstant: quæ propriè & per-
quam accommodatè seruitutem nuncupauit;
quibus herbam esse datam ait, scilicet ab
hominibus seminatum & cultam, ceteris
verò iumentis sponte germinantem. Possunt
tamen vtraque, tam herba quàm fœnum, si-
mul etiam iumentis & seruituti hominum
concessa fuisse. Ceterùm neque ferarum ne-
que serpentium mentionem fecit, eò quòd
hæc alio cibo vtantur. Siquidem feræ sunt
carniuoræ; serpentes verò terrâ vescuntur.

CHRYSOSTOMI. Quid hac curâ par
esse possit? quandoquidem etiam ea quæ no-
bis seruiunt ita nutriat, & sinat rebus omni-
bus abundare. Nequaquam certè hominem
deseruit, neque laboribus ipsum grauat varie-
gans salutem eius.

IS. VT EDVCAT PANEM DE TER-
RA.] HESYCHII. Dominici videlicet
corporis: inde enim panem illum mysticum
eduxit.

CHRYSOSTOMI. Quid tandem est quod
insinuare vult? Idem nempe semen commu-
ne nutrimentum esse tam brutis quàm ho-
minibus, sed non secundum idem. Atqui
hoc est diuinæ sapientiæ. Projicitur enim fru-
mentum, atque hætenus quidem solum
hominum est cibus; cum autem germinaue-
rit, exurgit brutorum quoque nutrimentum
habens. Quemadmodum enim bruta pro-
pter nos illud ipsum quod sint acceperunt;
ita etiam cibus ipsorum ex nostro cibo ha-
bet originem. Siquidem herba idcirco præ-
cipue producitur, vt frumentum conseruet.
Vides igitur non solum bruta nobis famula-
ri, sed etiam cibum eorum nostro cibo sub-
seruire, atque ordine rursus illud ipsum
imitari. Quemadmodum enim prius bruta,
& tunc homo, quia nimirum bruta sunt
propter hominem; ita etiam prius herba,

Ut iumenta
nobis, sic &
cibus eo-
rum nostro
cibo subser-
uit.

&c

CATE-
NA PA-
TRVM.

Vinum ad
lætitiã
concessum.

Qui sit pa-
nis, vini &
olei usus.

Dei ver-
bum mysti-
cè panis
vinum &
oleum.
Psal. 51,
10.

Gal. 5, 22.

& tunc frumentum germinat, quia propter frumentum herba existit, *ut educat panem de terra.*

ET VINVM LÆTIFICET COR HOMINIS.]

CHRYSOSTOMI. Non solum quæ ad cibum, sed etiam quæ ad lætitiã faciunt nobis de- super concessa sunt. Et vide dictionis accu- rationem. Non enim dixit, *Corpus nutrit* (quamvis hoc etiam faciat) sed, *Lætificat cor*, ut duplicem eius effectum declararet. Cum enim ad plurimum laborem & vitam multã molestiã refertam educti sumus, vinum no- bis in solatium quoddam ac medicinam tri- buit. At quænam hæc medicina & solatium? Quando nimirum moderatè sumitur: sicut si temperantiæ limites transgressus fueris, me- dicina fit venenum. Vinum enim, inquit, po- tatum in tempore suo, ad vitæ temperamen- tum conducit; sed multi per immoderantiam hoc donum perdiderunt.

CYRILLI. Porro vinum hoc est omni- no spiritale, & salutarem conciliat ebrie- tatem.

HE SYCHII. Mysticum videlicet; unde non corpus, sed cor lætificat. Habet enim remissionem peccatorum, quã cor hominum maximè recreatur.

CHRYSOSTOMI. Considera donorum diuersitatem. Panis vitam præbet; vinum præterea tristitiæ adfert consolationem: oleum vigorem suppeditat, & robur inten- dit, cum eius vnctione vtimur.

EUSEBII. Porro etiam exhilarat & ho- minis interioris faciem illustrat oleo, quod lumen diuinum nutrit, nec non morbos ac labores animi dissoluit, solo mentis conce- ptu à tradito vino differens. Dei enim ver- bum sicut vitis, sic & oliua est: *Ego*, inquit, *sicut oliua fructifera in domo Dei.* Doctrina enim eius secundum diuersam habitudinem & vinum & oleum & panis existit.

HE SYCHII. In munere donationis spiritus: siquidem in ipso facies fidelium ex- hilarantur. Quoniam *fructus spiritus est cha- ritas, gaudium*, quemadmodum Paulus scripsit.

EIVSDEM. Vides ut panem & vinum mysticum intelligat; quapropter cibum v- trumque cordis scripsit. Quomodo autem ipsum panis mysticus confirmat, nisi securi-

καὶ φέρουσιν χλόη, καὶ τότε σίτος ἐν τῇ βλάστῃ, ἐπειδὴ δὲ τὸν σίτον ἢ χλόη, τὲ δὲ ἀγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς.

ΚΑΙ ΟΙΝΟΣ ΕΥΦΡΑΙΝΕΙ ΚΑΡΔΙΑΝ ΑΝΘΡΩΠΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ τὰ πρὸς τροφῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς δι- φροσωμίῳ ἡμῶν ἀνωθεν δέδοται. καὶ ὅρα τὴν ἀκεῖλαιαν τῆς λέξεως. Οὐ γὰρ εἶπε, *ἔφει σῶμα* (καὶ τοὶ καὶ τὲτο ποιεῖ) ἀλλ' *διφραίνει τὴν καρδίαν*, δεαυὺς αὐτὲ τὴν ἐνέργειαν διπλῶν. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς πλείο- να πᾶν καὶ βίον πολλῆς γέμοντα τὸ φροστί- δον δὲ ἐκπύουσι, ἔδωκε τὸ φραμύδιον ἡμῶν καὶ φάρμακον τὸ οἶνον. Ἀλλὰ φάρμακον καὶ φραμύδιον τίς γίνεταί; ὅταν μὴ μέγε πίνει; ὡς ὅταν τὸ ὄρον ἐξέλθῃς, τὸ φάρμακον δηλητήριον γίνεσθαι. Οἶνος γὰρ, φησι, πνό- ρον ἐν καιρῷ αὐτῷ, αὐτάρκως ὅπισσον ζῆσις. ἀλλὰ πολλοὶ τῆ ἀμέτριά τὸ δῶρον ἀ- πώλισαν.

ΚΥΡΙΑΛΟΥ. Νοητὸς δὲ πε πάντας ὁ το- ἰετός ἐστι, καὶ τὸ σωτηρίῳ μέθης ἐμποικτικός.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁ μυστικός διδῶν ὄντιν ἐδὲ σῶμα, ἀλλὰ καρδίαν διφραίνει. ἔχει γὰρ ἀμαρτημάτων ἀφαισι, ἐφ' ᾧ μέγιστε ἢ καρ- δία τὴ ἀνθρώπων διφραίνει.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα τὴν ποικίλειαν τῶ δῶρον. ἄρτος τὸ ζῶν παρέχει. οἶνον μὲν τὴν καὶ φραμύδιαν ἀθυμίας ὅπισσοι τὸ ἔλαιον δεκτικὴν φρασκουαλξί, καὶ τὸ ἰχμῶν, ὅπισσῃται ἀλοιφῇ κεχημηδῶν ἡμῶν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἰλαρμύεται δὲ καὶ φαι- ρμύεται τὸ πρὸς ὄντιν τῷ ἔσω ἀφροσπίω ἔλαιον, τὸ φροσπίον τὸ δὲ φροσπίον, καὶ λύοντι τὰς νόσους καὶ τὰς πόνους τῆς ψυχῆς, ὅπισσοίᾳ μόνῃ δὲ φροσπίον τῷ ἀποδοθῆναι οἶνον. ὁ γὰρ τὸ δὲ λόγος ὡσπερ ἀμπελῶν, ἔτα καὶ ἔλαιον ἐστίν. Ἐγὼ, φησι, ὡσει ἔλαιον κατὰ καρπὸς ἐν τῷ οἴκῳ τῷ θεοῦ. ἢ γὰρ αὐτὸ διδασκαλία καὶ φροσπίον χέισον οἶνος τὸ καὶ ἔλαιον ἐστὶ καὶ ἄρτος.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐν τῷ χαρίσματι τῆς χο- ρηγίας τὸ πνόμενον. ἐν αὐτῷ γὰρ τὰ πρὸς ὄντιν τῷ πᾶν ἰλαρμύεται. ἐπειδὴ ὁ καρπὸς τῷ πνόμετος ἀγάπη, χαρὰ, καθὼς ὁ παῦλος ἔγραψεν.

ΤΟΥ ΑΙΤΟΥ. Ὁμορεῖς ὅτι ἄρτον καὶ οἶνον τὸν μυστικὸν λέγει. διόπερ τροφῶν ἐ- κάπτερον καρδίας ἔγραψεν. πᾶς δὲ αὐτῶν ὁ μυστικός ἄρτος σπερίζει, ἀλλ' ἢ πεποί- σῃσι

θῆσιν αὐτῆ παρεχων, ὅτι σῶμα καὶ ἡμεῖς
Χρῆστῆ τῆ τῆ μυστικῆ σῶματός μεταλήψι
γνώμεθα.

tatem ei præbendo, nos etiam corpus Christi
fieri per corporis mystici participationem.

CATE-
NA PA-
TRVM.

15. ΧΟΡΤΑΣΘΗΣΕΤΑΙ ΤΑ ΞΥΛΑ ΤΟΥ
ΠΕΔΙΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Τίπος χορταθήσεται;
θιογνωσίας ὁδηλον. πῶς δὲ χορταίζονται;
τῆ μελέτῃ τῆ λόγου. τοῦ αἰσῶν αὐτῶν ἔξυ-
λα ἢ κυρίως ἐκάλεισεν ἐπειδὴ οἱ μελιτωῖτες
τὸν νόμον ἡμέρας καὶ νυκτός; ξύλον ὡς αἱ
διεξόδους τῆ ὑδάτων φυτῶν ἰσχυρόν λέγον.

16. SATVRABVNTVR LIGNA CAM-
PI.] HESYCHII. Quanam te satura-
buntur? utique diuinâ cognitione. Quomo-
do autem saturantur? verbi meditatione.
Ipsos nempe ligna Domini appellauit; quo-
niam qui meditantur in lege Domini die ac
nocte, dicuntur lignum quod plantatum est
fsecus decursus aquarum.

Quid per
ligna my-
sticè signi-
ficentur.

Psal. 1.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ο' Ἐβραῖοι καὶ οἱ λοι-
ποὶ, ξύλα τῆ κυρίως θεείκασιν. Διῆλθῶν τὰ
κάρπια, ἀναγκάσιως μνημονεύει καὶ ἡ
ἀκάρπια; ὡς ἀναγκάσιον τοῖς ἀνθρώποις ἔ-
καστὰ παρεχόντων χρείαν. Διὰ τὸ καὶ κυ-
ρίως αὐτὰ προσσηγούσιν, ὡς αὐτοφῶα, καὶ
ἔχει κρυμμένα, ἀλλὰ πρὸς θεῖον λόγῳ βλα-
σήσαντα. Οὐτε γὰρ ἀλοκόμοι τινὲς τέτων
γρηθῶνται φυτῶν; ἀλλ' ὁ θεὸς λόγῳ
ἀμφιλαφῆς τὰς ἡρώων εἰρηάσασθαι κορυ-
φάς. Τὰ μύθῳ Λιβάνου ὡς ὀπισθίμῳ μνη-
μονεύσας, καὶ ἡρώων ἐν αὐτῶν κέδρον, καὶ τὰ
ἀλλὰ ὄρη ἔδενδεα ὡς τούτων ἐδήλωσεν.

EVSEBII. Hebræus ceterique inter-
pretes *ligna Domini* posuerunt. Cum fru-
ctifera recensuisset, necessariò etiam de infru-
giferis mentionem fecit, tamquam quæ ho-
minibus etiã necessarium vsum præbeant:
Idcirco & Domini ipsa nuncupauit; quippe
sponte suâ nata, & manu minimè elaborata;
sed diuino verbo germinantia. Non enim ali-
qui lignatores eorum confitores fuerunt, sed
diuinum verbum montium vertices ipsis
densos effecit. Ac Libani quidem tamquam
celeberrimi, & cedrorum quæ in ipso sunt
mentionem faciens, alios quoque montes &
arbores per hæc indicauit.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Οὐ πῶς ξύλον ἢ ὁ λό-
γος αὐτῶν, πῶς ἀγίων δὲ μάλλον ἡρώων ἑρρι-
ζωμένων ἐν τῆ πίστι, καὶ καρποφορουῶν ἐν
δικαιοσύνῃ.

CYRILLI. Non de lignis erat ipsi fer-
mo, sed potius de sanctis in fide radicatis, &
iustitiæ fructum proferentibus.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Κἄν γὰρ ἔξ ἰθιῶν ὡσιν; ὡν
Λιβάνῳ σύμβολον. φυτῶν τινος δὲ ὡς αἱ
θεῖα τῆ ἡρώων τῆ βαπτισματός μελιτή-
σαντες, ἔκαστὰ τὸν νόμον θιογνωσίας χορ-
ταίζονται. Σεσουθία δὲ καλεῖται τὰς ὡς αἱ
τῆ ἀβρόλε καὶ ἡρώων αὐτῶν συμπερατόντων
διακομίας ψυχῶν, δι' ὁμοίαν διωπθί-
σας τὴν αὐτῶν τὰς παγίδας διαφυγεῖν, πῶς
ὡν ὁ Δαβὶδ εἶρηκεν. Ἡ ψυχὴ ἡμέρῳ ὡς σρε-
δίον ἑρρύθη ἐν τῆ παγίδῳ τῆ θηρολόγων.

HESYCHII. Etsi enim ex Gentibus
sint, quarum Libanus est symbolum; plan-
tati tamen à Deo per Baptismi adoptionem
& legem meditantés, ipsi quoque Dei cog-
nitione saturantur. Passeres verò vocat animas
à diabolo & ipsius asseclis persecutionem
passas; quæ tamen eius laqueos euadere va-
luerunt, de quibus Dauid ait: *Anima nostra*
sicut passer crepta est de laqueo venantium.
Passeres
quid my-
sticè.

17. ΤΟΥ ΕΡΩΔΙΟΥ Η ΚΑΤΟΙΚΙΑ ΗΓΕΙ-
ΤΑΙ ΑΥΤΩΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ο' Ἀκύλας
ἔπειρ ἔχῃ. Ἐκεῖ ὄρηα ἰουδαίσεων. ἑρρωδιῶν
ἐλάται οἶκος αὐτῶν. τὰ γὰρ αὐτὰ δένδεα
ἀλλῶν μὲν ἀνθρώποις χρείαν, ἀλλῶν δὲ τοῖς
ὄρνέοις παρέχῃ.

17. HERODII DOMVS DVX EST EORVM.]
EVSEBII. Aquila sic habet: *Illic aues ni-
dificabunt. Herodio abietes domus ipsi.* Nam
hæc ipsæ arbores alium quidem hominibus,
alium verò aibus vsum præbent:

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Αὐτῶν ἡρώων σρεθίων ἡγε-
δαί φησι τῶν καλιῶν τῆ ἑρρωδιῶν, ὡς τὸ ὑ-
ψηλότερα ἡρώων δένδεον καταλαμβάνοντα
νοσηρῶν, ὡς ἐπίπαι ἐν ἐλάταις τὰς πα-
σῶν ὑψηλότεραις ἡρώων δένδεον.

ATHANASII. Ipsorum passerum dú-
cem ait esse nidum herodij, eò quòd altissi-
mas arbores eligat ad nidificandum, vt in
abietibus aut palmis arborum omnium pro-
cotissimis.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ο' Ἐβραῖοι τῆ ἀσίδη,
ὁ δὲ ἴππερος, ἑρρωδιῶν τῆ ἰκτιῶν ἐλάτῳ οἰκῆσις· ἄλλος δὲ φησὶ αἱ κοπάριοι· ἴππερος δὲ ἡ ἀρ-
περις.

CHRYSOSTOMI. Hebræus habet,
Asidi; alius verò interpres; *Miluo abietes*
domus: alius autem ait *Cyparissi*; alius *Iuxta*
peris.

CATE-
NA PA-
TRVM.

perus. Sed & hoc opus est multiplicis & multiformis sapientiae Dei, quoniam non omnes omnibus arbores aptae sunt ad habitandum; sed sicut cibi illorum, & operationes & viuendi rationes diuersae sunt, sic & habitationes.

S. Petrus
herodio
compara-
turus.

HESYCHII. Non aberraueris, si Petrum dixeris herodium, quandoquidem Christum perpetuo secutus sit. Sicut enim herodius dicitur ab ijs quae possidet separari minime velle, sic etiam passerum dux existere. Ostendit enim eis, quomodo venatorum laquei sint transfiliendi, quandoquidem etiam ipse negatione illaqueatus per poenitentiam laqueum effugerit.

18. MONTES EXCELSI CERVIS.] CHRYSOSTOMI. Audis iterum aliud specimen sapientiae, quomodo vniuersi generis curam gerat, aliter auibus, aliter quadrupedibus prospiciens: illis siquidem arbores erexit, hisce vero montes expandit. Cum enim bestias illas naturae timiditas prodat, & omnibus venatoribus captu faciles efficiat, & pedum velocitatem & locorum securitatem ipsis largitus est, ita ut si alterutrum non esset, alterum inutile foret.

Cervi na-
tura qua-
lis.

DIDYMI. Ceruorum genus serpentum generi infestum est: hos igitur absumere fatagunt. Istiusmodi autem omnino sunt Christi discipuli, prompti ad omnem contumaciam vlciscendam: quin etiam virtutem habuerunt contra serpentes spirituales ab eo qui dedit eis *potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.*

Lucæ 10,
19.

PETRA REFUGIVM HERINACIIS.] HESYCHII. Symmachus *chirogryllis* exposuit. Erinacij & chirogrylli inter immunda & infirma animalia censentur. Et enim Salomon ait: *Chirogrylli gens inuvalida fecerunt in petris domos suas.* Moyses autem ait: *Camelum, & suem, & dasydem,* id est leporem, *non comedetis.* Per hæc nimirum Dauid Gentes insinuat; hæc namque refugium spirituale habent petram, id est Ecclesiam: per hanc enim roborantur & expiantur. Cerui autem, cum munda sint animalia, necessariò sunt animæ iustorum, quæ legem seruauerunt.

Prou. 30,
26.

Deut. 14,
7.
Ecclesia est
refugium
Gentium.

19. FECIT LVNAM IN TEMPORA.]

κλυθῶ. καὶ τὸ τοῦ δὲ τῆς τῆς θεῆς σοφίας ἔργον ἢ ποικίλης καὶ πολυειδῆς, ὅτι ἐ πάν-
τα πᾶσι δένδρα ἐπιτήδεια πρὸς κατα-
γάμον. ἀλλ' ὡσπερ αἱ τροφαὶ αὐτῶν καὶ
αἱ ἐσθλαὶ καὶ οἱ βίοι ἕξφοροι, ἕτως καὶ αἱ
οἰκίαι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐροδοῖον ἐκ αἱ ἀμάρτοις ἢ
Πέτρον εἰπὼν, ἐπεὶ δὴ τῷ Χριστῷ διηκολῶς
ἠκολούθει. ὡσπερ γὰρ ὁ εροδίδος ἐκ ἐθέλει
χαρίζεσθαι τῷ κεκτημένῳ λήματα, ἕτω καὶ
τῷ εροδίδῳ ἠγείσθαι. Δείκνυσι γὰρ αὐ-
τοῖς, πᾶς καὶ τὰς τῷ θηροτῆτι παγίδας
ὑποβάλλεσθαι· ἐπεὶ δὴ καὶ αὐτὸς τῇ ἀρτή-
σῃ παγιδώθεις ἕξ μετανοίαν τῷ παγίδῳ
ἕξιφυγα.

11. ΟΡΗ ΤΑ ΥΨΗΛΑ ΤΟΙΣ ΕΛΑΦΟΙΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀκείεις πάλιν ἔπειρον εἶδος
σοφίας, πᾶς παντὸς ἐπιμελεῖται γένος, ἄλ-
λων τῷ ὀρθῶν, ἄλλως τῷ τετραπόδῳ κη-
δόμῳ. ἐκείνοις μὲν γὰρ δένδρα ἀνήκα,
τοῖς δὲ ὄρη ἀνέτερον. Ἐπεὶ δὴ γὰρ τὸ δειλὸν
ἢ φύσει αὐτὰς πρὸς δίδωσι, ἔ πᾶσι ποιῆ-
τοῖς θηροταῖς, δι' χειρῶν, ἔ παχύνεται πο-
δῶν καὶ ἀσφάλεια τέπειν ἐχαρίσαστο, ὡς
εἰ θάπτερον μὴ λῶ, τὸ ἔπειρον ἀχρησον λῶ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὸ γὰρ τῷ ἐλάφῳ πο-
λεμίας ἔχει πρὸς τὸ ἔθειον γένος· ἀσά-
δου γουὶ ἀπλεῖν αὐτὰς. Τοῖς τοῖς δὲ πᾶ-
σι οἱ Χριστῷ μαθηταί, ἐπίμωως ἔχοντες ἐκ-
δικῆσαι πᾶσαν ὡδρακλίαν· ἔχον δὲ καὶ τὴν
καὶ τῷ νοητῷ ἔθειον δυνάμει ἐκ τῶ ὀρέζον-
τος ἕξουσιαν αὐτοῖς πατεῖν ἐπάνω ἔθειον
καὶ σκοπίων, καὶ ὅτι πᾶσαν τῷ δυνάμει
τῶ ἐχθεῖν.

ΠΕΤΡΑ ΚΑΤΑΦΥΓΗ ΤΟΙΣ ΛΑΓΩΙΣ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Σύμμαχος τοῖς χοιρογρυλλίοις
ἕξίδωκεν. οἱ λαγωὶ ἔ οἱ χοιρογρυλλιοὶ ἐν
τοῖς ζωοῖς τοῖς ἀκαθάρτοις καὶ ἀδυνέσι πατ-
τόνται. τογαροῦ ὁ Σολομών φησι· χοιρο-
γρυλλιοὶ ἔθνος ἐκ ἰχυρῶν ἐποίησαστο ἐν πέ-
τραις τὰς ἑαυτῶν οἰκίας. Μωσῆς δὲ τῷ κάμη-
λον, καὶ τὸν ἕπ, καὶ τὸν δασύποδα, ὅπερ ὄζει
λαγῶς, ἐκ ἕδωδε. ἕξ τῆτων τῶν τῶ Δα-
βὶδ τὰ ἔθνη αἰνίττεται· ἔπει γὰρ καταφυγῶν
τῷ νοητῷ πέπειρον ἢ ἐκκλησίαν ἔχουσιν καὶ δι-
αυτῶν δυνάμει) ἔ καθαίρονται. ἔλαφοι δὲ,
ἐπεὶ δὴ καθαροὶ ζῶα τυγαίνουσιν, ἀναγκάτως
αἱ ψυχαὶ τῷ δικαίων εἰσὶν, ὅσαι τὸν νόμον
ἐφύλαξαν.

10. ΕΠΟΙΗΣΕ ΣΕΛΗΝΗΝ ΕΙΣ ΚΑΙΡΟΥΣ.]

ΑΘΑ-

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀναστρέχει πάλιν ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς ἕσπεσι προνοίαν, δι' ἃ δὲν ἔπρεον γημῆσαι τὴν σελήνην λέγων, ἢ πρὸς ἀεὶ μὲν καὶ ἀσύνετον μὲν τὴν καὶ ἡμέραν.

ATHANASII. Recurrit iterum ad re- rum caelestium providentiam, dicens nullam aliam ob causam Lunam esse productam, quam ob numerum atque notitiam mensium ac dierum.

CATE- NA PA- TRVM.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὰ δὲ ξαντα ἐν τοῖς ἀνω ὠδραλεῖσθαι, ὅτι τὰ κατ' ἕσπερον ἔτι τὰ πρὸς κερὰν καὶ ἀέριον ἐλέγχετο, καὶ ὁ λόγος ἐπαναλαμβάνει, ἐκ ἀσύνετου, οἶμαι, καὶ τοσαῦτα μημησάσας αὐτῆς, ἵνα δὲ τὰ διδάξαι, ἐπὶ καὶ ταῦτα χρεῖαι ἔπρεον ὑπέστη. Τὰ γὰρ ἅπαντα ἐπὶ αὐτῶν ἐπιμνήσασθαι, ἀφορμὴ τις καταλείπεται τοῖς ὡς θεῖα δεῖν ἰσχυρῶς ἠγασμένοις, καὶ ὡς πάντα τῆς γῆς ἐπὶ γῆς ζῶον τε καὶ κερπῶν σφάσεως. τὸ τοιοῦτον οἱ τῆς διαβόλαιας ἀλλότριον νομίζοντες, ὡρμηθῆσαν ὅσπερ ὡς θεῖα ἦσαν καὶ σελήνην, ὡς αὐτῆς ἡμετέρας γῆσεως τε καὶ τροφῆς καὶ ἀσύνετου αὐτοῦ. ἀλλ' ἐκ τούτου οὐδεὶς τὸ τοιοῦτον λόγος παρίστανται. ἀλλ' ἐπὶ καὶ τούτων ἐπιμνήσασθαι ἡ κατὰ τὴν προνοίαν τῆς θεῆς ἕμνον τὰ κατ' ἕσπερον, ἀλλὰ ἔτι δὲ τὴν γῆς σφάσεως ζῶον τε καὶ κερπῶν. Τὰ καὶ Μωσῆς διδάξαι βεβλήθεις, πρὸς τὸ εἰσῆγαγε τὴν γῆν ἵνα τῆς φουρῆς γέννηται, εἰδ' ἕσπερον τὴν φουρῆς σφάσεως.

EVSEBII. Ea quæ videbantur in superioribus prætermissa, quando de rebus caelestibus & nubibus & ventis differuit, modò hic sermo resumit, minimè inconsideratè, uti arbitror, post tanta eorum faciens mentionem, sed ut doceat, hæc etiam propter utilitatem esse condita. Forsitan enim si hæc primo loco commemorasset, ansa quædam relicta fuisset ijs qui ista veluti divina coli oportere existimarent, & tamquam causas productionis animalium ac fructuum terræ. Hoc nempe cum illi qui à pietate alieni sunt opinarentur, impulsii sunt ut Solem & Lunam tamquam Deos, quippe nostræ generationis & alimenti & incrementi auctores, colerent. Verum diuinus sermo hoc minimè probat; sed quod etiam absque his vniuersalis Dei providentia non solum res caelestes, verum etiam terræ animalia plantasque produxerit. Hoc etiam Moyses docere volens, primum plantarum terrestrium generationem, ac deinde luminarium productionem introduxit.

Cur animalium mentionem fecerit ante Solem & Lunam.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐχ' ἡ τυχὸν χρεῖαι ἐπιπύδων ἀνύεται ἐκ τῆς κατὰ εἰδῶν καὶ παρασκευασθῆναι πρὸς ἅπαντα. ὡς εἰ μὴ τὸ τοιοῦτον πάντα ἀπὸ ἀπολύτως ἔτι γινώσκοντες, ἔτι καὶ τὴν πρὸς τὴν γῆν ἀνατέμνει, τὴν δὲ τὴν θάλατταν εἰδῶν ἐν κατὰ προνοίαν. Αὐτὴ ἡ κατὰ τῆς κατὰ τὴν γῆν ἀνατέμνει, ἔτι κατὰ τὴν ἀλόγους ὅσπερ θεῖα ἔτι χρονοποιήσασθαι.

CHRYSOSTOMI. Ex temporis notitia minimè vulgaris utilitas conficitur ad omnia præparanda, ita ut si hæc abesset, omnia interitura fuissent: cum neque agricola terram, neque nauta mare sulcare potuisset in tempore opportuno. Hæc temporum notitia non solum hominibus, sed etiam brutis animantibus perquam opportuna utilissimaque existit.

Notitia temporum quam sit necessaria.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ μὴν ἡ μόνον τὴν σελήνην, ἀλλὰ καὶ τὸν ἥλιον καὶ τὰς ἀστέρας, καὶ εἰς ἡμέρας καὶ μῆνας, καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτοὺς ἔδειξε. Ἀλλὰ σελήνην ἐνταῦθα τὴν τῆς Ἰουδαίας λέγει συναγωγῆν, ἕως ἡμέρας καὶ μῆνας καὶ τῆς προφητῶν ἔδειξε ἥλιον δὲ τὸν Χριστόν. Οὕτω γὰρ αὐτὸν καὶ Μαλαχίας ἐλέγχε. Ἀναπέθει ὑμῖν τὸς φοβερούς καὶ ἄξιον ἥλιος δικαιοσύνης. καὶ ἵστας ἐπὶ τῆς πύργου αὐτῆς. ἕως ἡμέρας τὸ αὐτὸ δὲ σφάσεως τὸ κατὰ τὴν προνοίαν τὸ πάθος οἰκονομήσασθαι ἐγίνωσκον. ὡς πρὸς μὲν ἔλθειν τὸ τοιοῦτον λέγειν: ἔπειτα ἡμετέρας: ὅτι δὲ ἐκ τῆς

HESYCHI. Ceterum non solum Lunam, sed etiam Solem & stellas, & dies ac menses, & tempora & annos constituit. Lunam autem hoc loco intelligit Iudæorum Synagogam; quam usque ad tempora Legis ac Prophetarum instituit; Solem verò Christum. Sic enim etiam Malachias ipsam appellavit: *Orietur vobis timensibus Dominum Sol iustitia: & sanitas in penhis eius. Qui cognovit accusatum suum:* siquidem tempus cognoscebat, quo passio erat dispensanda; ita ut prius quidem quam illud aduenisset diceret: *Nondum venit hora:* quando autem

Luna Synagoga, Sol Christum.

Mal. 4.

Ioan. 2.

CATE-
NA PA-
TRVM.
Ioan. 12,
23.

tempus opportunum erat illam subeundi:
Venit, inquit, hora ut clarificetur Filius ho-
minis.

20. POSVISTI TENEBRAS, ET FA-
CTA EST NOX.] ATHANASII. Hoc
ait, ne alium diei & alium noctis auctorem
esse censeremus.

HESYCHII. Manifestè crucis tempus
designat, quo Sol noster occidit. Tunc enim
ab hora sexta vsque ad horam nonam tene-
bræ factæ sunt, quæ pro integra nocte acce-
ptæ fuerunt, propter mysterium triduanæ re-
surrectionis.

Cum noctem
fera egre-
diantur.

IN IPSA PERTRANSIBVNT OM-
NES BESTIÆ.] CHRYSOSTOMI. Quan-
do, inquit, Sol recesserit, tunc feræ congre-
gabuntur. Hoc autem non exiguum diuinæ
sapientiæ opus est, quòd non in die, sed po-
tius in nocte hoc fiat; ne viatores & agric-
colæ læderentur: quòd etiam hominibus
utile est.

HESYCHII. Bestias filuæ & catulos
leonum appellat dæmones, qui tempore Do-
minicæ passionis necessariò rugiebant, existi-
mantes tunc bestias habere tempus. Vide-
bant enim Iudam prodentem, Petrum ne-
gantem, reliquos Apostolos dissipatos. Ru-
giebant igitur, vt raperent & quærerent à
Deo iustos ad tentandum expostulare.

Numquid etiam Iobum diabolus exquisi-
uit? Expetijt autem Apostolos à Christo, ita
vt etiam Dominus diceret: *Simon, Simon,*
Quoties Satanas expetiuit vos ut cribraret
sicut triticum; ego autem rogavi pro te, vt
non deficiat fides tua.

LUC. 22, 31.
* Vulgata
Eccc

21. CATVLI LEONVM RVGIEN-
TES VT RAPIANT.] CHRYSOSTO-
MI. Talem enim à naturâ cibi rationem
ipsis indidit. Non enim serunt neque me-
runt, sed alterius generis substantias sibi fa-
ciunt alimentum.

Leones d
grada vi-
uunt.

EVSEBII. Quoniam non produxit ipsis
terra scœnum sicut alijs animalibus, & her-
bam seruitutî hominum, Deus tamquam
omnium curam gerens, atque omnium
habitationi ac vitæ prospiciens, ita dispo-
suit, vt alia quidem à Solis radijs pelleren-
tur, & quasi inimicum sibi lumen fugerent;
alia verò vt tamquam luci congenita, in die
prodirent, & vitam suam in luce transige-

περσίκων καταλαβὼν ἡμερῶν ἢ
ὡρα, φησὶν, ἵνα δοξασθῆ ὁ υἱὸς τοῦ ἀ-
θρώπου.

κ'. ΕΘΟΥ ΣΚΟΤΟΣ, ΚΑΙ ΕΓΕΝΕΤΟ
ΝΥΞ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸ τὸ φησὶν, ἵνα μὴ ἄλ-
λον δημιουργὸν τῶν ἡμερῶν καὶ ἄλλου τῶν νυκτῶν
λογισώμεθα ἕξ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Σαφῶς τὸν τῆ σαυρῆ λέγει
καίρον, ἐν ᾧ ἔδωκεν ὁ ἡμέτερος ἡλιος.
τότε γὰρ σκότος ἀπὸ ὡρας ἑκτῆς ἕως ὡρας
ἐνάτης ἐγένετο, ὅπερ εἰς ὀλόκληρον νύκτα,
ἐν τῇ τῆ τριήμερου τῆς ἀναστάσεως μυστηρίου
παρείληπται.

ΕΝ ΑΥΤΗ ΔΙΒΑΛΕΥΟΝΤΑΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ
ΘΗΡΙΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπειδὴ ἀνα-
χωρήσῃ ὁ ἡλιός, φησὶ, τότε τὰ θηρία ἀγα-
λάσονται. Οὐ μὲν γὰρ καὶ τὸ τὸ θεῶν συ-
φίας ἔργον, τὸ μὴ ἐν ἡμέρα, ἀλλ' ἐν νυκτὶ
μᾶλλον τὸ ποιεῖν. ὥστε μὴδὲ ὀδοιπόρου
μὴδὲ γηπόνου λυμάνου: τὸ καὶ τοῖς ἀν-
θρώποις χρήσιμον.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Θηρία τῆ δρυμὸς ἐ σκύμνος
τῆς δαίμονος φησὶ, οἷσιν ἐν τῇ καιρῷ τῆ
διαποικῆ πάθους ἀναγκάως ἄρνοντο, νο-
μίζοντες τότε θῆρας ἔχειν καιρὸν. Ἐβλε-
πον γὰρ ἰεῖσαι περὶ ἐδωκότα, τὸν Πέτρον
ἀνέμωμον, τῆς λοιπῆς ἀποστόλων σκορ-
πιδέντας. ἄρνοντο τῶν, ἀρπάσασθαι καὶ
ζητήσασθαι τῶν θεῶν τῆς δικαίας ἔχει-
τείν εἰς πειρασθήματα. ἢ ἐχθρὸν τὸν Ἰωβ ἐξή-
τησεν ὁ διάβολος; ἐξήτησε δὲ καὶ τῆς
ἀποστόλων καὶ τῆ χειρῶν, ὥστε τοὺς
εἰον λέγειν. Σίμων, Σίμων, πᾶσις ἐξή-
τησεν ὁ σατανᾶς σπιᾶσαι ὑμᾶς ὡς τὸ σίτον
ἐγὼ δὲ ἐδέξασθαι περὶ σὺ ἵνα μὴ ἐκλείπη ἡ
πίστις σε.

κα'. ΣΚΥΜΝΟΙ ΩΡΥΟΜΕΝΟΙ ΤΟΥ ΑΡ-
ΠΑΣΑΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τοῦτο γὰρ ἀ-
πὸ τῆ φύσος ἔστιν ἐπίδηκε τερφῆς. Οὐ γὰρ
σπεύσων ἐδὲ διερίζεσθαι, ἀλλὰ τὰς τῆ ἐπερ-
χρῶν ἐσίας ποιῶνται τερφῶν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὅτι μὴ ἐ αὐτοῖς ἐξαστήσι-
λη ἢ γῆ χόρτον ἄσπερ τοῖς κτήσι, καὶ χλόην
τῆ δαλεία τῶν ἀνθρώπων, ὁ θεὸς ὡς τῶν
ἀπάτων κηδεμῶν, καὶ ἂ τῆ παύτων δαμο-
νῆς τῆ καὶ ζωῆς ἀσπῆσαι εἰσφῆσαι τὰ μὴ ἐ-
λαίωσθαι ὑπὸ τῶν τῆ ἡλίου μὲρ ἀρῶν, ἐ
ἄσπερ ἐχθρὸν φάσθαι τὸ φάσ. ἀκονομοῦσθαι
τὰ δὲ ὡς τῆ φωτῆς συγγῆ, ἐν ἡμέρα ἀσπῆ-
σαι, καὶ τὸν βίον αὐτῶν ἐν τῇ φωτὶ δα-
γεν,

γεν, σμωχώρησε· ἦδ' ἠδὲ θηλειᾶν εἰς τὰς
μάνδρας αὐτῶν καταζομύων τῆ δὲ λογ-
κῆ ζωῆ ἐν ἡμέρᾳ ἔ φωτὶ περιούνη· ὅτι
τὸ ἔργον αὐτῆ, καὶ ὅτι τὴν ἔργασίαν αὐτῆ
ἕως ἑσπέρης.

κβ'. ANETEILLEN Θ ΗΛΙΟΣ, ΚΑΙ ΣΥ-
ΝΗΧΘΗΣΑΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες δι-
ταξίαν δημιουργῶν· διανέση ὁδοπότου, καὶ ἐδὲν
δοξασί· ἢ λυμανομύων, ἀλλὰ περιλαβῶν
ὁ ἥλιος πάντα σμωήλασε τὰ ἐπιβυλδύοντα.

ΗΕΣΥΧΙΟΥ. ΑΝΑΣΤΑΝΤΙ ἡδὲ Χειρῶν ὑπε-
χώρησαν. διὸ Σύμμαχος ἀντὶ τῆ σμωήχθη-
σαν ὑποχώρησεν ἔγραψε. Πῆ δὲ ὑπεχώρη-
σαν· εἰς τὰς ἑαυτῶν μάνδρας· ἔδρα κατα-
κοιτάζον· ἐρπύτη δίκην φωλδύοντες. Καὶ
μέλα εἰκότως, ἐπειδὴ τὸ θαρρῆν τοῖς ὄντως
ἀνθρώποις δίδωκε ἢ τῆ Χειρῶν ἀνάστασις, καὶ
περὶ τρεῖς, μέχρι ἑσπέρης, δηλαδὴ τῆς τῆ
βίης σμωτελείας, τὸ ἔργον τὸ οἰκείον ἐργάζε-
σθ, τετέτι τὴν ἀρετῶν· τὰύτην ἡδὲ ἡμῶν ὁ
θεὸς εἰς ἔργασίαν ἔδωκεν.

κδ'. ΩΣ ΕΜΕΓΑΛΥΝΘΗ ΤΑ ΕΡΓΑ ΣΟΥ
ΚΥΡΙΕ;] ΗΕΣΥΧΙΟΥ. Εκπλήττωται
τῆ θεῆ τὰ εἰρημύια μυστήρια ἐν σοφίᾳ
πολλῇ καὶ μεγάλῃ ἡμυόμυα· ἡδὲ εἰς ὑπεβάλλ-
λασαν καὶ λίαν ἀποκρυφον ἐδείξῃ ἄρχόντων
τῆ αἰῶν· τῆ τέτι ἔγνωσαν, εἰ ἡδὲ ἔγνωσαν ἐκ
αὐ τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσάνεσσαν, καὶ δὲ
φησιν ὁ Παῦλ·

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰς πέλαιος ἀχανῆς
ἐμπεσῶν ἢ τῆ θεῆ οἰκονομίας, καὶ ἐνοήσας
αὐτὸν τε τὸν ταῦτα ἔργασάμυον ἔ τὴν ἀ-
περσίτον αὐτῆ δόξαν, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀρρητον,
τῆς τε ἀνθρώπου καὶ τὰς ἀνω δυνάμεις, τὸν
ἔσανον, τὸν ἥλιον, τὴν σελήνην, τὴν γῆν, τὴν θάλατ-
ταν, τὴν κυμάτην, τὴν ἀταξίαν, τῆς ἀκλήτης
πανταχῆ ἰούκας ἐν ἡλίῳ, ἐν σελήνῃ, καὶ τοῖς
λοιποῖς κτίσμασι· ἔδὲ πάντην θηωρήσας
τῆ θεῆ τὴν σοφίαν ἔ τὴν κηδεμοσίαν ἐβόη-
σε λέγων, ὡς ἐμεγαλυνῆται τὰ ἔργα σου κύριε,
πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐκασον ἡδὲ εἰρημύων
λογομάμυ· ὁ θεοφῆτης, καὶ τὴν πολλῶν
τῆ θεῆ κηδεμοσίαν καταμαθῶν, ἐν μέσῳ
τῆς διηγήσεως τὸν ὕμνον ἀνέπημψε, θαυ-
μασῶν καὶ λίαν ἀξιάχασα, καὶ σοφίας μεσῶ φῆ-
σας ἔδὲ ἀπαντὰ τὰ τῆ θεῆ παύματα. Εὕρε
ἡδὲ καὶ τὴν ὑπὸ πνοῇ δυανθῶν δὲ θαλα-
λομύων νύκτα, σφόδρα χροσμοσῶ-
τῶν, καὶ τὰ ἀκαρπα ξύλα χροσίαν ἑτίεσθ

rent, concessit; feris quidem in suis lustris
cubantibus, rationali verò animali in die ac
luce prodeunte ad opus suum, & ad opera-
tionem suam usque ad vesperam.

CATE-
NA PA-
TRVM.

22. ORTVS EST SOL, ET CON-
GREGATI SVNT.] CHRYSOSTO-
MI. Vidisti rectum ordinem conditoris: sur-
rexit Dominus, & nil rerum inuenit noxia-
rum, sed Sol progrediens omnes insidias
abegit.

Christus
ut Sol no-
xia omnia
dispellit.

HESYCHII. Christo enim resurgente
recesserunt. Quapropter Symmachus pro
congregati sunt scripsit recedens. Quò autem
recesserunt? in lustra sua: ibi cubant serpen-
tium instar latitantes. Et iure meritissimo,
quandoquidem ijs qui reuera homines sunt
Christi resurrectio fiduciam dedit, & adhor-
tata est, ut usque ad vesperam, scilicet vitæ
huius consummationem, proprium opus age-
rent, nempe virtutem: hanc enim nobis Deus
ad operandum dedit.

24. QVAM MAGNIFICATA SVNT
OPERA TVA DOMINE!] HESYCHII. Obstu-
pescit dicta Dei mysteria in multa magna que
sapientia facta: quam utpote eximiam & val-
de arcanam nemo Principum huius sæculi
cognouit. Si enim cognouissent, nunquam
Dominum gloria crucifixissent, uti Pau-
lus ait.

Opera Dei
admiranda.

1. Cor. 2.

CHRYSOSTOMI. Cum in immensum
diuinæ dispensationis pelagus incidisset, co-
gitaretque hæc ipsum fuisse operatum & in-
accessibilem gloriam ipsius, ac lumen ines-
fabile, nec non homines supernasque virtu-
tes, cælum, Solem, Lunam, terram, mare,
fluctuum ordinationem, immobiles ubique
leges in Sole, in Luna, ceterisque creaturis,
& in omnibus Dei sapientiam curamque
considerans exclamauit dicens, Quam magni-
ficata sunt opera tua Domine, omnia in sa-
pientia fecisti.

THEODORETI. Cum singula eorum
quæ dicta sunt Vates perpendisset, cumque
ingentem Dei prouidentiam didicisset, in
medio narrationis in laudes prorumpit, di-
cens omnia Dei opera admiranda, & valde
digna stupore atque sapientiâ referta esse.
Nam & noctem à nonnullis impijs calumi-
nijs impetitam, per quam vtilissimam esse
reperit, nec non ligna infrugifera aliam quo-

Omnia Dei
opera facta
sunt in sa-
pientia.

CATENA PA-
TRVM.

que adferre commoditatem, & genera fera-
rum ad plurima hominibus conducere. Sa-
pientia porrò Dei, in qua facta sunt omnia,
Christus est. Christus enim Dei virtus &
Dei sapientia existit.

CHRYSOSTOMI. Tam parua quàm
magna, tam agrestia quàm cicura, tam fru-
ctuosa quàm sterilia, tam campos & plani-
ties quàm loca alta ceteraque omnia. Et
quod Moyfes dixit, Quoniam omnia in sa-
pientia fecisti, & sunt valdè bona; hoc ipsum
vtique etiam ipse Moyfi consentiens ait: *Om-
nia in sapientia fecisti.*

IMPLETA EST TERRA CREATURA TVA.]
HESYCHII. Id est instauratione & inno-
uatione. *Si qua ergo in Christo noua creatu-
ra; vetera transierunt, ecce facta sunt omnia
noua.* Ad quid autem terra? quandoquidem
ad illam cælos inclinans descendit. Quomo-
do autem illam creauit, nisi super aquas,
quemadmodum ab initio eam produxerat?
Clarum autem quòd per aquas Baptismatis.
Hoc enim id quod sequitur insinuat.

2. Cor. 5,
17.

Ecclesia
naui com-
parata.

25. HOC MARE MAGNUM.] CY-
RILLI. Ecclesiam nauis assimilât, mundo
hoc nostro in figura maris intellecto. Cum
mari nempe nostro vitam humanam compa-
rat propter instabilitatem, & rerum quæ in
ea sunt motum perpetuum. Serpentum au-
tem genus innumerabile refert multiforem
& quasi multarum facierum hominum mul-
titudinem, varietatem istam de affectus di-
uersitate intelligendo. Siquidem omnibus
est eadem natura, & nascendi modus mini-
mè diuersus, sed mens est multifida, & cor
in nobis multa cogitans. Atque hoc quidam
probè noscens dixit. Vti non sunt facies fa-
ciebus similes, ita nec mentes hominum.
Naues autem, quæ etiam in hoc mari intel-
ligibili pertranseunt, iuxta quod scriptum
est, dicimus esse sanctas Saluatoris nostri Ec-
clesias: quæ quidem in hoc mundo sunt, sed
mundo superiores existunt. Quemadmodum
videlicet naues quoque onerarias videre licet,
quæ quidem in aquis, sed aquis sublimiores
sunt. Ecclesie igitur, quæ adinstar nauium
spiritali hoc mare pernauigant, fideles qui-
dem excipiunt, eos autem ad alteram eamque
puram quodammodò deuehunt regionem,
scilicet ad Regnum cælorum, & spem in

Summa
mentium
humana-
rum diuer-
sitas.

Nauis Ec-
clesia ad
cælum cur-
sum.

είσοφίστα, καὶ ἦν θείων τὰ γῆρα εἰς
πολλὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀρμόδια. Σοφία
δὲ θεῶν, ἐν ἣ τὰ πάντα γηγήνηται, ὁ
Χριστός ἐστι. Χριστός γὰρ θεῶν δυνάμις καὶ
θεῶν σοφία.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ
μεγάλα, καὶ τὰ ἀγρία καὶ τὰ ἡμερὰ, καὶ τὰ
ἐγκαρπα καὶ τὰ ἀκαρπα, καὶ τὰ πεδία καὶ
τὰ ὕψια, ἔ τὰ ὑψηλὰ ἔ τὰ λοιπὰ πάν-
τα. ἔ ὅπερ ὁ Μωσῆς ἔλεγε, ὅτι πάντα ἐν
σοφίᾳ ἐποίησας, καὶ λίαν καλὰ τὸ δὲ καὶ
αὐτὸς ἐκείνῳ συμφώνως, ὅτι δὴ πάντα ἐν
σοφίᾳ ἐποίησας.

ΕΠΛΗΡΩΘΗ Η ΓΗ ΤΗΣ ΚΤΙΣΕΩΣ
ΣΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Τρεῖς τὲ ἰκανισμῶ
καὶ ἡ ἀνανεώσεως. εἰ περὶ γὰρ ἐν Χριστῷ καινὴ
κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρελθόν, ἰδὲ γέγονε
τὰ πάντα καινὰ. Διὰ τί δὲ ἡ γῆ; ἰπειδὴ
εἰς αὐτῷ ὁ κλῆνος ἕρως καταβάθηκα.
πᾶς δὲ αὐτῷ ἔκπεσε, ἀλλ' ἡ δι' ὑδάτων,
ὡς περ' αὐτῷ ἔ τ' ἀρχῆς παρήγαγε; δι'
ὑδάτων δὲ τὸ Βαπτισματὸ ὁ δὲ δὴλοι μα-
νύει γὰρ τὸ ἐπόμβρον.

κί. ΑΥΤΗ Η ΘΑΛΑΣΣΑ Η ΜΕΓΑΛΗ.]
ΚΥΡΙΑΛΛΟΥ. Νῆ παραβαλῆ τῷ Εκκλησίαν,
ἐν γῆματι θαλάσσης τῆς τῆ καθ' ἡμᾶς
νομιμῶ κόσμου. θαλάττη τογαρωμὴ τῆ καθ'
ἡμᾶς ὡδραβαλλῆ τὴν βίον τὸν ἀνθρώπων
δὲ τὸ ἀσάβητοι, καὶ ἀεικίνητοι ἦν ἐν αὐτῷ
ἔρεγματῶν ἰρπετῶν διὲ γῆ τὸ ἀναρθη-
μητὸν τὴν πολυιδῆ καὶ οἰοεὶ πολυπρόσα-
ποι ἦν ἀνθρώπων πληθύν, εἰς τὸ ἡ ἕξως
ποικίλον νομιμῆς ἡ ἔξαλλαγῆς. φύσις μὲν
γὰρ πᾶσι ἡ αὐτῆ, ἔ ὁ τῆς γῆσεως τρέπῃ
ἔχ' ἰπεροῖς, πολυχρόνης δὲ ὁ τῆς, καὶ πολυγῆ-
μων ἐν ἡμῶν ἡ καρδῆς. ἔ τῆτο εἰδῶς περ' ἔρα-
σκῆ, ὡς περ' ἔχ' ὁμοια πρὸς ὡπα πρὸς ὡ-
ποις, ἔ τως ἐδὲ αἱ ἔξνομι ἦν ἀνθρώπων,
πλοῖα δὲ ἔ τ' φαιδῶν ἔ καὶ ἐν τῆ δὲ τῆ
νοτιῆ θαλάσση δὲ πορῶται, καὶ τὸ γ-
γραμμῶν, τὰς ἀγίας τὰ σωτῆρος ἡμῶν
ἐκκλησίας. ἔσας μὲν ἐν κόσμῳ, πλὴν ἀνω-
τέρῳ τῆ κόσμου. καθὰ περ' ἀμέλει καὶ τὰς
ὀκλαῖας ἔξιν ἀρῶν, ὄσας μὲν ἐν ὑδασι,
excidisse in textu Septuaginta vocem *χερσιν*. Habet enim quodammodo mare manus suas: quot flumina mare intrant, tot sunt maris manus, & manus non arctæ, sed amplissimæ, sed latissimæ, & quæ vincant munificentissimas quasque manus. Suis nempe arenis sic mare arctatur, sic intra se continetur, sibi totum habens, vt extra arenæ limen præfixum nihil emittat vndarum. At per partes illas, per quas flumina recipit, non sic arctatur, sed vt accipit fluminum aquas, per eundem alueum suas vicissim per longum spatium largissimè effundit. Videres singulis diebus vt mare accipit paruulum in se fluuium, & vt statim per ipsum flumen sursum sese totum quodammodo refundit. Hoc pulchrè Baëza noster lib. 1. de Christo figurato cap. 2. Verbo Dei incarnato accommodans sic inquit, Diuinum Verbum ante incarnationem parçè & intra strictissimam mensuram profiliebat; vbi autem accepit carnem, quasi mare per acceptos riuos omnia sua in homines effundit & transfert. Huc spectat illud Iobij Monachi lib. 3. de Incarnatione cap. 17. apud Photium in Bibliotheca: *Διὰ τοῦτο σαρκὶ ὁ κύριος, καὶ τῆς πλάτης τῆς ἰδίας ἐδέχθη τὴν τῆς ἡμετέρας φύσεως ὑποδέχθη σαρκῶτα, ὡς ἂν τὸ ἐπιπτόν ὑπὸ τῆς ζωῆς καταποθῆ, καὶ εἰς τὸ ἕθλον παραπέμψῃ τὸ δῶρον, καὶ ἵνα τὸ ἀποτὸν πλάτης τῆς αὐτῆς ἐπὶ ἡμῶν φιλευθροῦσιν ἐδείξῃ*, Ideo carnem Dominus induit, & mari diuinitatis sue natura nostra gustam suscipit, cum vt mortalitas à vita absorberetur, atque in uniuersum genus beneficium effunderet; tum vt inexplicabile pelagus benignitatis sua erga nos ostenderet.

Quales sint manus maris.

Christus per incarnationem diuinitatis mare in nos effundit.

Præca cogitationes sunt animalia reptilia.

Mare nauigantes ad portum contendere debent.

IBIDEM. Illic reptilia, quorum non est numerus.] Hugo de S. Victore hic per mare intellexit concupiscentiam quæ in impijs dominatur: in quo mari reptilia, quorum non est numerus, sunt prauæ & portentosæ cogitationes. Sicut enim in mari sunt varia monstrorum genera, ita ex concupiscentia quam plurima diuersarum cogitationum monstra, eaque interdum horrida oriuntur, quæ non immeritò reptilia nuncupantur: quia sensum in animam quasi irrepunt, & tacito quodam ac lubrico motu illabuntur. Quoniam verò aliæ alijs scædiores sunt, magisque portentosæ, idcirco additur: *Animalia pusilla cum magnis.*

26. Illic naves pertransseunt.] Græcè *διὰ πλοῦν*: Latini tamen habent *pertransibunt*, aut *commcabunt*: Aquila, *περπατεῖ*, ambulans. Significat autem subito naves transire oportere, nec morari in fluctuum vndis eisdemque opprimi, sed ad portum contento studio inflammatoque celerare: ibi nos altum otium, quies, opulentia & beatitudo expectat: ibi labores & discrimina finiuntur: ibi naulum, ibi præmium & coronæ parantur. *Omnes puppes* (ait S. Ambrosius lib. 5. Hexæmeron cap. 11.) *quæ peruecta fuerint coronantur*. Index illud fuit singularis lætitiæ & humanissimæ voluptatis, quam non modò illi qui fuissent periculis Oceani perfuncti, verùm & chari omnes è reditu capiebant. Nam verissimè dictum est à Pindaro Ode 1. *Viris mare nauigantibus præcipuam esse voluptatem, ubi secundis ventis portum attigerint*. Illuc igitur rapiamur, vt possimus dicere cum Poëta: *Ecce coronata portum setigere carina.*

S. Augustinus mysticè exponens hunc locum, sic inquit: *Naves Ecclesiarum intelligimus: commcabunt inter tempestates, inter procellas tentationum, inter fluctus sæculi, inter animalia pusilla & magna. Gubernator est Christus in ligno crucis sua. Illic naves commcabunt; non timeant naves, non valdè attendant vbi nascunt, sed à quo gubernentur*. Magnum sanè & inexplicabile præsidium. Cum Ecclesiæ Rectoribus Deus gubernaculo manum admouet, ipse vela immittit, oram soluit, iacit anchoram, cursum omnem dirigit ad felicitatem; hinc Deo freti atque Deo securi nauigant. *Res magna*, inquit Seneca Epist. 53. *habere imbecillitatem hominis, securitatem Dei*. Quod eximium & Christiano ore dignum est acroama. Hanc mirabilem & suspicendam hominum generi Dei prouidentiam, quæ terrâ marique suos protegit, diuina oracula magnificè prædicant.

IBIDEM. *Draco iste quem formasti ad illudendum ei.*] In hunc locum Hebræi suo more fabulantur, Deum à principio mundi duos cetos immensæ magnitudinis, marem vnum alterum feminam procreasse; quia tamen præuidit, si per generationem multiplicarentur, impeditum iri nauigationem, feminam occidisse, & sale conditam referuasse, vt iustis post resurrectionem lautissimum ex eius carnibus conuiuium appareret, interimque cum masculo, qui superfluit, tribus horis quotidie animi gratiâ colludere: & ita locum Psalmi citatum interpretantur ridiculè, vt cetus mari, ita & ipsi sacræ Scripturæ illudentes. Locus enim ad litteram de ceto intelligitur, quem Deus procreauit in mari, vt in eo quasi luderet, ac de reliquis minoribus piscibus propter suam magnitudinem quasi tyrannico more triumpharet, eos nimirum deuorando. Ceterum Patres per *cetum* siue *Leniantham* eo loco dæmonem intelligunt, quem Deus formauit ad illudendum, id est, vt illuderet hominibus, vt exponit S. Hieronymus; seu ad illudendum ei; id est, vt illuderetur ei ab hominibus, præcipuè post passionem Christi, quem admodum interpretantur D. Augustinus, Theodoretus & alij.

28. *Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.*] Aquila, *ἀνοίξεις χεῖρά σου, ἐμπλησθήσονται ἀγαθῶν*, *Aperies manum tuam, implebuntur bono*: Theodotus, *ἀνοίξασθαι σε τὴν χεῖρα πλοῦντος ἀγαθῶν*, *Aperiente te manum tuam, implebuntur bonitate*: Symmachus, *χερσασθῆσονται ἀγαθῶν, saturabuntur bonis*. Quam hinc *bonitatem* alio loco *benedictionem* nominat, hoc est *ubertatem*, vt Cassiodorus vertit, Magna nempe Dei manus thesauris innumerabilibus facta & abundans missilia vbique spargit sua continuamque annonam; vti Regius Vates sæpè dulcibus odis celebravit. Apertio autem manus stylo Hebræo significat libertatem & munificentiam. Cum enim profusam munificentiam volunt exprimere, dicunt *פתח יד* *petuchah*, hoc est *manum apertam*. A quibus fortè accipientes Turcæ, liberalitatem quoque per apertas manus indicare soliti sunt, vt Leunclauius meminit lib. 4. Hist. Vide quæ infra notauimus ad Psal. 144. vers. 16.

29. *Auferes spiritum eorum, &c.*] Hæc verba sic exponit S. Gregorius lib. 24. Moralium cap.

ANNOTATIO NES COR DERII. Ecclesia inter procellas Deo gubernatore securis.

Fabula Hebraeorum de dracone.

Quid per draconem seu cetum intelligatur.

Psal. 144, 16.

Apertio manus symbolum liberalitatis.

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.
Homo su-
perbia spi-
ritu ablato
se puluerem
agnoscit.

cap. 27. *Auferes spiritum eorum; id est, omnem superbiam & turgentem spiritum auferes. Quid inde? Et in puluerem suum reuertentur: id est, tum facile se esse puluerem & cinerem meminerint. Ob tumorem enim superbiæ, quo distenduntur, non sinit Deus de futura morte cogitare. Quis autem (inquit Gregorius) spiritus, nisi spiritus superbia nominatur? tollatur ergo spiritus eorum, & deficient; id est, subducto superbia spiritu nihil de se esse cognoscant. Audiatur egregia vox Agapeti Diaconi: πῦλον ἔχον πάντες τῶ θεοῦ ἀποκάρωτα, Limum omnes habent generis auctorem sui. Ex eodem puluere, ut Democriteis atomis, fumus omnes concreti, è luto molli coagulati, è terra Prometheo artificio compositi. Nec pauperibus tantum vili centone fasciatis, verum etiam purpuratis, auratisque Regibus & potentissimis Principibus illud ab Ecclesia occinitur, Puluis es & in puluerem reuertentis.*

Deus dum respicit superbos facit eos tremere.

32. *Qui respicit terram, & facit eam tremere, &c.*] Pulchrè S. Augustinus ad hunc locum exponit quænam sit ista terra quæ tremat ad aspectum Dei, quinam isti montes qui fumigant ad tactum Dei. *O terra, inquit, exultabas de bonitate tua, tibi tribuebas vires opulentia tua: ecce respicit Dominus; & facit te tremere. Respiciat te, & faciat te tremere; melior est tremor humilitatis quam confidentia superbiæ. Et infra: Montes superbi erant, iactabant se, non eos tetigerat Deus, tangit illos, & fumigabunt. Quid est fumigare montes? Preceam Domino reddere. Ecce magni montes super-*

bi, montes ingentes non rogabant Dominum; se rogari volebant, & superiorem non rogabant. Quis enim potens & tumidus & superbus in terra, qui dignetur humiliter rogare Deum? De impijs loquor, non de cedris Libani, quas plantauit Dominus. Impius quilibet & infelix anima rogare Deum nescit, & vult se rogari ab hominibus. Mons est, opus est ut tangat illum Deus, & fumiget: quando cæperit fumigare, dabit Deo preceam: tamquam sacrificium cordis fumigat ad Deum, deinde tundit pectus: incipit & flere, quia & fumus excutit lacrymas.

IBIDEM. *Qui tangit montes, & fumigant.] De vindice Dei manu loquitur, cuius pondus & grauitatem sanctus Vates conatur exprimere, cum ait illius tactu montes fumigare, concepto videlicet igne vehementi atque violento, quo ferrum & æs liquefiant. Eodem sensu infra dicit: Tange montes, & fumigabunt. Sic apud Isaiam: Iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum: & conturbati sunt montes: ita ut quatientis illius manu montes, qui immobiles alioqui videantur, contremiscant. Amos quoque timore confimili obstupescens; Dominus, inquit, Deus exercituum qui tangit terram, & tabescet, & lugebunt omnes habitantes in ea. Alij similiter diuinitus afflati Scriptores de ipsius ira & ultione multa magnificè terribiliterque dicunt, ut vesani homunciones intelligant, quàm sit formidabilis & in omnem partem metueadus.*

Ira Dei
grauis &
formidabi-
lis.

Psal. 143.
Isa. 5, 25.

Amos 9, 5.

IN PSALMVM CIV. ARGVMENTVM.

Alleluia.

Ἀλληλεῖα.

Hic Psalmus est primus eorum quibus Alleluia inscribitur, id est mystica adhortatio excitans auditum ad laudem Dei: significat enim hac vox laudem Dei. Postremis autem Psalmis ut plurimum inscribitur, quoniam his qui per virtutis exercitium tendunt ad perfectionem conuenit ut Deum laudent. Mentionem autem continet antiquorum, ut populo constaret, quibus quidem institutis patres eorum vti honorem consecuti fuerint, quibus vero per vindictam abstinere edoceri sint, ut ex utroque emolumentum caperent, dum beatus David non solum futura ipsis ad eorum instructionem prædicit, & certiores reddit, verum etiam pristina commemorat, ut memoriam præteritorum haberent presentium admonitionem. Ceterum recentem quoque populum docet quomodo non iniuste ingratum illum populum curâ suâ destituerit, ne eandem viam quam illi tenere discerent.

Πρωτὸς ὁ παρὲν ψαλμὸς τυγχάνει τῆς ἐπιγραφόμενων τῶ Ἀλληλεῖα, ὅπερ ἔστι παρὰ λέξιν μυστικὴ πρὸς τὴν τῶ θεῷ ὑμνωδία τῶ ἀπολύτῳ διεγείρουσα. σημαίνει δὲ αὐτὴ τῶ θεῷ. τοῖς τελευταίοις δὲ τῆς ψαλμῶς ὡς ἐπίπαι ἐπιγράφεται, ὅτι τοῖς ἡδὴ πρὸς τὸ τέλει φθάσαι τῆς κατ' ἀρετῶν πολιτείας ἀρμόζον φιλεῖ τὸ αἰεὶ τὸν θεόν. Μνήμην δὲ ἔχει τῆς παλαιᾶς, ὡς αὐτὸς εἶπεν οἱ τῶ λαοῦ, τίσι μὲν ἐπιτιμώμενοι οἱ πατέρες αὐτῶς κατηνέχοντο ἐπιτιμώμενοι, τίνων δὲ ἀπέχεσθαι μετὰ κολάσεως ἐπαίδευσαντο, ἵνα ἐκατέρωθεν ὠφελοῦντο, τῶ μακαρίῳ Δαβὶδ ἔ μόνον εἰς παιδείαν αὐτοῖς τὰ μέλλοντα προέλεγοντο, καὶ ἀσφαλιζόμενοι, ἀλλὰ καὶ τῆς παλαιότερης ὑπομνήσκοντο, ἵνα ἔχοιεν τὰς μνήμας τῶ γενομένου ὀφθαλμοῦ τῶ παρόντων. Διδάσκει δὲ καὶ τὴν νέον λαόν ὡς ἐκ ἀδικίας τὸν ἀχάριστον δῆμον ἐκείνον τῆς οἰκείας κηδεμονίας ἐγύμνωσεν, ὡς αὐτὸς μαθόντες μὴ τῶ ἐκείνου βαδίζοιεν.

P A R A-

PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

1. Paral. 16, 8.

α. **Ε**ΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ τῷ κυ-
εἰώ, καὶ Ἰσχυραλεῖδε τὸ
ὄνομα αὐτοῦ ἀπαγγέ-
λατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Μὴ δεξιέπαυροι, φησι, πάση τῇ γῆ
πρὸς θεῷ διηγῆματα ἐπιιδόντες.

β. Ἀΐσατε αὐτῷ καὶ ψάλατε
αὐτῷ· διηγῆσατέ πάντα τὰ θαυ-
μάσια αὐτοῦ.

Ποιῶμεθα δέ, φησι, τὰ διηγῆματα μὲν
ἕμῶν καὶ ἀδελφῶν, ὅσα εἰς ἡμᾶς ἐπεδείξατο
θαυμάσια, καὶ ὡς ὀνομασθεῖς ἡμᾶς ἀπεργά-
σατο. ὅθεν ἐπιφασί.

γ. Ἐπαινέσατε ἐν τῷ ὀνόματι
τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ διφρασηθῆτω καρ-
διά ζητούντων τὸν κύριον.

Καὶ νῦν ἔν, φησι, πάντες οἱ ἐκζητούντες τὸν
κύριον ἴσατε ἐν διφρασῶν, ὡς ἐκ ὑποδύ-
ξομενοι ἔπαρ' αὐτῷ χάριτες.

δ. Ζητήσατε τὸν κύριον, καὶ
κρεθαιώθητε· ζητήσατε τὸ πρό-
σωπον αὐτοῦ διαπαντός.

Δῆλον γάρ, φησι, ὡς ἡ ζήτησις ἡ αὐτῷ
ἰχμὴ παράχῃ καὶ δυνάμει τοῖς ζητήουσιν·
μὴ δεξιέπαυτοι ἐν τῷ ποιεῖν.

ε. Μνήσθητε τῶν θαυμασίων
αὐτοῦ ὧν ἐποίησεν, τὰ τέρατα αὐ-
τοῦ, καὶ τὰ κείμενα ἐξ ὀμάτων
αὐτοῦ.

Ἐχρεῖ ἔν, φησι, ἐν μνήμῃ ὅσα θαυμάσια
ἕμῶν ὑμῶν ἐποίησε καὶ ὅσα τέρατα τοῖς Αἰ-
γυπίοις ἐπεδείξατο.

ς. Σπέρμα Ἀβραάμ δέλεα
αὐτοῦ· υἱοὶ Ἰακώβ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ.

Ἡμῶν μὲν γάρ, φησι, προσέκειται μνησ-
θαι αὐτῷ κατ' ἐξαιρετικὸν λόγον τοῖς ἀπὸ τοῦ
Ἀβραάμ καταγεγνημένοις καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰακώβ,
ὅς ἐξελέξατο δευλεύειν αὐτῷ.

ζ. Αὐτὸς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν
ἐν πάσῃ τῇ γῆ τὰ κείμενα αὐτοῦ.

Αὐτός, φησι, ὅστις ὁ κύριος ἡμῶν, ὁ
πᾶσαν ἐπιπέσει τὴν γῆν.

T O M V S I I I .

1. **C**ONFITEMINI Domino,
& inuocate nomen eius:
annuntiate inter Gentes
opera eius.

Non desistamus, inquit, omni terræ de
Deo facere narrationes.

2. Cantate ei, & psallite ei;
narrate omnia mirabilia eius.

Faciamus autem, inquit, narrationes cum
hymnis & canticis, quanta erga nos ostende-
rit mirabilia, & quàm nos celebres reddi-
derit. vnde subiungit:

3. Laudamini in nomine san-
cto eius: lætetur cor quærentium
Dominum.

Nunc igitur, inquit, omnes qui quæritis
Dominum eritis in lætitia, tamquam mini-
mè frustrati gratiâ eius.

4. Quærite Dominum, & con-
fortamini: quærite faciem eius
semper.

Manifestum enim, inquit, est inquisitio-
nem eius fortitudinem ac virtutem præbere
quærentibus eam: ne deficiatis itaque hoc
facientes.

5. Mementote mirabilium eius
quæ fecit, prodigia eius, & iudi-
cia oris eius.

Habetote igitur, inquit, in memoria mi-
rabilia quæcumque pro vobis fecit, & quæ-
cumque prodigia Ægyptijs ostendit.

6. Semen Abraham serui eius:
filij Iacob electi eius.

Siquidem nos, inquit, decet eius memi-
nisse, qui secundum eximiam rationem ab
Abrahamo & Iacobo descendimus, quos
elegit ad sibi seruiendum.

7. Ipse Dominus Deus noster:
in * omni terra iudicia eius.

Ipse, inquit, est Dominus noster, qui om-
nem terram iudicat.

Quibus & quomodo Deo confitentium.

Beneficia Dei assidue memoranda.

* Vulgata vniuersa

Ita Dei gratia & formidabilis.

Psal. 143, 5. Isa. 5, 25.

Atmos, 5.

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

8. Memor fuit in sæculum te-
stamenti sui; verbi quod mandavit
in mille generationes:

Hic enim, inquit, patribus nostris dispo-
suit testamentum, & ad nos vsque posterof-
que nostros illud custodit, & tempus minimè
euanidam reddit promissionem. Id ipsum
igitur clariùs explicans subiungit:

9. Quod disposuit ad Abraham,
& iuramenti sui ad Isaac:

10. Et statuit illud Iacob in
præceptum; & Israël in testamen-
tum æternum,

Totum hoc negotium distinxit secundum
proprium idioma. Vult autem dicere, ipsum
quoque Patriarchis nostris dedisse promissio-
nes, & iuramento illas confirmasse.

Narrat
promissio-
nem & be-
neficia pa-
trium sa-
cra.

11. Dicens: Tibi dabo terram
Chanaan, funiculum hereditatis
vestræ.

Promisit, inquit, Deus Patriarchis datu-
rum se terram Chananitidem, & omnem eius
hereditatem.

* Vulgata
breui,
* eius.

12. Cùm essent numero * bre-
ues, paucissimi & incolæ * in
ea.

Promisit, inquit, eis hereditatem Palæ-
stinæ, non quando multi erant, ne quis viri-
bus multitudinis locorum occupationem ad-
scriberet; sed quando valde pauci erant, &
vix numerum conficiebant. & quod profe-
ctò maius est subiungit:

13. Et pertransierunt de gente
in gentem, & de Regno ad popu-
lum alterum.

Post promissionem enim, inquit, muta-
runt loca ex locis, & ex Regno in aliud
Regnum transiuerunt, idque cùm essent nu-
mero breues; & prodigiôsè seruari sunt. vnde
subiungit:

* Vulgata
reliquit

14. Non * permisit hominem
nocere eis: & corripuit pro eis
Reges.

Pharaonem intelligit & Abimelechum,
quos corripuit propter Sarram, & terrefecit.

15. Nolite tangere Christos meos,

ή. Ἐμνήθη εἰς τὸν αἰῶνα δια-
θήκης αὐτοῦ. λόγος ἔνετείλατο
εἰς χιλίας γενεάς.

Οὕτως γὰρ, φησι, τοῖς πατέρας ἡμῶν
δέδοτο διαθήκην, καὶ μέχρις ἡμῶν ταύτην
διεφυλάττει καὶ ἡμεῖς, καὶ ὁ χρόνος
ἐξέτηλον ἐποιεῖ τὴν ἐπαγγελίαν. σαφίτε-
ρον γὰρ ἐρμηνεύων αὐτὸ ἐπάγει.

θ. Ὅν δέδετο τῷ Ἀβραάμ, &
ἔθηκε αὐτοῦ τῷ Ἰσαάκ.

ί. Καὶ ἔφησεν αὐτῷ τῷ Ἰακώβ
εἰς παρῶσαγμα. Ἐτῷ Ἰσραὴλ εἰς
διαθήκην αἰώνιον,

Ὅλοι τὸ παρῶσαγμα διείλε καὶ τὸ οἰκεῖον
ιδίωμα. βύλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι τοῖς Πα-
τριάρχαις ἡμῶν καὶ ὑπέχετο τὰς ἐπαγγε-
λίας, καὶ ὅρκω ταύτας ἐβεβαίωσε.

ια. Λέγων· Ἐδώσω τὴν γῆν
Χαναάν, χοῖνίσμα κληρονομίας
ἡμῶν.

Ἰπέχετό, φησι, ὁ θεὸς τοῖς Πατριάρ-
χαις· δίδουαί τὴν Χαναάνου γῆν, καὶ παύ-
τα αὐτῆς τὰ κληρο.

ιβ. Ἐν τῷ εἶναι αὐτὸς ἀριθ-
μῶ βραχεῖς, ὀλιγοσὺς ἔπαρσί-
κτος ἐν αὐτῇ.

Ἰπέχετό, φησι, ἡσθεῖς τὴν κληρονομίαν
τῆς παλαιστίνης, ἐχ' ὅτι πλήθος ἐχρόστο,
ἵνα μή τις τῆ δουράμει τῆ πλήθους ἐπιγρά-
ψῃ τὸ κατ' ἡμῶν τόπων· ἀλλ' ὅτι βρα-
χεῖς ἦσαν ἀραν, καὶ μόλις εἰς ἀειθμὸν ἐρ-
χόμενοι. Ἐ τὸ δὴ μᾶλλον ἐπιφέρει.

ιγ. Καὶ διήλθον εἰς ἔθνη εἰς
ἔθνη καὶ ἐκ βασιλείας εἰς λαὸν
ἕτερον.

Μετὰ γὰρ τὴν ἐπαγγελίαν, φησὶν, ἡμε-
ροι τότες ἐκ τόπων, καὶ ἐκ βασιλείας εἰς
ἕτερον μετέβαινον, καὶ ταῦτα ὄντες βραχεῖς
ἀριθμῶ· καὶ ἐφυλάχθησαν παρὰ δόξως.
ὅθεν ἐπιφέρει.

ιδ. Οὐκ ἀφῆκεν ἀνδρῶν ἀ-
δικῶσα αὐτὸς. καὶ ἠλεγξεν ὑπὲρ αὐ-
τῶν βασιλεῖς.

Τὸν Φαραὼ λέγει καὶ τὸν Ἀβιμίλεχ ἐς
ἠλεγξεν ὑπὲρ τῆ Σάρρας, καὶ ἐφόβησεν.

ιε. Μὴ ἀπτεώδε τῶν χειρῶν μου,
καὶ

καὶ ἐν τοῖς προφήταις μὴ πο-
νηρέεσθε.

& in Prophetis meis nolite ma-
lignari.

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

Μοιρομηχί τῆτο λέγων & ὀπιπύτων τοῖς
λαοῖς καὶ τοῖς βασιλῆσιν, μὴ διγγάνην αἰ-
δρουν προφητῶν, ἔχόντων δεξ' τῆς χειρὸς
πατρῶν.

Tantum non dicens & præcipiens po-
pulis ac Regibus, ne attingant viros Pro-
phetas, qui habent ordinem per vn-
cionem.

15'. Καὶ ἐκάλεσε λιμὸν ἐπι-
τῶ γῆ· πᾶν σῆμα, ἀρτοῦ
σωείτρεψεν.

16. Et vocauit famem super
terram: & omne firmamentum
panis contriuit.

Ἐπειδὴ εἶπεν ἄνω ὅτι ἡμεῖον τόποι ἐκ
τόπων, καὶ χῶραι, δέφοροι τέτες ὑπεδέ-
χοιτο, τῶ αἰτίας λέγα τῆς μεταστάσεως.
λοιμὸς γὰρ, φησι, βαρῦτατος κατέλαβε τὴν
γῆν, καὶ ἐπῆλθεν τοῖς πατριάρχαις γίνε-
σθαι πρὸς εἰς Αἴγυπτον καθόδου.

Cum superius dixisset eos mutasse loca
ex locis, & diuersas regiones ipsos exce-
pisse, causam reddit huius migrationis. Fa-
mes enim, inquit, grauissima terram occu-
pauerat, atque inde Patriarchis data est oc-
casio descendendi in Ægyptum.

17'. Α' πῆσειλεν ἔμπερθεν αὐ-
τῶν ἀνθρώπων· εἰς δέλλον ἐπράθη
Ἰωσήφ.

17. Misit ante eos * homi-
nem: in seruum venumdatus est
Ioseph.

* Vulgata
virum:
Quanta
speris pro-
uidentia
Dei in ge-
nus Israël.

Τὰ κατὰ τὸν Ἰακώβ λέγει· ἐπειδὴ γὰρ ἔ-
μελλε τὸ γένος τῆ Ἰακώβ εἰσέναι εἰς Αἴ-
γυπτον (αἰτία δὲ ἡ ὁ λιμὸς) τῶ προνοίας
σημαίνε τὸ θεῶ, ὅτι τέτες, φησι, μέλλοντι
γίνεσθαι, παραδείασε τὸν Ἰωσήφ προλαβεῖν,
καὶ εἰς Αἴγυπτον δεσποτῶν τὸ κράτος, ὡς
τὸ ἐπὶ πάντων λιμὸν διδόναις γνῶναι τοῖς
ἀνακειμένους θεῶ. Καὶ εἰσηλθὲν, φησι, ὁ
Ἰωσήφ εἰς μὴ μωρίας ἀξιοπιστίας, ἵνα μὴ πε-
εἰς ὑστερον δυναστυίαν τῆ προλαβῆσθαι ἀξιο-
πιστία ὀπιγρῶν, ἀλλ' ὡς δούλος ὄδου
ἐπάγει.

Res Iacobi narrat. Cum enim genus Ia-
cobi in Ægyptum esset ingressurum (huius
autem causa erat fames) prouidentiam Dei
significat, quod cum hoc, inquit, futurum
esset, eò destinauerit Iosephum qui præce-
deret, atque Ægypti Imperium obligaret,
ita vt omnium fames amicis Dei vberras
existeret. Et ingressus est, inquit, Ioseph non
cum maxima auctoritate, ne quis postero-
rem eius principatum priori eius aucto-
ritati adscriberet, sed tamquam seruus. vnde
subdit:

18'. Ἐταπεινώσαν ἐν πέδαις ἐπὶ
πόδας αὐτοῦ, σιδηρὸν διήλθεν ἡ
ψυχὴ αὐτοῦ,

18. Humiliauerunt in compe-
dibus pedes eius, ferrum pertransi-
uit * anima eius,

* Vulgata
animam

Τίς δὲ αὐτὸν ἠλπίσε, φησι, ἐκ ποσῶν τε-
πεινώσει τῶ ποσῶντα κατωρθῶν; εἶτα ὅτι
καὶ ἐχρῶνισεν ἐκ τῶν δισμοῖς ὁ Ἰωσήφ ση-
μαίνε ἐπάγει.

Quid autem, inquit, ex tanta humilitate
tanta bona prouentura sperasset? Deinde
Iosephum quoque in vinculis moras traxisse
significat subiungens:

19'. Μέχρις ἃ ἐθεῖν τὸν λόγον
αὐτοῦ.

19. Donec veniret verbum
eius.

Prouiden-
tia Dei cito
ἐκ Ἰωσήφ.

Ταῦτα γὰρ, φησι, πάντα ὑπέμενε, ἀ-
χεῖ εἰς προσηύταξεν ὁ θεὸς λυθῆναι αὐτῶ
τῶν δισμῶν. ἔτι γὰρ πρὸς αὐτὸν δεκατέσσαρα
διήλθε. καὶ τὴν ἡμέραν ποσῶντων χροῖον
ἐταπεινώσετο ἐπάγει.

Hæc enim, inquit, omnia sustinuit, do-
nec præcepisset Deus ipsum vinculis absolui;
in ijs enim annos circiter quatuordecim
exegit. Et cum tanto tempore humiliatus
fuerit subiungit:

Τὸ λόγιον κυρίου ἐπύρωσεν αὐ-
τόν.

Eloquium Domini inflamma-
uit eum:

Ἐβόλησε γὰρ, φησι, τὸ πρῶτον * θεῶ

Volebat enim, inquit, præceptum Domini
ipsum

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

ipsum probatum demonstrare: nempe quan-
do Deus voluit, quid factum sit, subiungit:

20. Misit Rex, & soluit eum;
princeps * populi, & dimisit
eum.

* *Vulgata*
populorū,

Pharaonem intelligit, ob somniorum am-
biguitatem.

21. Constituit eum Dominum
domus suæ, & Principem omnis
possessionis suæ.

Pro solutione quæstionum, inquit, hæc
contigerunt.

22. Ut erudiret Principes eius
sicut semetipsum; & senes eius
* sapientiam doceret.

* *Vulgata*
prudentiam

Adeo enim, inquit, ipsum admiratus
est Pharaon, ut optaret omnes suos Prin-
cipes Iosephum æmulari & scientiam
eius.

23. Et intrauit Israël in Ægy-
ptum: & Iacob accola fuit in ter-
ra Cham.

Hæc, inquit, est causa descensus Patriar-
chæ Iacob & reliquorum in Ægyptum:
Cham enim Ægyptum appellat, sicut Cha-
naan Palæstinam.

24. Et auxit populum suum
vehementer: & firmauit eum super
inimicos eius.

Sed nec eò descendentes, inquit, neg-
lexit illos Deus, sed valde ipsos auxit, &
propriâ benedictione supra Ægyptios ipsos
multiplicauit.

25. Conuertit cor eorum ut
odirent populum eius; & do-
lum facerent * in omnibus ser-
uis eius.

* *Vulgata*
in seruos

Conuersus enim, inquit, Pharaon, & odio ip-
sos prosequens, omni dolo vsus est aduersus
eos. Hic enim est qui iussit ut omnes masculi
ipsorum Israëlitarum interficerentur.

26. Misit Moysen seruum
suum, Aaron, quem elegit * sibi.

*Providen-
tia Dei cir-
ca Moysen.*
* *Vulgata*
ipsum.

In tali, inquit, tempore ostendit illis Moy-
sem & Aaron.

δούμιον αὐτὸν ἀποδείξαι· ἀμέλει ὅτι ἤβη-
λήθη ὁ θεὸς τί ἐβλήθη ἐπιφέρει·

κ'. Ἀπέειλεν βασιλεὺς καὶ ἔ-
λυσεν αὐτὸν, ἀρχῶν λαοῦ, καὶ ἀφῆ-
κεν αὐτόν.

Τὸν Φαραὼ λέγει, ἐπὶ τῇ τῆς διαιρέτην
ἀπορία.

καί. Κατέστησεν αὐτὸν κύριον
ἑ οἴκου αὐτοῦ, καὶ ἀρχόντα πάσης
τῆς κτήσεως αὐτοῦ.

Κατὰ τὴν λύσιν τῆς ζητημάτων ταῦτα
ἐγίνετο, φησι.

κβ'. Τοῦ παιδύσαι οὖν ἀρ-
χόντας αὐτοῦ ὡς ἑαυτὸν· καὶ οὖν
πρεσβυτέρους αὐτοῦ ἐφίσηται.

Τοσαῦτον δέ, φησὶν, ἔχον αὐτὴν θαῦμα ὁ
Φαραὼ, ὡς ὄξασθαι πάντας αὐτὴν τὰς
ἀρχοντας τὸν Ἰωσήφ ζηλώσαι καὶ τὴν ἐκεί-
νην σιώσῃ.

κγ'. Καὶ εἰσῆλθεν Ἰσραὴλ εἰς
Αἴγυπτον· καὶ Ἰακώβ παρῴκησεν ἐν
γῆ Χαμ.

Αὕτη, φησὶ, γίνεται αἰτία τῆ καθόδε τῆς
εἰς Αἴγυπτον τῆς πατεράρχῃ Ἰακώβ ἔ τὰς
μετ' αὐτῆ· Χαμ γὰρ ἡ Αἴγυπτος λέγεται, ὡσαύτῃ
Καναὰν τὴν Παλαιστίναν.

κδ'. Καὶ ἠύξησε τὸν λαὸν αὐ-
τοῦ σφόδρα· καὶ ἐκραταίωσεν αὐ-
τὸν ὑπὲρ οὐδὲν ἐχθρὸς αὐτοῦ.

Ἄλλ' ἐδὲ ἐκεῖ καταβόησαν αὐτῶν,
φησὶν, ἠμίλησεν ὁ θεὸς, ἠύξησεν δὲ αὐτὸς ἀ-
γαν, καὶ ἐπλήθυνεν ὑπὲρ τὰς αἰγυπτίους τῆ οἰ-
κεία ἀλογία.

κε'. Μετέστρεψε τὴν καρδίαν
αὐτῶν ἑ μισῆσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ,
ἑ δουλεύουσαι ἐν πᾶσι τοῖς δούλοις
αὐτοῦ.

Μεταστρεφείς γάρ, φησὶν, ὁ Φαραὼ, καὶ
μισήσας αὐτοὺς παντὶ δόλῳ ἐκείρητο κατ'
αὐτῶν. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ποροξέας ἔ τὰ
ἀρῆρα αὐτῶν τῆς Ἰσραηλιτῶν ἀιαιρείας.

κς'. Ἐξ ἀπέστρεψε Μωυσῆν τὸν δού-
λον αὐτοῦ Ἀαρὼν, ὃν ἐξελέξατο ἑαυτοῦ.

Ἐν ταύτῃ καιρῷ, φησὶν, τὸς ἀπὸ τὸν
Μωυσία καὶ τὸν Ἀαρὼν ἀντιθέσει.

κζ'. Ἐθε-

κζ'. Εἴθε ἐν αὐτοῖς οὐδὲ λό-
γοις τῶν σημείων αὐτοῦ καὶ τῶν τε-
ρεῶν αὐτοῦ ἐν γῆ Χαμ.

Αἰτὶ τὰ τὰ σημεῖα αὐτοῦ ἔτι τὰ τέρατα
αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς ἴδωτο, ὥστε ἐκείνων πρῶτα-
τότων γίνεσθαι ταῦτα· εἶτα καὶ καταλέγει
αὐτὰ.

κη'. Εξάπεσειλε σκότος, ἔσκο-
τασεν· καὶ ἐπαρεπίκραναν οὐδὲ λό-
γοις αὐτοῦ.

Αἰτὶ τὸ ἐπίπεγεν αὐτοῖς σκότος. οἱ δὲ
πρὸς τὸτο ἠπειθήσαν ἐν ᾧ μὲν ἰὼ καιροῦ
τὸ σκότος, δεηθῆσαντες, μὲν δὲ τὸ πάυσασθαι,
πάλιν ἀπειθήσαν.

κθ'. Μετέσρεψε τὰ ὕδατα αὐ-
τῶν εἰς αἷμα· καὶ ἀπέκτεινε οὐδὲ
ἰχθύας αὐτῶν.

Πάλιν, φησὶν, εἰς αἷμα μετέβαλε τὸ
ὕδωρ, καὶ πάντων τῶν ἐν ὕδασι θάνατον
κατεφθέσατο.

λ'. Εξείρψεν ἡ γῆ αὐτῶν βα-
τεράχας ἐν τοῖς ταμείοις τῶν βα-
σιλέων αὐτῶν.

Ὡς δὲ, φησὶ, καὶ τὸ ὕδατος κατεφθέσαν,
ἐπίπεγεν τὸ τῶν βατεράχων πλῆθος· ὥστε
ἐδὲ τῶν βασιλείων ἐδὲ τῶν ταμείων ἐφεί-
σαντο, ἀλλὰ πάντα μὲν ἰὼ τὸ πρῶτον ἀγ-
ματῶ.

λα'. Εἶπε καὶ ἦλθε κινώμιμα,
καὶ σκνίπες ἐν πάσι τοῖς ὄρεσι
αὐτῶν.

Ὡς δὲ καὶ τὴν κατεφθέσαν, ἐπήνη-
κον ἄλλα χαλεπώτερα.

λβ'. Εἴθε τὰς βροχὰς αὐτῶν
χάλαζα, πρὸς καταφλέγον ἐν τῇ
γῆ αὐτῶν.

Αἰμεληθέντων δὲ, φησὶ, ἔτι πρὸς λαβῶ-
των, ἐπήχθη καὶ χάλαζα μιμηθῆναι πῦρ
πάντα ἀναλίσκοντα. ὅθεν ἐπάγει.

λγ'. Καὶ ἐπάταξε τὰς ἀμπέ-
λας αὐτῶν καὶ τὰς συκάς αὐτῶν· ἔ-
συνέτερεψε πᾶν ξύλον ὄρειν αὐτῶν.

Εἰπεὶ δὲ καὶ ταῦτα κατεφθένηθη, ἐποίη-
σεν ἐπάγει.

λδ'. Εἶπε, καὶ ἦλθεν ἀκρίς, ἔ-
βρεχῶ, ἔσθη ἰὼ ἀριθμὸς·

27. Posuit in eis verba signorum
suorum & prodigiorum * suorum
in terra Cham.

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.
* Absit à
Vulgata.

Id est signa sua & prodigia sua in eis po-
suit, ita vt ipsis præcipientibus ista fierent;
deinde etiam illa recenser:

28. Misit tenebras, & obscu-
rauit: & non * exacerbauerunt ser-
mones eius.

* Vulgata
exacerba-
uit sermo-
nes suos.

Id est, Immisit ipsis tenebras. Qui quidem
eo tempore quo tenebræ ingruerant me-
tuentes, persuasi fuerant, sed vbi cessassent;
iterum erant refractarij.

29. Conuertit aquas eorum
in sanguinem: & occidit pisces
eorum.

Narrat
plagas Æ-
gypti.

Rursus, inquit, aquam conuertit in san-
guinem, & omnia quæ in aquis erant morti
adiudicauit.

30. Edidit terra eorum ra-
nas in penetralibus Regum ip-
sorum.

Vbi autem, inquit, etiam aquam
contempsissent, immisit ranarum multi-
tudinem; ita vt neque regijs quidem pen-
etralibus parcerent, sed omnia eius mandato
plena essent.

31. Dixit, & venit cynomyia,
& cyniphes in omnibus finibus
eorum.

Vbi autem etiam hæc contempserant; ir-
rogauit alia grauiora.

32. Posuit pluuias eorum gran-
dinem, ignem comburentem in
terra ipsorum.

Ceterum, inquit, cum etiam præcedentia
neglexissent, illata est grando quæ ignem imi-
tabatur omnia consumendo. vnde subdit:

33. Et percussit vineas eorum
& * ficus eorum: & contriuit * om-
ne lignum * finis eorum.

* Vulgata
ficulneas
* Absit à
Vulgata.
* Vulgata
finium

Cum verò etiam hæc desprexissent, quid
fecerit subiungit:

34. Dixit, & venit locusta, & bru-
chus, cuius non erat numerus:

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

Si quid autem residui, inquit, grando reliquisset, hoc locusta & bruchus depascebat. vnde subdit:

35. Et comedit omne fœnum in terra eorum: & comedit omnem fructum terræ eorum.

Ceterum cum ex hac etiam plaga minimè essent emendati, postremam tandem inducit.

36. Et percussit omne primogenitum in terra * Ægypti, primitias omnis laboris eorum.

* Vulgata
corum,

Hæc, inquit, sola plaga permouit Ægyptios; vnde deinceps soluerunt Israëlitas. Si quidem subinfert:

* Vulgata
cum

37. Et eduxit eos * in argento & auro: & non erat in Tribubus eorum infirmus.

Sic enim, inquit, Ægyptij ipsos dimiserunt, vt etiam ab ipsis spoliati, neque aurum, neque argentum sibi vendicarent, sed æqui consulerent, si cum diuitijs egredientes qualemcumque salutem Ægyptijs relinquerent. Nemo autem, inquit, inter Israëlitas tam miser apparebat, qui non vicino suo spoliato egrederetur. Hoc enim est quod ait: *Et non erat in Tribubus eorum infirmus.* Verumtamen non contristabant hæc Ægyptios. vnde subdit:

Narrat
exitum po-
puli de Æ-
gypto.

38. Lætata est Ægyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos.

Non tantum enim, inquit, illos damnum affligebat, quantum ipsos metus liberatio recreabat. Deinde post pœnas Ægyptiacas quantam Deus erga populum suum prouidentiam ostenderit subiungit:

39. Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem vt lucret eis per noctem.

Vt nox quidem illuminaretur, dies verò obumbraretur.

40. Petierunt, & venit coturnix: & pane cæli saturauit eos.

Quin imò, inquit, coturnices postulanti- bus etiam manna concessit.

Εἰ πὶ δέ, φησι, λείψανον ἢ χάλαια κατέλιπε, τὸτο κατέφαγον ἢ ἀκροὶ καὶ ὁ βρωχῶ. ὅθεν ἐπιφέρει·

λέ. Καὶ κατέφαγε πάντα χορτόν ἐν τῇ γῆ αὐτῶν. Ἐ κατέφαγε πάντα τὸν καρπὸν τῆς γῆς αὐτῶν.

Ὡς δὲ εἰς ταύτης τῆς πληγῆς ἐσαφρονίσθησαν, ἐπάγα λοιπὸν τὴν τελευταίαν.

λς'. Καὶ ἐπάγαξε πᾶν πρωτότοκον ἐν γῆ Αἰγύπτῳ, ἀπαρχὰ πάντων τῶν πόων αὐτῶν.

Αὕτη, φησι, μόνη ἡ πληγὴ καθίκατο τῶν Αἰγυπτίων· ὅθεν λοιπὸν ἀπέλυσαν Ἰσραηλίτας. ἐπιφέρει γὰρ·

λζ'. Καὶ ἔξήγαγον αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ· καὶ οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ἀδενῶν.

Οὕτω γὰρ, φησι, ἀπέλυσαι αὐτοὺς οἱ Αἰγύπτιοι, ὥστε καὶ σκυλοδόμοι παρ' αὐτῶν, μὴ ἀντιποιεῖσθαι μηδὲ τὴν χρυσίῳ μηδὲ τὴν ἀργυρίῳ, ἀγαπητὸν δὲ ἡγεῖσθαι, εἰ μετατὰ τὴν πλάτῃ ἐξελθόντες καταλείπουν Αἰγυπτίους τὸ ὅπως αὐτοὺς σῶσαι. εἰδὲς δέ, φησι, ἐν ταῖς Ἰσραηλίταις ἕτως ὡφθη τὰ λαίπρω, ὅς ἐ σκυλοδομοὺς τὸν γέγονα ἐξελθεῖν τὸ γὰρ λέγει· καὶ οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀδενῶν. Ἐ ὁμοίως ἐκ ἐλύπει ταῦτα τὰς Αἰγυπτίους. ὅθεν ἐπιφέρει·

λη'. Εὐφρανθήσονται Αἰγύπτιοι ἐν τῇ ἐξόδῳ αὐτῶν· ὅτι ἐπέπεσον ὁ φόβος αὐτῶν ἐπ' αὐτοὺς.

Οὐ γὰρ ἕτως αὐτοὺς, φησι, ἐλύπει ἡ ζήμια, ὅσον αὐτοὺς ἠυφρανθῆναι ἢ τὴν φόβος ἀπαλλαγῆναι. εἶτα μὴ ταῖς κατ' Αἰγυπτίους τιμωρίας ὅσον ἐπεδ εἶξατο ὡς τὸν λαὸν περιποιῶν ὁ θεὸς ἐπάγα·

λθ'. Διέπετασε νεφέλη εἰς σκέπην αὐτοῖς, καὶ πύρρον φωτίσαι αὐτοὺς τὴν νύκτα.

Ὡς τὴν φωτίσαι μὴ τὴν νύκτα, σημαίνει δὲ τὴν ἡμέραν.

μ'. Ἠθροσαν, καὶ ἦλθεν ὄρτυγομήτρα· Ἐ ἀρτόν ἐβρανῆ ἐνέπλησεν αὐτοὺς.

Ἀλλὰ καὶ αἰτήσασί, φησι, ὄρτυγομήτραν καὶ τὸ μῆνα ἐδωρήσατο.

μα'. Διέ-

μα. Διέρρηξε πέτραν, & ἔρρυσαν ὕδατα. ἐπορεύθησαν ἐν ἀνύδροις ποταμοί.

Οὐ μόνον γὰρ, φησι, τροφῶν αὐτοῖς παρέδοξον ἐχάρισατο, ἀλλὰ καὶ ποτὸν ἀνάπινον παντὸς, καὶ μὴ προσδοκώμενον. Τίτος ἐν ἑνὶ κα πάντα ταῦτα ποιεῖ ἐπάγ.

μβ. Ὅτι ἐμνήσθη ἔργον ἔργον αἰγίς αὐτοῦ, τοῦ πρὸς Ἀβραάμ τὸν δεῖλον αὐτοῦ.

Τῆς γὰρ, φησι, διαθήκης αὐτῆς ἡ πρὸς Ἀβραάμ ὑπομνησκόμηνος ταῦτα ἐποίησεν. ἔστιν ἐπιφέρει.

μγ. Καὶ ἔξηγαγε τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει, & ἔσθον ἐκλεκτὰς αὐτοῦ ἐν διφροσύνῃ.

Εἶτα σωτόμως ἐπιφέρει τὰ ἔξῃς, ὅτι ἐμόνον αὐτὰς Αἰγυπτίων ἀπὸ πλάξου, ἀλλ' ὅτι καὶ κληρονομὰς αὐτὰς ἐποίησε ἡ Παλαιστίνης. ἐπιφέρει γὰρ.

μδ. Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς χώρας ἐθνῶν. καὶ πόδας λαῶν κατεκληρονομήσων.

Οἱ ἐν τῷ σάταν ἀπολαύσαντες, φησι, τί εἰσι δίκαιοι ποιεῖν ἐπιφέρει.

με. Ὅπως δὲ φυλάξωσι τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ ἐκζητήσωσιν.

Ἐπειδὴ ἐν, φησι, πάσης διεργασίας ἔστιν ὁ σκοπὸς ἡ φυλακὴ τῆς παραγωγῆς, τῶν μὴ ἄποσάμεν, ἵνα μείνη πρὸς ἡμᾶς βέβαια τὰ διεργατήματα.

41. Dirupit petram, & fluxerunt aquæ : abierunt in * ficcis flumina;

PARAPHRASIS ANONYMI. * Vulgata sicco

Non solum enim, inquit, prodigiosum ipsis cibum largitus fuit, verum etiam porum penitus insperatum, & inexpectatum. Quam igitur ob causam hæc omnia faciat subiungit:

42. Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham * seruum suum.

* Vulgata puerum

Hæc enim, inquit, fecit recordatus testamenti sui ad Abraham. vnde subiungit:

43. Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia.

Deinde reliqua breuiter subiunxit, ut nimirum non solum ipsos ab Ægyptijs liberauerit, verum etiam heredes fecerit Palæstinæ. itaque subdit:

44. Et dedit illis regiones Gentium; & labores populorum possederunt:

Hi igitur, inquit, qui tanta fuerant consecuti, quid merito facere debuerint subiungit:

45. Ut custodiant iustificationes eius, & legem eius * exquirant.

* Vulgata requirant

Cum igitur, inquit, omnis beneficij scopus sit obseruatio mandatorum, ab his minime recedamus, ut nobiscum beneficia firma perseuerent.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

ἘΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] Αἰ. Αἰλλίλοις ἐγκυδοῦνται οἱ τὰ λαῖ, ὡς ἐπὶ μὲν τοῖς γαροῦσιν διχασεῖν, ἐπὶ δὲ τοῖς μέλλουσιν ἐπικαλεῖσθαι δὲ δέωδ. ἀντὶ δὲ τῆς ἐπικαλεῖσθαι κηρύσσει ἐπὶν ὁ Σύμμαχος. Διὰ δὲ τῆς ἀπαργαίλας ἐν τοῖς ἔθνεσι, δῆλον ὡς ἐκ Ἰουδαίοις μόνον ἔθνησιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξ ἔθνων παραγωγὰς, τῶν πινύματ' ἑσὶν τῶν ἔθνων διεγείροντ' κήρυκας εἰς τὸ καὶ ζητεῖν τὸν κύριον, καὶ κηρύσσειν τὰ πρὸς αὐτῶν σημήματα. Τὰ δὲ σημήματα.

ΤΟΜΟΣ III.

I. CONFITEMINI DOMINO.] Qui sunt de populo sese inuicem adhortantur, ut pro præteritis quidem gratias agant, pro futuris verò Deum inuocent ac deprecentur. Pro inuocate autem Symmachus dixit predicare. Per hoc autem quod annuntietur inter Gentes, manifestum fit non tantum Iudæis, sed etiam ijs qui ex Gentibus sunt utilitatem procurari, spiritu nimirum prædicatores Gentium excitante cum ad Dominum querendum, tum ad narrationes eius prædicandum. Narrationes

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

nes autem eius nobiscum sint ea miracula quæ erga nos ostendit, quibus etiam celebres & laudabiles nos reddidit. Pro *laudamini* autem Aquila legit *Gloriamini*. Hortatur autem hic sermo, ut non ob alias aliquas diuitias aut prosperitatem gloriemur, sed in Dei cognitione. Ceterum edocet quanta sit utilitas confessionis. Nam querentes, inquit, ipsum, continget in lætitia versari, & fortes reddi. Illud autem, Querere Dominum semper, opponitur isti quod secundum Moysem ter in anno apparere dicitur. Non semel, inquit, sed per totam vitam querite: sic enim inexpugnabiles eritis ab ipso confortati. Etenim in nouo Testamento hoc præcipit: *Petite, & dabitur vobis*. Facies autem Domini possit esse *figura substantia eius*, cum sit imago Dei inuisibilis; quapropter etiam qui videt ipsum vidit & Patrem.

Confessio lætitiæ & fortitudinem conciliat.

Non semel tantum, sed totâ vitâ querendus Deus.

Math. 7.
7.
Hebr. 1. 3.

Ioan. 14.
9.

Quid vocet mirabilia, & quid prodigia.

5. MEMENTOTE MIRABILIVM EIVS.] Habete, inquit, in memoria, & ne tradatis obliuioni mirabilia quæ pro nobis fecit, & prodigia quæ Ægyptijs irrogauit. Frequenter autem accipit mirabilia pro beneficijs, prodigia verò pro supplicijs: iudicia autem sunt ea quæ iuste & maturo consilio statuit, & rebus ipsis secuta sunt. Ac in nouo quidem Testamento prodigia sunt v. g. paralyticum firmare, mortuum suscitare; iudicia verò, sermones eius & decreta, quæ exactè expensâ instar accurati præceptoris ac legislatoris exposuit. Nobis igitur, inquit, conuenit horum maximè meminisse, utpote ex Abraham & Iacob semine oriundis, quos etiam ad seruiendum sibi elegit. Quare subiunxit: *Ipse Dominus Deus noster*. Cum enim, inquit, vniuerso orbi dominaretur, nos proprium suum populum appellauit, vniuersum orbem iudicans.

Quid per mille generationes significetur.

8. MEMOR FVIT IN SÆCVLVM TESTAMENTI.] Scilicet ad Abraham, quod ad nos vsque seruat, & in tempus quod post nos erit. Neque tempus ipsum euacuabit. Nam illud *In mille generationes* non ed dixit, quod præsens sæculum mille dumtaxat generationibus annumeretur; sed mille annorum numerum pro multitudine accipit, nempe in mille millenarijs promissionum ad Abraham factorum perennitatem stabilitatemque declarans. Singula autem secundum proprium

τα μετ' ἡμῶν ἔσω ὅσα εἰς ἡμᾶς ἐποδείξατο θαύματα, οἷς καὶ ὀνομασθῆναι ἀπειρογύστατο ἔπι πανθρώπων. ἀντὶ τῆς ἐπιανεῖσθαι δὲ ὁ Ἀκύλας καυχᾶσθαι. Παρακελεύεται δὲ ὁ λόγος, καὶ ἐπὶ τῆς ἐτέρῃ καυχᾶσθαι πλείων τυχόν ἢ διημερία, ἀλλ' ἐν τῇ τῆς θεῆς γνώσει. ὅσον δὲ τῆς ἐξομολογηθεῖσθαι ὄφελος διδάσκει. Τίς γὰρ ζητεῖσθαι, φησὶν, αὐτὸν, συμβίβεται τὸ ἐν ἀφορεσίῳ (ἐξ), τὸ κραταίως (ἐξ). Τὸ δὲ, διαπαντὶς ζητεῖν τὸν κύριον, ἀντιθέσθαι τὰς καὶ τῆς Μωσῆα τελέων φαίνοσθαι τῆς ἐπι-αυτῆ. μὴ ἀπαξ, φησὶν, ἀλλὰ ὡσθ' πάντα τὸν βίον ζητεῖσθαι. ἀμαχοὶ γὰρ ἔπος ἔσθεσθαι ὑπὸ αὐτῷ διωκαμένοι. Καὶ ἐν τῇ νύκτι γὰρ τῆς πνεύματος ἀγίου, αἰτεῖσθαι, καὶ δοθήσεται ὑμῶν. πνεύματος δὲ θεῆς εἶναι αὐτὸ ὁ χαρῆσθαι τῆς ὑποστάσεως αὐτῆς, εἰκὼν τυγχάνων τῆς ἀρετῆς θεῆς. διὸ ἔορθῶν αὐτὸν ἐώρασθαι ἢ πατέρα.

6. ΜΝΗΣΘΗΤΕ ΤΩΝ ΘΑΥΜΑΣΙΩΝ ΑΥΤΟΥ.] Ἐχέτε, φησὶν, ἐν μνήμῃ, καὶ μὴ λήθησθαι ὡσθ' ὅσα ὑποσθαι ἡμῶν ἐποίησθαι θαύματα, καὶ ὅσα τέρατα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπέσθαι. λαμβάνει δὲ πολλάκις τὰ μετ' ἡμῶν θαύματα ὅτι ἐπιγασθαι, τὰ δὲ τέρατα ἐπὶ πνεύματος. κείμενα δὲ ὅσα ἐν δίκῃς ἔπι κεκλιμένως ἀπεφαίνεσθαι, καὶ ἠκολούθησθαι τὰ πνεύματα. Καὶ ἐπὶ τῆς νύκτι τέρατα μετ' ὁ σφίξθαι ὡσθ' αὐτοῖς, τὸ ἐγείρωσθαι νεκρῶν κείμενα δὲ, οἱ λόγοι αὐτῆς καὶ ἀποφασθαι, αἷς κεκλιμένως ἀκρεῖσθαι παιδούτῃ καὶ νομοθεῖσθαι δίκῃς ἐξετίθεισθαι. Ἡμῶν ἐν, φησὶν, μέγιστα τὸ μνησθαι πνεύματος, τοῖς ἐν ἀρεμασθαι Ὁ Ἀβραάμ καὶ Ἰακώβ, ἐς καὶ δευτέροσθαι αὐτῶν ἐξελέσθαι. διὸ ἐπέσθαι γὰρ. Αὐτοῖς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν. πάσθαι γὰρ, φησὶν, δευτέροσθαι τῆς οἰκουμένης, ἴδιον ἡμᾶς λαὸν πνεύματος ὁρῶσθαι, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην δικάζων.

7. ΕΜΝΗΣΘΗ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ ΔΙΑΘΗΚΗΣ.] Τῆς πνεύματος Ἀβραάμ, φησὶν, μετ' ἡμῶν ἐπιφύλασθαι, καὶ τὰ μετ' ἡμῶν χεῖρῶν. καὶ ὁ χεῖρῶν ἐξέσθαι τὸν αὐτῶν ἐπιποίησθαι. Τὸ γὰρ εἰς χιλίας χιλίας ἐχ' ὅτι χιλίας μόνον γυναικῶν ὁ πνεύματος αἰὼν ἀειδιμάσθαι. ἀλλὰ τὸν ἡμῶν χιλίων ἐπὶ ἀειδιμῶν ἐπὶ πλείους λαμβάνει, ὡς ἐπὶ τῆς χιλίας χιλιάδες τὸ διαρκῆσθαι καὶ μόνιμον δηλῶν ἡμῶν πνεύματος Ἀβραάμ ὑποσθαισθαι. Διεῖλε δὲ ἕκαστον κατὰ οἰκείον ἴδιωμα.

ιδίωμα . Οὐ γὰρ τῷ μὲν Ἀβραάμ ἐπηγυρίλατο , τῷ δὲ Ἰσαάκ ὤμωσεν , τῷ δὲ Ἰακώβ ἐπέταξεν . ἀλλὰ καθόλου βύλονται εἰπεῖν , ὅτι τὰς πατριάρχαις ἡμεῖς καὶ ὑπέχετο πρὸς ἐπαγγελίας , καὶ ἄρα πάντας ἐβεβαίωσεν . εἶπεν δὲ λόγῳ Ἰακώβ αἰώνιον καὶ ἄρα , καὶ κατὰ Χριστὸν αἰιότηται . εἴ ποτε δὲ Ἰακώβ αἰπλάς , καὶ κατὰ τὸν Ἀβραάμ καὶ τὸς ἄλλους ἄρα ὄμωσεν δὲ φωνῶν , ἢ ὅτι ὄμωσεν , ἀλλὰ τὸ βέβαιον καὶ ἀμειψόμενον παρῆν . ὡς περ καὶ ἐργαζόμεθα λόγια θεοῦ , ἢ ἐργαζόμεθα , καὶ ἔπιλανθάνομαι , ἢ ἔπιλανθάνομαι . Τί ἐν ἐπαγγέλιον ; λόγων ; σοὶ δώσω τὴν γῆν Χαναάν . Τί ἐπέχετο ; φησὶ , τοῖς πατέροισι δώσω τὴν Χαναάνην ἢ τὴν γῆν Παλαιστίνην εἰς κληρονομίαν . χρονομαζαί γὰρ καλεῖ τὴν μεμετεμμένην καὶ διασπασμένην . τὸ δὲ βραχὺ ἐστὶν οὐκ αἰνιτὶ τὰ ὀλίγια εἶπεν . Τὸ γὰρ βραχὺ κυρίως ἐστὶν μεγέθους κείνου . τὸ δὲ ὀλίγον ἐστὶν ἀειδίμω . Τί ἐπέχετο ἐν αὐτῷ τὰ ὀλίγια ; ἢ πληθυνθῆσθαι ὡς τὰ ἀστέραι . αἰνιτὶ δὲ τὴν περιουσίαν διασπασμένην κατὰ τὴν γῆν . ἢ ὅτι πληθύνονται ἔρχονται ; ἢ καὶ μή τις τῶν τῶν πληθύνει ἐπιτηρέσει τὴν γῆν ; ἀλλ' ὅτι βραχὺ ἦσαν , ἢ καὶ τὸ ὑποχρομῆν ἢ ἰσχυρὸς ἡφαίται . καὶ τὸ μὲν ὄν , φησὶ , καὶ διήλθεν ἔξ ἴθους εἰς ἴθον . μετὰ γὰρ τὴν ἐπαγγελίαν , φησὶ , τόποι ἐκ τῶν πατρὶσιν ἀμειψόμενοι , καὶ ἢ ἐφ' ἑνὸς ἰσομερούς , καὶ ὀλίγοις ἦσαν τῶν πατριάρχαις , ἢ ὡς ἐφύλαξεν , ὡς μή τινα αὐτὸς ἀδικῶν ἴδεναι , τὴν αἰώνιον δὲ ἡλεγε μάλλον ἢ ἡμεῖς βασιλεῖς , τὸν Φαραῶν καὶ τὸν Ἀβιμέλεχ . ἢ ὡς τῆς Σάρρας ἐφύλαξεν . Μὴ ἀπὸ τοῦ δὲ λόγων ἢ Χριστὸν μου , μονογενὴ τὸν λόγον καὶ ἔπιπάττει , μὴ διγγάνειν ἀνδρῶν ἐκλελεγμένων ἡμῶν . τῆς γὰρ καὶ καλεῖ Χριστὸς . Ὁ γὰρ ἢ χρονομαζαί ποιεῖ ἀφορίζουσα τὸν χρονομαζαί , τῆς καὶ ἢ ἐκλογὴ ἔξαρπτε ποιεῖσα τὴν ἐκλελεγμένους . Ἀλλὰ καὶ ὡς φησὶ τῆς εἰχον ὡς δὲ θεοῦ οἱ ὡς τῶν Ἀβραάμ . τῷ γὰρ Ἀβιμέλεχ ἔφη Ἀπὸ τοῦ τὴν γυναικα τῶν ἀνδρῶν , ὅτι ὡς φησὶ ὅτι : καὶ ὡς φησὶ ὡς σὺ . καὶ ἄλλως δὲ Χριστὸν , ὅτι τῆς μετῶν τῶ φησὶ ὡς τῶν λόγων ἐφ' ὅραστον .

idioma distinxit. Non enim Abraham quidem promisit, Isaac autem iuravit, Iacobo vero praecepit: sed vult uniuersim dicere, ipsum Patriarchis nostris & promissiones dedisse, & eandem iuramento confirmasse. Si quando autem testamentum æternum & iusiurandum dicat, ea quæ secundum Christum sunt insinuat. Si quando vero simpliciter nomet testamentum, intelligit ea quæ ad Abraham & posteros eius spectant. Iuramentum autem vocat, non quod iurauerit, sed ut stabilitatem & immutabilitatem declaret: sicut etiam operari Deus dicitur, cum non operetur, & obliuisci, cum minimè obliuiscatur. Quid igitur promisit? *Dicens, Tibi dabo terram Chanaan.* Promisit, inquit, se patribus daturum Chananitidem siue Palestinam in hereditatem. Funiculum enim vocat partem dimensam & dominio deputatam. *Breues* autem hoc loco dixit pro *paucos*. *Breue* enim proprie de magnitudine dicitur; *paucum* vero de numero. Promisit igitur pro eo quod pauci sint eos multiplicandos sicut stellas; pro eo autem quod incolæ essent terræ dominium obtenturos; non quando multi erant, ne quis victoriam potentæ multitudinis adscriberet, sed quando breues siue pauci existebant, ut promittentis fortitudo appareret. Et quod *maius est*, inquit, *Et transferunt de Gente in Gentem.* Post promissionem enim, inquit, Patriarchas loca ex locis mutantes, nec vno loco consistentes, cum etiam paucissimi essent, ita conseruauit, ut non sineret quemquam ipsos lædere, quin potius *corripuit pro eis Reges*, Pharaonem scilicet & Abimelechum; quos propter Sarram terrefecit. Ceterum dicens, *Nolite tangere Christos meos*, tantum non ait & præcipit, ne attingant viros ab ipso electos: hos enim modò vocat Christos. Nam id quod vnctio facit vnctum segregando, hoc etiam electio præstat electos eximios reddendo. Ceterum etiam illi qui apud Abraham erant Prophetarum ordinem apud Deum obtinebant: siquidem Abimelecho dicebat: *Redde viro suu uxorem, quia Propheta est: & orabit pro te.* Quin & aliter quoque Christi erant, ex participatione diuini Verbi ipsis in visionibus apparentis.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

Quid per
testam-
entum æter-
num &
iusiuran-
dum signi-
ficatur.

Terra Chan-
naan Israh-
elis pro-
missa.

Pauci Is-
rahelita
multas Gen-
tes subege-
runt.

Quid ele-
ctio præstat
electis.

Gen. 10, 7.

15. ΚΑΙ ΕΚΑΛΕΣΕ ΑΙΜΟΝ ΕΠΙ ΤΗΝ
T O M V S I I I .

16. ET VOCAUIT FAMEM SVPER TER-
O 2 RAM.]

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.
Famis de-
scriptio.

Quid vo-
catur fir-
mamentum
panis.

Dei in Io-
sephum
providen-
tia.

Josephi hu-
miliario
quantia.

Pfal. 65,
12.

Josephi li-
teratio et
somnia-
rum inter-
pretatio.

RAM.] Rationem reddit cur fames instar
viventis animalis appellata sit. Dicit nimirum
vim effectricem, quæ omne quoque panis
firmamentum conterat; ita ut sicubi panis ap-
paruerit, non tamen confirmet eos qui ipso
replentur; iuxta illud, *Et panis confirmat cor
hominis*. Hoc enim in fame ab ira Dei illa-
ta potissimum accidit, ut comedentes mini-
me confirmentur. Dixit autem *omne firma-
mentum*, id est, omne id quod alimentum
præstare possit, non solum frumentum, sed
etiam hordeum & legumina, ceteraque qui-
bus homines vitam sustentant. Vel causam
reddit transmigrationis Patriarcharum. Fa-
mes, inquit, grauiissima terram occupauit, at-
que inde nata ipsis est occasio descendendi in
Ægyptum. Cum enim futurum esset, ut Ia-
cobi genus in Ægyptum descenderet (huius
autem causa erat fames) Dei providentiam
significat; quod cum hoc futurum esset, præ-
miserit Iosephum ut præcederet, & Ægypti
imperium obtineret, ut omnium fames Deo
deuotis vbertas fieret. Vtraque autem per
hoc ipsum declarauit, scilicet fratrum nequi-
tiam, & propriam benignitatem: illi nam-
que ipsum tradiderunt; ipse verò eorum pra-
uitate conuenienter usus est, & seruum Re-
gem effecit. Quis autem ex tanta humilita-
te tam magna sperasset? Post calumniam
verò adulterij carcerem inhabitauit, & in
vinculis moras traxit. Illud autem, *Ferrum
pertransijt anima eius*, id est: Pedes quidem
eius in compedibus humiliati fuerunt, anima
verò ipsius mansit expers humiliationis. Hoc
enim significat istud *pertransijt*, ut quando
ait, *Transiimus per ignem & aquam*, illæsi
nimirum & impassibiles manentes. Symma-
chus autem ait, *In ferrum venit anima eius*:
id est, Ad cædem usque periclitatus est. Hoc
autem non semper sustinuit: nam afflictionis
mensuram limitauit, dicens illam præualuisse,
donec veniret verbum Dei; quo ex ergas-
tulo euocatus, curator & educator omnium
constitutus est. Vel verbum eius dicit illud
iudicium somniorum, quod cum vidisset,
patri fratribusque exposuit, nempe de mani-
pulis, & Sole ac Luna, atque vndecim stellis
ipsum adorantibus. Quo usque enim necdum
aderat verbi illius consummatio, dictis mo-
lestijs exercitatus fuit. Vel ac si dicat, vs-

ΓΗΝ.] Αἰτίαι παρείησι τὴ κληθῆναι δίκην
ἐμφύχου ζῶν τὸν λιμὸν. λέγει δὴ τὴν ἐπι-
γῆν καὶ δυνάμει, καὶ τὴ συντελεθῆναι πᾶν
σῆμα ἄρτου· ἢ εἰ ἐ φανεῖται πε ἄρτου,
μὴ σπρίζοι τὰς ἐμπλασμάτους αὐτῶ. καὶ τὸ,
ἐ ἄρτος σπρίζῃ καρδίαν ἀθεοφύτου. Τῆτο γὰρ
ἔστιν ὁ μάλιστα συμβαίνει ἐν τοῖς λιμοῖς κατ'
ὄργλῳ θεῷ γνοιδύλω, τὸ τὰς ἐδίοντας μὴ
σπρίζωδ. Εἶπε δὲ τὸ πᾶν σῆμα, ἀπὶ τῶ,
πᾶν θρέψαι δυναμῶμον, εἰ μόνον οἶτοι, ἀλλὰ
ἐ κελθάς ἐ ἔσπερια, ἐ τ' ἄλλα οἷς βιοτάδι-
αν ἀθεοφῶποι. Ἡ δ' αἰτία λέγει τ' μετασά-
σεως τ' Πατελαρχῶν. λιμός, φῆσι, βαρύτατος
κατέλαβε τὴ γῆν, ἐ ἐν τῷ θεῷ αὐτοῖς γίνεται
πρόφασις τ' εἰς Αἴγυπτον καθόδου. Ἐπει γὰρ
ἔμωλε τὸ τὴ Ιακώβ γένος κατέγειν εἰς Αἴγυ-
πτον (αἰτία δὲ ἡ ὁ λιμός) τ' ἐφρόνισαν ση-
μαίνει τ' θεῷ ὅτι τῆτε μάλιστα γίνεσθαι, ἀ-
πέσθω ἐμωροδὴν τ' Ιωσήφ ὡς προλαβεῖν,
καὶ τὸ τ' Αἴγυπτι ἀναδῆσαι κατέγειν, ὡς
τὸν ὅτι πᾶτων λιμὸν ἀθῆσαι γινέσθαι τῶ
ἀνακεμῶμον, θεῷ. Ἀ μπόρεια δὲ κατὰ τῶ-
τὸν ἐδήλωσε καὶ τὴν ἡδ' ἀδελφῶν μοχθη-
ρία, καὶ τὴν οἰκείαν χρυσόπτη· οἱ μὲν
γὰρ ἀπέδοντο· ἐ δὲ τῆ ἐκείων ποτεία
εἰς δῶν ἐχρήσασθαι, καὶ βασιλεία τὸν δῶλον
ἀπέδωκε. Τίς δ' αὖ ἡλπισον ἐν ποσαύτης
ταπεινότητος ποσαῦτα, μὴ δὲ τ' ἀμοιχίας
συκοφαντίας τὸ δισμωτηριον ἴδωσθαι, καὶ ἐν
θεομοῖς ἐχρόνισθαι. Το δὲ, σίδηρον διήλθεν
ἢ ψυχῇ αὐτῶ· ἀπὶ τῶ· οἱ μὲν πόδες αὐτῶ
ἐπαπεσώθησαν ἐν πέδαις, ἢ δὲ ψυχῇ αὐτῶ
ἀταπεινώτος ἔμεινε. τῆτο γὰρ τὸ διήλθε ση-
μαίνει, ὡς ἔστιν λέγει, διήλθεν ἡδ' αὐτοῖς
ἐ ὕδατι, ἀβλαβεῖς δηλοῦσθαι καὶ ἀπα-
θεῖς ἰσχυροῦσθαι. Ὁ δὲ Σύμμαχος,
εἰς σίδηρον ἡλθεν ἢ ψυχῇ αὐτῶ· ἀπὶ τῶ,
μὴ καὶ σφαγῆς ἐκποδύεσθαι. Τῆτο δὲ ἰ-
πέμειν ἐκ εἰς ἅπαν· ἀπορίζεται γὰρ τὸ
μέτρον τῆς φεισάσεως, εἰπὼν αὐτῶ
κακατηκάναι, μὴ καὶ ἐ διήλθεν ὁ τὴ θεῷ
λόγῳ· καθ' ἐν ἐν τῶ δισμωτηρικῆ μετα-
σάσει, κηδεμῶν ἐ τρεφῶς πάντων κα-
χρησόντο. Ἡ δὲ λόγον αὐτῶ φησι τὸν φεῖ τ' ἴ
ἐνυπνίον ἰσχυροῦσθαι, ἐν ἰδῶν ἐξείπει, τῶ πα-
τεῖ ἐ τοῖς ἀδελφοῖς, τὰ φεῖ ἡδ' δεσμοῦ-
των, καὶ τῶ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἡδ' ἑνδεκα
ἀστέρων ἡδ' ἀποκαυθῶσάντων αὐτῶ. Ἐως
γὰρ ἔπω παρῶ τὸ συμπέρασμα τῶ λόγου,
ἐν τοῖς εἰρημῶμοις ἐγυμνάσει. ἢ ἀπὶ τῶ,
ἄχει

ἀχρεῖς ἐπεροσέταξεν ὁ θεὸς λυθῆναι αὐτὸν τοῖς κακοῖς, ἐγυμνάζετο. Λόγον δὲ κυρίου ἢ φυσικὸν νόμον φησὶν, ὃς ἐλάσων ἡμῶν ἐγγέγραπται. Τὸ δὲ ἐπέροσεν, ἀντὶ τῆς ἐδοκίμασεν αὐτὸν, ὡς χρυσὸν λαμωρώσας αὐτὸν· ἐβέλετο γὰρ αὐτὸν δόκιμον ἀποφῆναι. ἀμέλει ὅτι ἐβελήθη ὁ θεὸς, τί γέρον;

κ'. ΑΠΕΣΤΕΙΛΕ ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ΚΑΙ ΕΛΥΞΕΝ ΑΥΤΟΝ.] Οὐκ ἄλλος ὁ βασιλεὺς, καὶ ἄλλ' ὁ ἀρχων· ἀλλ' ἀναδιπλάσῃ χρῆται γραμμῆς ἕκει ὡς τὸ, πορδούμμοι ἐπορδούπο. Τὸν Φαραῶ δὲ λέγει ἐπὶ τῇ ἡβ' ὀνειράτων ἀπορία, ὅτι ἐλύεται, καὶ καθίσταται κύριος. Τὴν δὲ ἀπὸ τῆς οἰκονομίας αὐτῆς δεικνύς ἀφιλείαν ἐπάγει τῆς παιδύσας εἰς ἀρχοντας. Εἰσπίσμενος γὰρ ἦν ἡβ' ἐπιλύσεων ἡβ' ἐπειράται ἡμῶν εἰς σύνοιαν, ἐπαιδευθεῖς τὴν ἐχειροδύσαν τῆς ζηλώσει αὐτὸν. αὐτῶν, φησὶν, ἡ αἰτία τῆς εἰσελθεῖν Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον. Κάν ταῦτα δὲ ἀναδιπλάσῃ χρῆται· Χαμ γὰρ τὴν Αἴγυπτον λέγει, ὅτι Χαμ ἐγγένησε Χαναάν, ὃ δὲ Μεσραῖμ, ὃς ἐμίωδεται Αἴγυπτον, ἀφ' ἧς καὶ ἡ χώρα κελύεται. εἰκὸς γὰρ, πάντων ὄντων τῆς Μεσραῖμ, τὸν Χαμ εἰς Αἴγυπτον οἰκῆσαι, τῆς Χαναάν εἰς Παλαιστίνην οἰκῆσαι. Κατελθόντων δὲ ἐκ ἡμελῶν, φησὶν, ἀλλὰ κακεῖ αὐτῶν ἠύχθη, καὶ τῆς οἰκείας ἀλογίας μετέδωκε. τὸ δὲ, μετέσρεψε τὴν καρδίαν αὐτῶν, εἰ τὸν αὐτὸν Φαραῶ λέγει, ἀλλὰ τὴν ἡβ' Αἴγυπτίων βασιλείαν ὡς ἕνα Φαραῶ λέγει. συμφερόντως δὲ καὶ ἐμσήθησαν, καὶ ἐβδελύθησαν ἕνα Αἴγυπτίων, ἵνα καὶ τῆς εἰδωλογατείας ἀποχωνται μισέμμοι ἕνα αὐτῶν, καὶ τῆς Αἰγύπτου ἐπιζητήσασιν ὄζειν. Οὐκ αὐτὸς δὲ μετέβαλε τὴν ἡβ' Αἴγυπτίων γῶμῶν, ἀλλὰ τῶν αὐτῶν παρὲν ἠύχθη. μετὰσραφέντι γάρ, φησὶν, σμωχῶρ, δυνάμω κωλύσαι, εἴπερ ἐβέλετο. Οὐ κωλύει δὲ, ἵν' ἀρχὴν κατὰ τῆς Ἰσραηλίτας οἰκονομία λάβη. ἡ ἐπαίσθησιν αὐτῶν Αἴγυπτίως, ἀνδ' ὡν ἀεργητέντες λήθην τῆς ἀεργητέντος ἐλάμβανον, καὶ εἰδωλογαξου. μετὰσραφείς γὰρ ὁ Φαραῶ, φησὶν, παντὶ δόλω κατ' αὐτῶν ἐχρήσατο, βαρῆα ἔργα ἐπηθέει, καὶ τὰ ἄρρητα αὐτῶν ἀποπνήσασιν ἐπιτελάμω, ὡς αἱ κωλύοντες καταρῦμασι πρὸς θεόν, καὶ λάβοι χάρεσιν ἢ ἐπαγγαλία πληροφῆναι.

quedum Deus præcepit ipsum à malis abfolui, tamdiu exercebatur. *Eloquium* autem *Domini* vocat legem naturalem, quæ unicuique nostrum inscripta est. Istud autem *inflammauit*, id est, *probanit eum*, tamquam aurum reddens illustrem: volebat enim ipsum probatum declarari. Itaque quando voluit Deus, quid accidit?

20. MISIT REX, ET SOLVIT EUM.] Non alius est Rex, & alius Princeps; sed geminatione vititur more scripturistico; iuxta illud, *Evntes ibant*. Intelligit autem Pharaonem ob somniorum ambiguitatem, quando nimirum soluitur, & dominus constituitur. Ceterum dispensationis eius utilitatem ostendens subdit: *Vt erudiret Principes*. Cum enim ob somniorum solutiones illustris euassisset in scientia, instituebat eos qui ipsum æmulari conabantur. Hæc, inquit, causa fuit ingressus Israël in Ægyptum. Hic verò etiam vititur geminatione: Cham enim Ægyptum appellat, quia Cham genuit Chanaan, hic verò Mesraim, qui interpretatur Ægyptus, à quo etiam regio nuncupata fuit. Verosimile enim est Cham, utpote auum Mesraim, in Ægypto habitasse, cum Chanaan in Palaestina habitaret. Descendentes autem, inquit, minimè neglexit, sed illic etiam ipsos auxit, & propriæ benedictionis participes reddidit. Illud autem, *Et conuertit cor ipsius*, non ipsum Pharaonem dicit, sed Regnum Ægyptiorum tamquam unicum Pharaonem appellat. Vtiliter autem quoque odio habiti, & contumelijs affecti sunt ab Ægyptijs, ut nimirum ipsis exosi ab idololatria abstinerent, & ex Ægypto egredi quærerent. Porro ipse nequaquam Ægyptiorum animum conuertit, sed arbitrio suo illum permisit. Conuertenti enim, inquit, condescendit, cum inhibere potuisset, si voluisset. Non inhibet autem, ut Israëlitarum dispensatio exordium caperet. Vel Ægyptios contra ipsos suscitât, eò quod affecti beneficijs oblitifuerint benefactoris, & idolis seruiuissent. Conuersus enim Pharaon, inquit, omnidolo contra ipsos vsus est, grauiâ onera imponens, & masculos eorum suffocari præcipiens, ut afflicti ad Deum confugerent, & locus daretur implendæ promissionis.

COM-MENTARIVS HERACLEOTÆ.

Psal. 125, 6. Ioseph Ægypti dominus constituitur.

Ægyptiorum odium quam vile fuerit Israëlitis.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.
*Quam mi-
ta Deus
per Moy-
sem fece-
rit.*

mij, sine villo accipiendæ mercedis obtentu: non
quia non sint accepturi mercedem, quibus abun-
dantissima gloria parata est, sed quia non propter
illam, sed ob Dei immensam pulchritudinem
& intrinsecam eius bonitatem in ipsum amoris
affectu feruntur. Nec solo cordis sui amore
contenti alios quoque ad Deum amandum pro-
pter immensam eius bonitatem inuitant, hanc
præcipuam amoris causam erga Deum, quam
habent cordibus proprijs. infixam, assignantes,
quòd ipse bonus est; & propterea omni amore
& laude & obsequio nostro dignissimus.

Deus potis-
simus ob
proprium
suam boni-
tatem a-
mandus &
laudandus.

2. *Quis loquetur potentias Domini?*] In

Chaldæo est: *Quis poterit eloqui fortitudines
Domini?* Ita vocat opera mirabilia & gloriosa,
ad quæ necessaria est immensa quædam potentia
atque fortitudo, quam *brachij potentiam* Virgo-
parens in Cantico suo nominauit. Eandem po-
testatem præconio suo exornans Iudas Apostolus
ita infit: *Soli Deo gloria, & magnificentia, &*

Immensa
& inexpli-
cabilis est
Dei poten-
tia.
Lucæ 2.

Iud. 25.

imperium, &c. Quod ait *magnificentiam*, Græ-
cè *μεγαλοψυαν*, Syrus Interpretes reddit *poten-
tiam*. Itaque ipsam magnificentiam Caictanus
ait esse *facturam magnorum operum*. Nihil certè
potest homo vel Angelus mente concipere, &
depingere cogitatione, quamlibet nouum, pere-
grinum, insolens, operosum, mirabile, quod
Deus efficere non possit, si modò non inuoluit
contradictionem; imò verò multò plura potest
& maiora & perfectiora, atque pari facilitate,
quâ totum hoc vniuersum perfecit verbo, nutu,
voluntate. Posset etiam mundos innumerabiles
condere inexplicabili creaturarum varietate, quæ
ab his quas videmus infinitis rationibus discrimi-
nentur; alias inuenire species tum elementor-
um, tum animantium, tum etiam intelligentis
naturæ: quæ species naturâ, perfectione & pul-
cherrimis dotibus cogitationem omnem nostram
anteant. Denique quanta est sapientia Dei, quæ
exemplaria & *idius* possibilium rerum innume-
rabiles continet, tanta est illius vis & in efficien-
do potentia, & amplam illam mentis intelligen-
tiam exæquat. Hæc diuinæ potentie meditatio
ad concipiendam diuini Numinis admiratio-
nem, iustissimum meritum & reuerentiam potest
quam plurimum, quam proinde omnes Sancti
adhibuerunt.

IBIDEM. *Auditas faciet omnes laudes eius?*]

Id est: *Quis loquendo faciet vt audiantur om-
nes laudes eius? Ineffabilis enim Deus est; quia
nullis verbis, nullis sermonibus exprimi potest
prout in seipso est, etiam si tot libri scribantur,
quot etiam mundus capere non posset: & non
solum nullis verbis externis representari potest,
sed etiam, quia nulla mens creata absque lumine
gloriæ potest illum vt est in se concipere, ac pro-
inde nec verbis internis illum sibi vel alijs re-
presentare. Omnis enim conceptus mentis crea-
tæ, quo illa Deum absque lumine gloriæ concipit,
infinite abest à genuina eius representatione.
Quin imò etiam aded sublimis, infinitus &
immensus est, vt neque à Beatis per lumen ip-
sum gloriæ adæquare, seu comprehensuè, villo
verbo mentis exprimi aut representari possit,
sed solum à seipso. Sensus ergo Prophetæ est,
neminem mortalium, vtcumque ad canendas
Dei laudes studia omnia & conatus suos confes-
erat, tam splendido argumento parem fore, cuius
immensitas sensus omnes nostros & intelligen-
tiam obruit. Quamquam non eo consilio in
sublime attollit Dei potentias, vt nos ab illis
prædicandis deterreat; sed hac potius ratione nos
stimulat, vt supra vires nitamur. Nam (vt Leo
ait) inde potius fandi tribuit potestatem, quòd
numquam possit esse satis quod dicitur. Opti-
mum ergo ad nos animandos solatium est, quòd
scimus, vtcumque nos facultas deficiat, quas ex
animo offerimus laudes Deo placere: tantum ne
frigeamus. Nam si strenuè currendo, longè ta-
men à perfectione semper distamus, quis iam
pigrity locus restat? quia nimis absurdum esset,
qui ad decimam partem non perueniunt, hac
occasione in centesima torpere.*

Deus plane
ineffabilis
non solum
verbis oris,
sed etiam
mentis.

Non idcirco
tamen à
Dei laude
cessandum
est.

3. *Beati qui custodiunt iudicium & faciunt*

iustitiam.] Hoc loco S. Augustinus iudicij no-
mine vult aliud quid quàm iustitiz voce intelli-
gi: ait enim, Si iudicium & iustitia propriè di-
cantur, aliquid interesse non dubito, vt iudicium
custodire dicatur qui rectè iudicat, iustitiam
verò facere qui rectè agit. Nec absurdè existi-
mo intelligi secundum illud, *Quoadusque in-
iustitia conuertatur in iudicium.* Iustitia igitur
significet virtutis opera quibus rectè viuimus, &
iudicium, operum nostrorum discussionem quæ
gesta nostra iudicamus. Quare beati erunt illi,
qui non solum iustitiam & sancta opera curant
facere, sed etiam dum seipos discutunt, & Deo
bona sibi que ipsis mala tribuunt, iudicium ni-
tuntur custodire.

Quid in-
ter sit inter
iudicium
& iusti-
tiam.

Psal. 95,
15.

5. *Ad laudandum cum hereditate tua.*] Vbi

S. Bernardus Serm. 5. in festo omnium Sancto-
rum: *Non ait, inquit, vt lauderis ab heredita-
te tua; vt communis intelligatur futura lauda-
tio. sed inquit ulterius à quonam laudandi
sunt in cælesti patria qui in illa commorantur:*

Neque

Neque enim, inquit, singuli se glorificant; quia scriptum est, Non te laudet os tuum. Non vicissim alter alterum laudat; quia in laudem Conditoris intenti & extensi, in quo nimirum tota eis reposita est beatitudo, mutuis numquam vacare laudibus possunt. Respondet igitur S. Bernardus: Si ipsa laudat hereditas Dominum; hereditatem quis laudet ab Apostolo audiamus: Tunc, inquit, unicuique laus erit à Deo. Magnus laudator, & vehementer ambienda laudatio. Felix commutatio laudis, ubi & laudare beatum est & laudari. Vbi vides humanas laudes non solum in hac vita; sed etiam in futura diuino testimonio celebrari.

1. Cor. 4. 5.

Ingratitudo est Indignum opprobrium.

7. Non fuerunt memores multitudinis misericordiae suae.] Hæc animi ingrati labes in Hebræis maximè arguitur in sacrorum Vatum prædicationibus; quòd cum esset in oculis Erythræum mare, & columna mirifica, & nubis tentorium, & manna, & scaturiens rupes, & alia innumerablem Dei beneficia, omnium obliuio, inexpressibili se crimine & perfidiosissimâ malitiâ ad impuri dæmonis cultum conferebant. S. Bernardus Serm. 11. in Cant. hanc ingrati tudinem Iudaicum opprobrium nominat dicens: *Nolo vos Iudæico notari opprobrio, de quibus Scriptura testatur, quòd non fuerint memores benefactorum eius & mirabilium eius qua ostendit eis. Quod non obscure ad summi sceleris impietatem reuocat. Moyses quoque hanc ingrati mentis recordiam ore magno & aculeatâ ratione increpat in hunc modum: Heccine reddis Domino popule stulte & inspiens? Constabat enim gentem illam, obliteratâ diuinorum beneficiorum memoriâ, sæpè in facinus abominandum præcipiti audaciâ ruisse.*

Deut. 32. 6.

Deum irritant de illius patrocinio diffidentes.

IBIDEM. Et irritauerunt ascendentes in Mare rubrum.] Hebræi de Egypto egressi, & ad Mare rubrum delati, cum viderent diuisum mare, & viam inter aquarum cumulos stratam; nec dubitarent tam insolentem viam in sui fauorem diuinitus apertam, tamen eam attripere trepidauerunt; & suâ hac trepidatione irritauerunt Deum, de illius patrocinio diffidentes, qui se illis tam singularem patronum exhibebat. Imò nisi Moyses exemplo suo præiret, & incognita illa vada fidens animi tentaret, vt Iosephus lib. 2. Antiquitatum capite vltimo testatur; & post eum Naalon eiusque filius Aminadab de Tribu Iuda intrepidi aggredierentur, vt Hebræi in hunc locum apud Genebradum arbitrantur; totus in littore hæteret exercitus pauore consternatus, à Pharaone eiusque militibus miserabiliter concidendus. Itaque vitæ periculum etiam pro vitæ remedio subire non audebant. Verùm Egyptij, qui ponè sequebantur, idem periculum intuentes, nec exillimantes tantum miraculum in sui gratiam diuinitus effectum; nihilominus intrepidi irruerunt: & vt suum in Hebræos odium explerent, suum adite periculum non dubitarunt. Qua de re D. Augustinus Serm. 89. de tempore: *Ægyptiorum, inquit, turma inter maritimos fluctus alienum iter ingrossa aquâ vindice puniuntur: quos in medum marini aluei sinum desperata traxit audacia. Igitur efficacius mouit Ægyptios insana contumacia quàm germana obedientia Hebræos: hæc enim in mortis periculum Hebræos non omnino impellebat, in*

Ægyptios magis mouet contumacia quàm Hebræos diuina obedientia.

quod illa Ægyptios temerè præcipitabat.

9. Et increpuit Mare rubrum, &c.] At nusquam legitur reprehensum Mare rubrum, cum filij Israël sicco vestigio hinc inde agglomeratis vndis perambularunt. Tantùm enim legitur: *Et ingressi sunt filij Israël per medum sicci maris: erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & lama.* Siftuntur vndæ, & increpari dicuntur? Prohibentur cursus aquarum diuinâ omnipotentia, & dicuntur reprehendi? Audiendus Augustinus ad hunc locum: *Non legimus, inquit, vllam, quâ increparetur mare, consistam caltus vocem; sed potentiam diuinam, quâ id factum est, increpationem appellauit: nisi forte quis dicat latenter increpatum: Quæ latens hæc increpatione, si nulla emissa est vox, quâ increpatum fuit mare? Porro increpatione vocalis reprehensio est. Num prohibitio cursus increpatione est? & reprehenditur mare stitione fluentium viarum? ita planè. Fluunt vndæ natiuâ vi fluxus seu refluxus: inhibetur à Dei potentia expetitus cursus aquarum, ne appetitum & debitum sibi cursum teneant. Hæc grauis reprehensio sic vndas exasperat, vt ab eiusmodi increpatione siccantur: *Increpuit Mare rubrum, & exsiccatus est.* Scilicet vel ipsæ aquæ siccantur, quia stagnare imperantur, & fluere prohibentur? statio in eodem loco aut prohibitio ab expetito & debito cursu acris est reprehensio; scilicet tacitè increpat ingenium, & sistit studium, qui inhibet ne vltèrius decurrat; ipsumque prohibet, vt Nazianzenum, ne vltèra philosophari audeat aut possit cum tanto Ecclesiæ fructu.*

ANNO-TATIO-NES COR- DERIL.

Exod. 14. 22.

Qui non promouetur tacitè reprehenditur.

13. Festinauerunt.] Græcè *εταχυναν*: sic & Hebræa: *Vulgata, Ciso fecerunt*: S. Hieronymus omisso verbo *facerunt* reddit, *Ciso obliuio sunt operum illius.* Lindanus testatur legisse se in quibusdam Codicibus, licet corruptè, *Ciso defecerunt.* Meminit quoque Ribera noster in Michæe 1. nu. 56. ac refellit: & Rupertus ait, *Ciso fecerunt, imò ciso defecerunt.* In Romano Pfalterio & apud Cassiodorum inferitur & particula *&*: quod tollit vim phrasæ Hebrææ, quâ ponitur duo verba absque coniunctione, ad celeritatem maiorem declarandam. Sed vt pulchrè Cassianus lib. 1. Epist. 7. *Omnia subita probantur incanta.* Porro incautè audeat qui subito operatur: siquidem non admittit boni consilij suadelam, sed etiam respicit leuem cogitationem suadentem ad oppositum. Vnde temeritas omnis subita est; vel potius subita omnia temeraria sunt; & ex eo quod repentè fit, insolentia & temeritas facinoris valdè exaggeratur ad delictum. Hebræa gens tunc nobilis, valdè oppressa Ægyptiâ seruitute, innumeris portetis asseritur in libertatem ingenuam. Verùm cum Hebræi ob recens expertam munificam Dei benevolentiam debuissent esse grati & religiosi; tunc vel maximè execrando idololatriæ crimine deliquerunt, informem auri vitulum pro Numine adorantes. Barbarum hoc & immane flagitium referens David sic illud taxat: *Ciso fecerunt, obliuio sunt operum eius, &c.* Egregia planè delicti amplificatio: non enim satis ponderasset tam infame & execrabile flagitium, si illud notaret ignobilis ingrati tudinis, scilicet post tot accepta beneficia, vel expenderet brutam ignorantiam, quâ bellus inani-

Subita sunt incausa & temeraria.

Repentè nihil facientium.

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.

animata diuinos honores tribuerunt; vel proderet idololatriæ cæcam superstitionem, quâ creaturam è genu adorabant, nisi etiam addidisset *Cisò fecerunt*. Quo vno verbo quidquid flagitiosum quidquid immane fuit in vituli adoratione eleganter expressit. Ecce tibi quàm incautum, quàm imprudens & flagitiosum est quod derepentè fit. Ergo consilium cunctetur sententiam, ne subita sententia incautum consilium damnet. Mora comit prudentiam, & elaborat consilium. Sic magni viri à prudentia, vel à sanctitate, diuturnâ attentione commendauerunt quæ cæpere consilia: ne quod commendatur, à diuturna attentione, à subita determinatione damnaretur. Porro enim opus est in benè constitutis ac cæptis perseverantiâ: Quoniam *incassum bonum agitur* (inquit S. Gregorius lib. 2. Moral. cap. vlt.) *si ante terminum vite deseratur. Frustrâ velociter currit, qui priusquam ad metas veniat deficit.* Ceterum putant quidam hîc notari crimen commissum in Marah; vbi post tertium diem ab egressu è Mari rubro murmurauerunt ob aquas amaras. Alij putant hîc Prophetam incipere describere crimen illud quod sequenti versu apertius exponitur: sed veriùs commune Iudæorum ingrati tudinis ac contumaciæ vitium perstringit; quo benefactorum obliuiscunt, ad suas ineptias illico resiliebant Dei voluntate contemptâ. Hunc lusum Hebræi milies luserunt cum Deo: quantam sæpiùs promiserunt obedientiam, mox ad ingenium redierunt, & ad iam notam perfidiam. Cùm hostis hæreret à tergo, cùm serpentes ignei morderent, cùm varia eos necessitas premeret, quantis elaboribus apud Deum egerunt, vt seruentur? *Et clamauerunt ad Dominum. cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum eripuit eos. Nihilominus obliuiscunt operum eius; & non sustinuerunt consilium eius: tales post correctionem quales antea.* Ab hac tam flagitiosa inconstantia non multùm nos abluimus, nimmùm frequenter Iudæi sumus. In morbo, vitiorum omnium inimici videri possumus: at vbi morbus valedixit, nos sensim cum vitijs in gratiam redimus, & postliminio morbi, nouam iungimus amicitiam cum antiqua superbia, aut libidine, aut auaritia. Quando nimirum aduersis vrgemur, grande odium indicimus peccatis; cùm redit fortunæ serenitas, hilari cachinno peccatum resalutamus, & hostem toties eiectum largiore quàm antè beneuolentiâ recipimus. Et hoc est non tantùm parentum suorum aut sui nominis obliuisci, vt Messala Coruinus, sed sui ipsius: quæ est omnium dæmoniosissima obliuio. Quamobrem hîc notandum, non alia de causa tam ingratos erga Deum esse homines, nisi quia spernunt eius beneficia: quorum si memoria animis nostris hæreret, frèni loco esset ad nos in eius timore retinendos. Speciem porro transgressionis designat Propheta. cùm subdit:

14. *Concupierunt concupiscentiam in deserto.*] Hoc igitur crimen populi fuit, non conijcere curas suas in Deum, non placidè cum inuocare, & patienter expectare dum precibus annueret, sed tumultuoso impetu ruere, ac suis concupiscentijs frenata laxare. Est enim *concupiscentia* veluti quædam nutricula perturbatiua omnium & scintilla fumans; vnde ardorem

Concupiscentia rardix peccati & malorum omnium nutritrix.

libidinum & cupiditatum existunt: est putida & in malam perniciem affluens scaturigo; vnde gurgites oriuntur illi atque fluctuum in animo commotiones. Hinc sancti Patres pluribus eam nominibus donauerunt, vt meliùs concupiscentiæ vim intelligeremus: nam S. Hilarius in Psal. 118. vers. 29. *viam peccati nuncupat, quâ ad peccatum pergere promptum est;* S. Bernardus in Cant. *malignitatis machinam,* quâ videlicet vt tenso validoque scorpione innocentia peritur, & facillè cruentatur; alij passim labem, languorem, infirmitatem, morbum. Et qui primi apud Græcos nomina rebus indiderunt, *ἐπιθυμία*, hoc est *concupiscentiam*, vocauerunt à vi quadam *ἐπιθυμὸν ἰσση*, quæ in animam infusnat: *θυμὸς* autem ἀπὸ θυμῶς ἔσθως, id est, ab ardore & ebullitione animi nomen habuit, inquit Plato in Cratylo. Similia quoque ab alijs Sophis proferuntur, qui docto penicillo & coloribus suis hanc pestem animi delineant: aiunt eam esse in homine *ἐπιθυμῶτον*, *innatam quamdam pugnam*, & eam quidem *λυγρὴν ζωομάδον*, *exissosam comitem*; quam nonnulli (teste Iamblichio in protreptico cap. 3.) nominabant *πολυκεφαλον θυμῶν*, *belluam multorum capitum*: conandum autem nobis esse, vt eâ vincat atque perdomitâ, diuinus in nobis homo vigeat & dominetur. Præterea mahum tam commune est tamque latè fuscum, vt omnibus corporis membris infideat, atque aditus omnes ad animam vt præsidio militari occupare & tenere videatur: S. Iacobus, frater Domini, dixit eleganter *concupiscentias militare in membris nostris*, non videlicet in vno aut altero, sed planè in omnibus; quibus vt latronum manu vtuntur ad spoliandam mentem atque lacerandam. Quod idem S. Paulus significauit, cùm dixit more suo grauius, *easdem operari in membris nostris*. In Græco est *ἐπιθυμῶν*, hoc est potentissimè agere, vigere, dominari, & velut habere omnia in potestate. Est enim ingens concupiscentiæ vis ad permouendum animum & debilitandam constantiam: cui proinde Philo Iudæus iure tribuit *ἐκλον θυμῶν*, *vim attractoriam*, & quidem violentam; quæ, inquit, auctorem etiam fugientem sequi tamen impetu magno & validissimo cogit. Quæ de re disputans Aristoteles in Ethnicis, & concupiscentiam cum mente componens, breue hoc dictum atque verissimum edidit: *ὄμν ῥὺς λήγει, ἢ δὲ ἀγει, Mens dicitur, hæc agit.* In quo vim eius dominantem & propemodum opprimentem expressit; quod tamen mens consilij lumen explicet, & splendorem honestatis & virtutis ostendat, ipsa tamen furiosè conturbet & pessumdet omnia. Sed hanc concupiscentiæ violentiam nullus meo iudicio meliùs quàm Doctor Gentium ante oculos posuit, cùm sic ait, *Video aliam legem in membris meis (concupiscentiam intelligit) repugnantem legi mentis mee, & captiuam me in lege peccati.*

15. *Misit saturitatem in animas eorum.*] In Hebræo est, *Misit maciem*. Nam contraria pro contrarijs (teste Genebrardo) vt altum pro profundo, obesum pro macro, creditum pro debito, venditio pro emptione aliquando vlturpantur per antiphrasim. Per maciem autem aliqui hoc loco mortem intelligunt eis in vltionem sceleris immisam. Vnde vt ad hunc sensum

Επιθυμία unde dicitur.

Bellua est multorum capitum.

Lat. 4. 1. Militat in membris nostris.

Rom. 7. 5.

Rom. 7. 23.

Antiphrasis Scripturæ famularia.

sum nostra littera accedat, oportet saturitatem non in bonum accipere de ea quæ à propitio Deo eis contigerit; sed in malum, de ea, quæ iratus illis Dominus fecit illis cibum verti in nauseam, eò quòd fastidio illis fuerit panis celestis; aut de ea, quòd per mortem omnis eis cibi appetentia ablata sit.

23. *Si non Moyses electus eius stetit in con-
fractiōe, &c.*] Benè hîc annotat S. Augustinus non ita dictum esse Moysen stetit in con-
fractiōe, quasi vt frangeret iram Dei; sed in con-
fractiōe, hoc est in plaga quæ erant illi ferendi. Id enim Græca apertius significant, quæ habent

*ἐν τῷ ἐπιπέσει, hoc est in quassatione & vulnera-
tione. Pulchrè S. Hieronymus ad Ieremię cap. 27.
vers. 18. Ostendit, inquit, verum Prophetam posse
Domino precibus resistere; secundum quod &
Moyses stetit in percussione contra Dominum,
vt auerteret iram furoris eius. Samuel quoque
idem fecit. Et Dominus ad Moysen: Dimitte
me vt percussiam populum istum. Quando autem
dicit Dimitte me, ostendit se precibus Sanctorum
posse resistere. Quippe qui suis moribus sancti-
tatem colunt, in suis etiam precibus efficacita-
tem habent: qualis fuit Moyses & Aaron, qui
iræ Dei restiterunt. Itaque vt ministros diuinæ
iræ auerteret Moyses, seseque opposeret irarum
telis, & victor existeret, stetit in con-
fractiōe, contriuit se, humiliavit se, deiecit se, vt hostiles
incurfus auerteret, Chaldæus legit, Nisi Moy-
ses electus eius surrexisset, & sese roborasset.*

A nostro dicitur Moyses stetit in con-
fractiōe, & dicitur se contriuisse, se deiecit; hîc dicitur
se roborasse. Quid commune habet deiectio &
confractio cum robore? Numquam, mihi crede,
fidelis magis roboratur, vt hostiles iras auertat,
vt gloriosas de malo, imò de Deo reportet victo-
rias, quàm vbi humiliatur, infirmatur, conteritur.
Pulchrè Rupertus lib. 4. in Exod. cap. 25.
*Per nimiam, inquit, humilitatem significat Moy-
sem Deum tenuisse dicendo in con-
fractiōe. Con-
fractio namque nimia cordis humilitas est: qua
sola coram omnipotente Deo & Domino, vniuer-
sa fortitudinis Principe, res est, & valida; ita vt
illâ laborante quasi brachium suum ad percussionem
Deus extendere non valeat, reginâ virtutum
vincente pro sua reuerentia. Itaque con-
fractio & humiliatio cordis validissimum & poten-
tissimum reddit hominem, vs de omni aduersa-
rio incurfus triumphet, imò & vincat Deum.*

24. *Pro nihilo habuerunt terram desiderabi-
lem.*] Hebræus populus nullius panè frontis &
ferreæ cervicis plurima in Deum peccauerat; mi-
tissimus tamen Deus plurima dissimulans, illud
singulariter conquestus, quòd pro nihilo habue-
runt terram desiderabilem. Inter omnia desidera-
bilia nihil est in Orbe hoc desiderabilius cælo;
atramen hoc grande vitium est humanæ mentis,
vt quantumuis in hoc exilio pessimè habitis, cæ-
lum tamen rarissimè cogitemus, aut ad ipsum
seriò aspiremus. Hinc iure diuina in nos læuit
indignatio, quòd ardentius à nobis terræ sordes
quàm cæli deliciae desiderantur.

25. *Et murmurauerunt in tabernaculis suis.*]
Nota murmuratiōem quasi hereditarium esse
peccatum Iudæorum, vt docet Cyrillus Alexan-
drinus lib. 4. in Ioan. cap. 3. *Quasi paternam, in-
quit, hereditatem murmuratiōem de rebus bo-*

*nis ad Iudeos descendisse comperio: murmurabant
illi aduersus Deum ex ingratiitudine in de-
serto: murmurant & isti de Christo, & Salvatore
suum inobedientiâ suâ vituperans. Quasi pater-
nam hereditatem venisse putat Cyrillus paren-
tum vitia in filios, & meritò: rari enim sunt qui
non patriscent in vitijs; quandoquidem vincula
sunt & catenæ parentum vitia, quæ ægrè & dif-
ficulter euadit filius. Apud Ieremiam ait Domi-
nus: Inuenta est coniuratio in viris Iuda & in
habitatoribus Ierusalem. Reuersi sunt ad iniqui-
tatem patrum, &c. Quæ verba sic in rem præ-
sentem legit Theodoretus: Inuenta est colligatio
in viris Iuda & in viris habitantibus Hierusalem,
conuersi sunt ad iniquitatem patrum suorum.*

Expēde quid fuerit inuentum in viris qui re-
uersi sunt ad peccata patrum: nimirum inuenta
est colligatio. Est nempe peccatum paternum
ligamen quoddam; est laqueus, quo pænè ne-
cessum est filium implicari.

26. *Et eleuauit manum suam super eos.*] Per
elevationem manuum Dei intelligunt quidam
iuramentum Dei, quo iurauit in ira sua non in-
gressuros eos qui increduli fuerant in terram
promissam: de quo iuramento agitur Numero-
rum 14. Nam mos iurantium est manus in cæ-
lum leuare. Verum, quoniam in iuramento illo
Dei non includebatur, quòd semen eorum dei-
ceretur in nationibus, magis videtur amplecten-
dus sensus Græci Commentarij superius allati;
ita vt hoc dictum sit ad similitudinem eius, qui
grauiter quempiam percussurus in altum ma-
num eleuat, quòd fortiùs feriat. Grauem enim
vltionem eis inferre decreuerat; nempe proster-
nere eos in deserto.

30. *Et stetit Phinees, &c.*] Non ait, Percussit
Phinees, sed stetit: quasi stetit coram Deo
orans, vt populo parceret: vtrumque enim fecit
vir diuinus, & duos scortatores interemit, &
pro reliqua multitudine similiter peccante in-
tercessit apud Deum vt parceret. Psalmista au-
tem non tam cantu celebrat interfectionem
quàm misericordem stationem; quandoquidem
misericordia in Principis laudibus primatum
teneat. Hoc factum Phineæ nobis pulchrè de-
scribit Nazianzenus in Epistola 81. quæ Theo-
doro Tyanensi inscribitur: *Zelatoris, inquit,
cognomentum hinc obtinuit Phinees, quòd Ma-
dianitidem vnâ cum eo qui stuprum ipsi infere-
bat gladio transfixit, atque ex Israëlita natio-
ne probrum exemit: at maiorem hoc nomine lan-
dem tulit, quòd pro populo in scelus collapsis pre-
ces fudit. Stetit igitur nos quoque, ac place-
mus, & cesset quassatio, nobisque istud ad iusti-
tiam reputetur. Laudibus item affectus est Moy-
ses, quòd ex illata Israëlita iniuria commotus
Ægyptium obruncavit; verum maiorem hinc
sui admirationem concitauit, quòd Mariam so-
rorem leprâ, propter quod murmurauerat, la-
borantem precibus suis in sanitatem vindicauit.*

Sic in omnium virtutum laude misericordia &
benignitas tulit primas.

31. *Et reputatum est ei in iustitiam.*] Quidam
hunc versum sic intelligunt: q. d. Per omnes
generationes hoc factum imputatur ei ad iusti-
tiam apud homines, qui per omnes generatio-
nes ipsum Phineem laudant tamquam iustum ob
opus zeli ipsius. Verum per illa verba, *In gene-
ratio-*

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.

Rari, qui
non patris-
cent in vi-
tijs.

Iere. 11.

Elenatio
manus quid
designat.

Phinees
exemplum
zeli & mi-
sericordie.

Sancti pro-
cedunt Dei
flagras au-
erunt.

Exod. 32,
10.

Contritio
& humili-
tas Dei
iram auer-
tit.

Nihil po-
tentius hu-
militate.

Homines
vix cogi-
tant de
cælo.

Murmura-
tio heredi-
tarium pec-
catum In-
dæorum.

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.
Num. 25.
Quamodo
Phineas pro-
missum fit
sacerdo-
tium sempi-
ternum.

3. Reg. 2.

Num. 20,
10.

rationem, &c. (vt benè notat Iansenius) magis apparet Prophetam alludere ad verba Domini, quibus promissit ipsi Phineæ & semini eius sacerdotium sempiternum dicens: *Ecce do es pacem fœderis; & erit ei & semini eius pactum sacerdotij sempiternum.* Dicitur itaque hoc opus reputatum ei apud Deum ad iustitiam vsque in sempiternum, quia Deus pro eo opere promissit ei sacerdotium sempiternum. Ita etiam in Græco commentario ferè exponitur. Nec huic promissioni obstat, quòd ad tempus modicum sacerdotium summum fuerit in familia Ithamar: nam quamvis ad tempus ob causam aliquam fuerit in ea, ius tamen summi sacerdotij mansit in familia Phineæ; vnde ad eam mox redijt, in Sadoch scilicet: quem, reiecto Abiathar, qui fuit ex filijs Heli, Salomon sacerdotem summum constituit: mansitque in eius semine sacerdotium summum vsque ad Christum. Rursum non obstat, quòd sacerdotium illud legale non solum à semine Phineæ, sed etiam à toto populo Iudaico sublatum sit per Christum: nam quòd sacerdotium sempiternum illi promittebat, ad litteram quidem significabatur, sacerdotium in eius semine permanurum quamdiu duraret lex, in qua sacerdotium illud institutum erat; ita vt respectu legis, sempiternum diceretur. Secundum spiritum verò significabatur sacerdotium eius in Christo perseveraturum; cuius Phinees suo zelo typum gessit.

33. *Quia exacerbarunt spiritum eius.*] Hic iterum benè notat Iansenius primam partem versus sequentis, *Et distinxit in labijs suis,* non debere cum sequentibus coniungi; quemadmodum quidam faciunt, intelligentes iratum Deum promississe & affirmasse, quòd non possent Israëlites vincere Gentes, quas promiserat Israëlitas superaturos: nam illis verbis, *Non disperderunt Gentes,* &c. describere vult Prophetam aliud peccatum populi commissum in terra promissionis. Debet itaque cum præcedentibus ea pars coniungi, quemadmodum & in Hebræo coniungitur, & D. Augustinus distinguit. Porro relatiuum *eius* & verbum *distinxit* quidam ad Moysen referunt; vt sit sensus, quòd filij Israël exacerbauerint spiritum Moysis, qui exacerbatus *distinxit*; hoc est, vt interpretatur Euthymius, flexiloquo & ambiguo sermone locutus fuit dicens: *Num. de petra hac vobis*

aquam poterimus eycere? Verum verbo illo *distinxit*, pro quo hic legimus *distinxit*, Septuaginta videntur vsi pro *affirmauit*, *asseruit*, *promissit*; vt alibi, *Reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea.* Proinde magis videtur referendum ad Deum, qui Moysi ob diffidentiam eius iratus dira locutus sit, distinctè & apertè affirmans ipsum & Aaron non ingressuros terram promissionis.

36. *Et seruiuerunt sculptilibus eorum.*] In Hebræo est, *Et coluerunt fastidia eorum.* Idolo enim seruire est pactio periniquæ & acerbæ ac tetricæ conditionis. Quare Hebræi diuinitus edocti, cum viderent in cultu idolorum tyrannidem & acerbitates, quibus hominum animi obruerentur, idola nominabant *fastidia*, hoc est, meras molestias, vt Varablus animaduertit.

37. *Immolauerunt filios suos & filias suas demonijs.*] In quos proinde Ieremias: *Lamia,* inquit, *nudauerunt mammam, lactauerunt capillos suos: filia autem populi mei crudelis quasi struthio in deserto.* Quali diceret: Quid durius ac dicitur? sua pignora fetæ lactant, homines matant: & tamquam struthio, qui, vel ipso testimonio diuino *dnatur ad filios suos, quasi non sint sui:* ita illi nullâ erga filios suos pietate afficiuntur. Immolabant autem idolo Moloch, de quo agitur Deuteronomij secundo capite, quarto Regum cap. 22. Ieremij 19. & 32. vbi vide Interpretes. At quo stimulo ad tam insolens sacrificium agebantur? Respondet Philo Hebræus libro de Abraham, *Cupidine,* inquit, *glorie in presens, & fama in posteros:* quasi non tam velent falsorum Deorum gratiam demereri, quam inanem sui nominis gloriam apud posteros aucupari.

38. *Et interfecta est terra in sanguinibus.*] Ita plurimi Codices & Interpretes à Lorino citati: Græcè est *ἀποκατονίβη:* quod aliter verti nequit: ex Hebræo S. Hieronymus vertit *infecta* vel *polluta:* quæ lectio iam in Vulgata obtinuit, & clarior est: & Græcus Paraphrastes ita superius locum hunc explicat, vt & Euthymius.

41. *Et dominati sunt eorum qui oderunt eos.*] Vnde miserima fuit Hebræorum seruitus. Nam, vt benè ad hunc locum Cassiodorus ait, *Grane est seruire offenso, qui nullo placatur obsequio.*

IN PSALMVM CVI. ARGVMENTVM.

Alleluia.

Ἀλληλουϊα.

Vetus Testamentum est umbra noui.

In confesso est umbram noui Testamenti esse vetus, uti etiam ex hoc Psalmo fit perspicuum; quandoquidem Iudæorum ex captiuitate liberationem præcinit, eas quas perpeffi fuerant miseras referens, omnium quoque hominum salutem prædicit. Non sufficiebat autem hæc vaticinanti, vt vno modo hanc gratiam declararet; sed diuersimodè exaggerat calamitates, in quas

Σκια τῆς καινῆς διαθήκης ἢ παλαιὰ ἀνωμελόγηται, ἢ καὶ ἐν τῆσι τῶ ψαλμῷ δὴ λον· τίλωπε γδ Ἰεραδαίωι ἐλαδθῆρας ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας περθεραϊλῆδ, διήγησιν ἔχων ἀνπεπόθασι χαλεπῶν, ἐν τίλω παδτων αἰθερῶτων σωτηρίαν περαγορῶδ. Οὐκ ἠρέδθη δὲ, δι ἰως τερῶτων ὠθαδηλῶσαι τίλω χἀλεω, ὁ παδτω θραϊλῶων· ἀλλὰ ποικίλωσ μδρ δῆσοιδῶδ τὰς συμφορὰς, αἷς δῆσι τὸ κερῶδ

κακὸν συνεπίσταντο· πολυτρόπως δὲ τὴν ἐν
θεῷ συμμαχίαν ἐκδηγεῖται, ὡς αὐτὰς εἰς
τὸ διαχειρῆσαι ἀφορμὰς πλεονάζουσι. Τῆς γὰρ
ἑξομολογήσεως ἐπὶ διαχειρίσας νῦν κοινῶς
ἀφ' ἑαυτῶν ἀγαθότητι τὸν θεὸν δοξάζουσιν
ὡς ἀκελεύεται μόνη· χεῖρ γὰρ πάντα τὰ
εἰς ἡμᾶς γνησιώτα, ἕδμεῖαν ἡμῶν ἑσθλα-
καρδίων αἰτίαν πρὸς τὸ ἀγαθὸν, πτωχῶν
δὲ μᾶλλον πρὸς τὸ κακὸν ἀποκλινόμεν.
ἐπειὸς δὲ τῆς ἰδίας ἐκ δεξιῶν φύσεως,
ἀλλ' ὑπερ ἕξει, τὸ ποιοῦν. Οὐ γὰρ εἰκὸς τὸν
ἀγαθὸν τῆ φύσιν ἀλλ' ὅτι παρ' ὃ πέφυκεν
ἐπιργεῖν.

ob malitiam incidimus; varijsque modis Dei
subsidiū enarrat, ut gratias agendi occasio-
nes multiplicaret. Confessione enim pro gratia-
rum actione nunc intellectā, monet nos ut
de sua bonitate Deum glorificemus: omnia
enim nobis per gratiam eius acciderunt,
cum nos nullam boni causam attulerimus,
sed è diverso potius ad malum propensi si-
mus. Ipse vero à propria natura nunquam
deficit, sed id quod est, hoc & agit. Haud
enim par est sicuti qui natus à bonus est quid-
quam agere præter id quod natura eius con-
formæ sit.

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.
Multas
causas ha-
bemus a-
gendi Deo
gratias.

Deus na-
tura bonus
semper bo-
na opera-
tur.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α. **Κ**ΕΧΟΜΟΛΟΓΗΣΘΕ τῷ κυ-
ρίῳ ὅτι χεῖρὸς ὅτι εἰς
τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

β. Εἰπάτωσαν ἑλευθερω-
μένοι ὑπὸ κυρίου, ἕς ἑλευθερωτάτω
ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν καὶ ἐκ τῶν χω-
ρῶν σωτήρια ἔργα αὐτοῦ.

γ. Ἀπὸ ἀνατολῶν ἔδυσμῶν,
καὶ βορρᾶ καὶ θαλάσσης.

Δηλοῦσι διαπαρμένοι ἦσαν καὶ τὰς ἀ-
κρίτους ἐν Βαβυλωνίᾳ, καὶ οἱ μὲν τὸ ἀνατολικὸν
ἔσαν μέρους, οἱ δὲ τὸ δυτικὸν, ἄλλοι δὲ
ἀπὸ βορρᾶ καὶ μεσημβρίας τὴν ἀκρίθειαν ἐν τῇ
βοηθείᾳ διηγήσαντο, εἶπον ὅτι πάντα χόθην
αὐτοῦ συνέλαβον.

δ. Ἐπλανήθησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ
ἐν ἀκήρῳ ὅδ' ὅτι πόλεως κατοικη-
ταί εἰς ἐξ ὄρων.

Ἐπειὸς εἶπον ὅτι ἐπλανήθησαν ὡς ἐν ἐρή-
μῳ, τὴν ἐπίστασιν βέλεται εἰπεῖν, ὅτι ἐπλανή-
θησαν ὡς ἐν ἐρήμῳ ἕδ' ἐχρήσθη πόλεις πλη-
σίον ἢ καταφυγῆς.

ε. Πενήντες καὶ διψῶντες, ἡ
ψυχὴ αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἐξέλιπεν.

Τὰ αὐτὰ ἔχει ὑποδείχεται. Βέλεται
γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ὡς ἐν ἐρήμῳ ἕδ' ἐχρήσθη ἀ-
πόρω ἕδ' ὅτι καὶ ὡς ἐν ταῖς πόλεσιν ὅτις
κακῶς τὴ ἐποίησαν.

ς. Καὶ ἐπέκραξαν πρὸς κύ-
ριον ἐν τῇ θλίψει αὐτοῦ καὶ

1. **C**ONFITEMINI Domino quo-
niam bonus: quoniam in
sæculū misericordia eius.

2. Dicant qui redempti sunt à
Domino, quos redemit de manu
inimici: & de regionibus congre-
gavit eos.

3. * Ab Oriente & Occasu,* &
Aquilone & mari.

In Babylonia nempe per domos dissi-
pati erant; atque alij quidem Orientalem par-
tem inhabitabant, alij autem Occidentalem,
alij verò Septentrionalem & Australem: au-
xilij ergo accurationem recensens, dixit ipsum
vndique illos congregasse.

4. Errauerunt in solitudine in
inaquoso: viam ciuitatis habitacu-
li non inuenerunt.

Cum dixisset ipsos quasi in solitudine er-
rasse, vult addere exaggerationem, quod ni-
mium errauerint in solitudine non habente
vicinas ciuitates siue refugia.

5. Esurientes & sitientes, ani-
ma eorum in ipsis defecit.

Eidem insistit argumenta. Vult enim di-
cere, quod in solitudine neque cibus neque
porus ipsis suppeditasset; & quid in istiusmo-
di malis constituti egerint.

6. Et clamauerunt ad Do-
minum cum tribularentur: &

* Vulgata
A Solis
ortu
* ab
Deus vndi-
que Israeli-
tas congre-
gavit:

In quantis
calamita-
ribus ver-
sati fue-
runt, & ex
ijs à Deo
liberati
sunt.

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MÆ

de necessitatibus eorum eripuit eos:

7. Et deduxit eos in viam rectam; vt irent in ciuitatem habitationis.

Cum illud argumentum de deserto commemorasset, aliud rursus argumentum auspicatur.

8. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum.

Id est, Etiam hanc ob causam igitur gratias agant: qualem illam? subiungit:

* Vulgata
faciunt

9. Quia satiavit animam inanem: & animam esurientem * impleuit bonis.

* Vulgata
vinctos

10. Sedentes in tenebris & umbra mortis: * compeditos in mendicitate & ferro.

Quoniam, inquit, quasi in tenebris sedebamus omni bono priuati. Cur autem hæc sustinemus?

11. Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & consilium Altissimi irritauerunt.

Proprium est ingenuorum, vt peccata sua confiteantur: hoc enim Deum quoque ad reconciliationem & indulgentiam permouet.

12. Et humiliatum est in laboribus cor eorum:

Idcirco, inquit, omni humilitate impleta fuit anima illorum.

Infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret.

Hæc enim, inquit, omnia tamquam in tenebris sedentes perpeffi sunt. Et quid tum?

* Vulgata
liberauit

13. Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum * saluauit eos.

14. Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis: & vincula eorum dirupit.

ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐρρύσατο αὐτούς.

ζ. Καὶ ὠδήγησεν αὐτούς εἰς ὁδὸν εὐθείαν· τοῦ πορθηθῆναι εἰς πόλιν κατεκτημένην.

Εἰπὼν τὸτο τὸ ὑπόδειγμα τὸ καὶ τὴν ἔρημον, ἀλλὰ πάλιν ἀρχεται ὑποδείγματι.

η. Ἐξομολογησάσασαν τῇ κυρίῳ τὰ ἔλεη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων.

Ἀντὶ τῆς διχαριδότησας ἐν καὶ δευτέρῃ τὴν αἰτίαν ποίει; ἐπαύλα.

θ. Ὅτι ἐχόρτασε ψυχὴν κενὴν καὶ ψυχὴν πεινώσαν ἐνέπλησεν ἀγαθοῖς.

ι. Καθημέρις ἐν σκοτίῃ καὶ σκιᾷ θανάτου· πεπεδημένους ἐν πτωχείᾳ καὶ σιδήρῳ.

Ἐπειδὴ, φησὶ, ὡς ἐν σκοτίῃ ἐμαθεζόμεθα παντὸς ἐρημηδοῖ ἀγαθῶν. Διὰ τί δὲ ταῦτα ὑπομένομεν;

ια. Ὅτι παρεπίκραναν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ· καὶ τὴν βελίαν τοῦ υἱοῦ παρώξυναν.

Γδοῦν τῆς ἀγνοουμένητων, τὸ ὁμολογεῖν τὰ πλημμελήματα· τὸτο γὰρ καὶ τὸν Θεὸν προσβιβνται εἰς καταλαλήν καὶ συχώρησιν.

ιβ. Καὶ ἐταπεινώθη ἐν κόποις ἡ καρδία αὐτῶν·

Διὰ τὸτο, φησὶ, πάσης ταπειότητος ἐπιπλάτο ἡ ψυχὴ αὐτῶν.

ιδ. Ἡδένθησαν, καὶ ὅσα ἡ βοήθειαν.

Ταῦτα γὰρ, φησὶ, ἀπαντα ὡς ἐπὶ σκοτίῃ καθημένοι ὑπέμεσαν. καὶ τί;

ιγ. Καὶ ἐκέραξαν πρὸς κύριον ἐν τῇ θλίβει αὐτούς· καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς.

ιδ. Καὶ ἐξήγαγον αὐτούς ἐκ σκοτίου καὶ σκιάς θανάτου· καὶ ἐξ δεσμῶν αὐτῶν διέρρηξεν.

Αἴτω.

Αγαπῶν γὰρ καὶ τότε ἐμνημόνευσε, ὅτι ἡμεῖς, φησὶ, δεδιμένοι ἀλλὰ βυληθεῖς, φησὶ, ὁ θεὸς, ἔλυσε ἡμεῖς τὰ δεσμά.

14. Ἐξομολογησάτωσαν τῷ κυρίῳ τὰ ἔλεη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμασία αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων.

Ἄλλω γὰρ ὑποδείγματι μνησθῆναι βέλεται. Ἐπιφέρει γὰρ.

15. Ὅτι σωῆτε ψε πύλας χαλκαῖς· καὶ μοχλοὺς σιδηροὺς συνέθλασε.

Ἄντι τῆ, ὅτι ἀπέλαξεν ἡμᾶς τῆς αἰχμαλωσίας, ἐγκαλεισθῆναι ἕτοις ὑπὸ πύλαις χαλκαῖς καὶ μοχλοῖς σιδηροῖς.

16. Ἀντελάβετε αὐτῶν ἐξ ὁδοῦ ὁμομίας αὐτῶν.

Ἄλλ' ὁμοῦ, φησὶν, ἐβόησαν αὐτοῖς ὁ θεὸς ὡς φωνηθῆναι καὶ τὰ χεῖρις πάρεχον.

Διὰ γὰρ τὰς ὁμομίας αὐτῶν ἐταπεινώθησαν.

Ἐπισυνάπτη πάλιν πλὴν αἰτίας δι' ἧς ταῦτα ἔπαρον.

17. Πᾶν βρώμα ἐβδελύξατο ἡ ψυχὴ αὐτῶν.

Ἄντι τῆ, πᾶσα δι' αὐτοῖς τροφὴ ἀπὸ τῆς γῆς καὶ ἀφροσύνη.

Καὶ ἤγγισαν ἕως τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου.

Ὅτι ὑπὸ ἐνδείας, φησὶ, ταῖς πύλαις τῆς θανάτου κρέειν. καὶ τί καὶ τῆτο;

18. Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς καὶ ἐκ τῶν διαγχαλῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτοὺς.

19. Ἀπέσειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς· ἔκρυψε αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν.

Καὶ ταύτην γὰρ πᾶσαν τὴν ἀπαλλαγὴν ἣν κακῶν ἐχαίσατο πρὸς ἀγασθῆναι μόνω, ὅτι ἠθέλησεν.

20. Ἐξομολογησάτωσαν τῷ κυρίῳ τὰ ἔλεη αὐτοῦ, ἔτι θαυμασία αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων.

Διὰ ταῦτά, φησὶν, ἀπαντα ὡς ἀπαντα χαίρειν ἀνακηρυχθῆναι ὑμῖν.

Superius enim huius quoque mentionem fecerat, quia, inquit, vincti eramus; sed Deus, inquit, cum voluit, vincula nostra dissoluit.

PARAPHRASIS ANONYMI.

15. Confiteantur Domino misericordiae eius, & mirabilia eius filijs hominum.

Vult nimirum aliud argumentum commemorare. subdit enim:

16. Quia contriuit portas aereas; & vectes ferreos confregit.

Id est, Quoniam liberauit nos e captiuitate, hoc modo portis aereis & vectibus ferreis conclusos.

17. Suscepit eos de via iniquitatis eorum:

Attamen, inquit, Deus ipsis quoque delinquentibus opem tulit & pessima perpetuentibus.

Propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

Subiungit iterum causam ob quam haec perpeffi sint.

18. Omnem escam abominata est anima eorum:

Id est, Omnis verò cibus ipsis fastidiosus erat & captu difficilis.

Et appropinquauerunt vsque ad portas mortis.

Vt prae penuria, inquit, pulsarent portas mortis. Et quid postea?

19. Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum * saluos fecit eos.

* Vulgata liberauit

20. Misit verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.

Etenim omnem hanc malorum liberationem solo mandato concessit, quia voluit.

21. Confiteantur Domino misericordiae eius, & mirabilia eius filijs hominum:

Propter haec omnia, inquit, ab omnibus hymani gratiarum actionis offerantur.

22. Et

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

* Abest à
Vulgata
vox ci

22. Et sacrificent * ei sacrificium laudis: & annuntient opera eius in exultatione.

Ceterum, inquit, etiam gaudentes & lætantes liberationem suam confiteantur. Et cum hoc dixisset, rursus aliam speciem subiungit molestiæ plenam. sic enim ait:

* Vulgata
omittit in
Quæstia
sine maris
pericula.

23. Qui descendunt * in mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis.

24. Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.

Id est, Sic eramus etiam nos in tempore calamitatum sicut nauigantes cum tempestas præualet, & omnis ars nautica superatur. Sic enim subiungit:

25. Dixit, & stetit spiritus procellæ:

Præcepit, inquit, Deus, & surrexit ventus validus procellam imitatus.

Et exaltati sunt fluctus eius.

Necessario utique ventorum vehementiam fluctuum exaltatio subsequuta fuit.

26. Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos:

Et sic, inquit, fluctus attolluntur, ut ipsum quodammodo cælum spumâ aspergere, & iterum ad fundum vsque excavari videantur.

Anima eorum in malis tabescebat.

Ex hac, inquit, causa nauigantium anima perplexis malis implicari videbatur.

* Vulgata
addit &

27. Turbati sunt, * moti sunt sicut ebrius:

Nautæ, inquit, & qui marinam negotiationem exercebant nihil ab ebrijs differabant. vnde subdit:

* Vulgata
deuorata.

Et omnis sapientia eorum * absorpta est.

Sapientia scilicet nautarum & gubernatorum. Verum quomodo perplexis malis liberati sint subiungit:

Deus innocentes se
liberat à
naufragio.

28. Et clamauerunt ad Do-

κβ. Καὶ θυσάτωσαν αὐτῷ θυσίαν αἰνέσεως· καὶ ἔξαγγεῖλάτωσαν τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει.

Ἀλλ' καὶ χαλεροὶ, φησι, καὶ ἀφρανόρῳμοι τὰ τῆς ἀπαλλαγῆς ὁμολογήτωσαν. Ἐν τούτοις εἰπὼν, ἐπιφέρει πάλιν εἰκόνα ἀλλῶν χαλεπότητος περιπνευμένων. λέγει γὰρ ἕτως·

κγ. Οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις, ποιῶντες ἔργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς.

κδ. Οὗτοι εἶδον τὰ ἔργα κυρίου, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ ἐν τῷ βυθῷ.

Ἀπὸ τῆς ἕτης ἡμεῖς ἐν πᾶσι καιροῖς τῆς συμφορῆς ὡς οἱ ναυαγῶντες ἢ τελευτίας ὑπερχειρῶς, καὶ πάσης ἡττηθείσης τέχνης. ἐπαγγέλλεται ἕτως·

κε. Εἶπε, καὶ ἔση πνύμα καταιγίδος.

Προσέταξι, φησι, ὁ θεὸς, καὶ ἀνέστη αἶμος σφοδρὸς μμίδου καταγῆδα.

Καὶ ὑψώθη τὸ κύμα τῆς αὐτοῦ.

Ἀναγκάσις ἐν εἰπῶσι τῇ τῆς ἀνέμων σφοδρότητι ἢ τῆς κυμάτων ὑπερχειρῶς.

κς. Ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν ἑρῶν, καὶ καταβαίνουσιν ἕως τῶν ἀβύσσων.

Καὶ ἕτως, φησὶν, ὑψῆται τὰ κύματα, ὥστε φαίνεν ἀφεῖν τρέπον πρὸς τὸν ἑρῶν καὶ πάλιν ἀχει τῆς πνυμῶν καλαίνεσθαι.

Ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν κακοῖς ἐτήκετο.

Ἐκ ταύτης, φησι, τῆς αἰτίας ἢ ψυχὴ τῆς πλείοντων ἐν ἀμηχανοῖς ὄρατο κακοῖς.

κζ. Ἐταράχθησαν, ἐσαλεύθησαν ὡς ὁ μεθύων.

Οἱ ναῦται, φησι, καὶ οἱ τῆν ἐμπορείαν ἐπιδοκνύμενοι τὴν θαλασσίαν ἐδῶ διέφερον μεθύοντων. ὅθεν ἐπιφέρει·

Καὶ πᾶσα ἡ σοφία αὐτῶν κατεπόθη.

Ἡ σοφία αὐτῶν τῆς ναυτῆς, φησι, καὶ ἡ κυβερνητῆς. Ἀλλ' ἕτως ἐν ἀμηχανοῖς κακοῖς πᾶς ἐσαύθησαν ἐπιφέρει·

κη. Καὶ ἐκέραζαν πρὸς κύριον

ελον εν τω θλίβεσθι αυτες· και εκ των αναγκων αυτων εξήγαγον αυτες.

minum cum tribularentur : & de necessitatibus eorum eduxit eos.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Τί γδ έποίησαν ο θεός φησι.

Ait enim quid Deus fecerit.

κβ. Καί επέταξε τή καταιγίδι· και έση εις αυρον·

29. Et imperavit procellæ: & stetit in auram:

* Vulgata statuit procellam eius in auram:

Πρωτον μύ, φησι, τον αιμον τον πολιν έσπερον εις αυρον διπλοίας.

Primum quidem, inquit, magnum ventum conuertit in auram commodæ navigationis.

Και έσήγησε τα κύματα αυτης.

Et siluerunt fluctus eius.

Μετα τούτο, φησι, γαλήνη κατέχεν ακυμων παπιδας.

Postea, inquit, fluctuum expers tranquillitas obtinuit.

λ. Καί άφραγίθω όπι ήσυχασαν.

30. Et lætati sunt quia siluerunt.

Ευφροσύνη δέ, φησι, κατέχε παπία τες πλείοντες έπίδη τα κύματα ήσυχασαν.

Lætitia autem, inquit, omnigena nauigantes inuasit postquam fluctus cessauerant.

Και ώδήγησεν αυτες έπί λιμνα θελίματα αυτων.

Et deduxit eos in portum voluntatis eorum.

Θάλασσαν τίνω συμφραάν όνομάσας, έπαύδα λιμνα τίνω άπαλλαγών έκάλισεν.

Cum mare vocasset calamitatem, hoc loco portum appellauit liberationem.

λα. Εξομολογησάθωσαν τω κυρίω τα έλεη αυτου, και τα θαυμασία αυτου εις υίους των ανθρωπων.

31. Confiteantur Domino misericordiae eius, & mirabilia eius filijs hominum.

Επί τέτοις, φησιν, άπαντων ανυμείδω το κρείττον.

In his, inquit, omnibus celebretur id quod praestantius est.

λβ. Υψωσάτασαν αυτον εν εκκλησία λαών· και εν καθέδρα πρεσβυτέρων αινεσάτασαν αυτον.

32. Et exaltent eum in Ecclesia * populorum; & in cathedra seniorum laudent eum.

* Vulgata plebis;

Αντι τω, άναπνεύματα δέ τες ύμνος έπί μάρτυρι πολλή λαφ και έπί πρεσβυτέρω έπίμω, ών αξίωπος ως ειός ή μάρτυρία.

Id est, Emittant autem hymnos multo populo teste & coram venerandis senioribus, quorum vti par est fide dignum est testimonium.

λγ. Εθετο ποταμους εις έρημον, και διεξόδους υδάτων εις δίψαν.

33. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim;

Ουτός έστι, φησιν, ο θεός ο πάντα ποιάν ως βέλεται έ μετασκόλλων· και νυν μύ, ει βεληθει, την έρημον ποιάν έπιλυζείαι ποταμοίς, νυν δέ τας πηγας τής υδάτων ξεραίνω· ως έστι δίψας, ένθα πρò τέτα το άπειρον τω υδατι εν τής τόπων εζφορος έκείπται.

Hic, inquit, est Deus qui omnia facit & ordinat prout vult; modo quidem, inquit, cum voluerit, desertum fontibus inundari faciens, modò verò fontes aquarum exsiccans; ita vt sitis oriatur, vbi antea redundans aqua ex locis diuersis elaborabatur.

Deus pro meritis hominum diuersimodè res disponit.

λδ. Την καρποφόρον εις άλμυ; από κακίας των κατοικούντων εν αυτη.

34. Terram fructiferam in saluginem, à malitia inhabitantium in ea.

Ουτός έστι, φησιν, ο γλυφ αφέρροτος πολλαίς, η πρòς καρποφορίαν έπιτηδενστα.

Hic, inquit, est qui terram circumfluam, & ad fructus proferendos aptissimam,

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

mam; sæpenumerò inutilem reddit propter malitiam incolarum. Propositus sermo etiam exemplum habuit Sodomæ.

35. Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum.

Ceterùm idem, inquit, Dominus, etiam expulsis incolis, res quoque terræ evertit, & desertum quidem stagnare facit, terram verò aquæ expertem fontibus irriguam reddit.

* Vulgata
ciuitatem

36. Et collocauit illic esurientes: & constituerunt * ciuitates habitationis.

Ita vt, inquit, loca illa spe omni destituta deinceps etiam inhabitentur, & pulcherri-
mis ciuitatibus ornentur.

37. Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas:

Ait autem terram deinceps ad frugum procreationem & vineæ fationem aptam euasisse. vnde subdit:

* Vulgata
natiuitatis.

Et fecerunt fructum * geniminis.

* eis,

38. Et benedixit * eos, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minorauit.

Ita vt inhabitantes, inquit, perceptâ benedictione etiam multiplicarentur: Et breuiter omnem fertilitatem intelligit. Verùm incolis aliquando iterùm peruersis, quid factum sit subiungit:

39. Et pauci facti sunt: & vexati sunt à tribulatione malorum & dolore.

Quemadmodum, inquit, etiamnum nos perpeffi sumus in peius animum mutantes, & intolerabilibus malis in captiuitate diuehati.

* Vulgata
omittit
eorum:

40. Effusa est contemptio super Principes * eorum: & errare fecit eos in inuio, & non in via.

Non solùm autem, inquit, nos similibus tentati fuimus, sed etiam Principes ac Reges nostri; & in vasta, inquit, solitudine errauimus. Sed quando iterùm placuit ipsi nobis benignè facere, quid accidit?

τιω, ἀχρηστων ἐργαζόμενοι. ὁ δὲ τὴν τῆς κατοικούντων κηλίας. εἶχεν δὲ ὁ λόγος καὶ ποσειδωνίων ὑποδείγμα τα Σόδομα.

λέ. Ἐθετο ἔρημον εἰς λίμνας ὑδάτων, καὶ γλῶ ἀνυδρογν εἰς διεξόδους ὑδάτων.

Ἀλλ' ὁ αὐτός, φησι, κίρι, καὶ μεταβλήθησαν τῆς ἐνοικούντων, μεταβάλλη καὶ τα σῆς γῆς φράγματα, καὶ τὴν μὲν ἔρημον λιμναζέουσι ὡς αὐτοὺς ἀλάζι, τὴν δὲ ἀνυδρον πηγῆς ἐξ ὧν ῥύτον ἀπεργάζεται.

λς. Καὶ κατώκησεν ἐκεῖ πεινώντας· καὶ σωσέναντο πόλεις κατωικεσίας.

Ὡς, φησι, τὰς ἀνελεπίσους ἐκείνας τόπους ἐ οἰκείου λοιπὸν, ἐ καλλίσαις πόλυσιν ἀβρυώου.

λζ. Καὶ ἔσπειραν ἀγροὺς, καὶ ἐφύτθυσαν ἀμπελώνας.

Ἐπιπείειαν δὲ λοιπὸν τὴν γλῶ θηρία φησι καὶ ποσειδωνίων καὶ ποσειδωνίων ἀμπελῶν ὑποδοχῆ. ὅθεν ἐπιφέρει.

Καὶ ἐποίησαν καρπὸν θηρίων.

λή. Καὶ διέλογησεν αὐτοὺς, καὶ ἐπληθύνθησαν σφόδρα· καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν ὄκ ἐσμικρύνθη.

Ὡς, τὰς ἐνοικούντας, φησι, ἐ εἰς κληθὸς ὑποδείγμα τῆς διλογίας ἐπιτυχόντας. καὶ σωτόμας τὴν καθόλου ἀβρυώου λέγει. Ἀλλὰ πάλιν μεταβλήθησαν εἰδοὺ τῆς ἐνοικούντων, τί γίνεται ἐπιφέρει.

λθ. Καὶ ὠλιγώθησαν ἐ ἐκώθησαν, ἀπὸ θλίψεως κακῶν καὶ ὀδυμῆς.

Ὡς, φησι, καὶ ἡμεῖς ἐπάθομεν, φησι, μεταβαλόντες ἐπὶ τὸ χεῖρον τὰς γνώμας, καὶ πειρασθέντες τῆς ἀνηκέστων ἀνιστοῦ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ.

μί. Ἐξεχύθη ὄξυδένωσις ἐπ' ἀρχόντας αὐτῶν· καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς ἐν ἀβάτω, καὶ ἐχ' ὀδῶ.

Οὐ μόνον δὲ, φησι, ἡμεῖς τῆς τοιούτων ἐπειράθημεν, ἀλλὰ ἐ οἱ ἀρχόντες ἡμῶν καὶ οἱ βασιλεῖς καὶ ἐπλανώμεθα, φησι, ἐν ἐραμίᾳ πολλῇ. ἀλλ' ὅτι ἔδοξε αὐτοῖς πάλιν φιλανθρώπων ἀποδοῦναι εἰς ἡμᾶς τί,

μά. Καὶ

μα. Καὶ ἐβοήθησε πέντη ἐκ
πτωχείας·

Λαός, φησι, πέντη ἐβοήθησεν ἐκ τῶν ἄγων
ταπεινώσεως.

Καὶ ἔθετο ὡς περὶ βάλαντα πατρίας.

Καὶ ἤχησέ, φησι, τὰς συγγενείας ἡμῶν
πάλιν περὶ βάλαντος δίπλου.

μβ. Οὐ ψονται δειθεῖς, καὶ δι-
φορευθήσονται·

Πᾶς ἐν ὅσις, φησι, θεοῦ ἀνάκειται, καὶ δι-
καίᾳ ἐπιμελεῖται, ἔχειται δι' φροσύνης ἀφορ-
μὴν τὰ καθ' ἡμᾶς, ὡς ἐκ ἀμεληθέντων ἡμῶν,
ἐπειδὴ ἔπ' αὐτὸν ἠλπίζαμεν.

Καὶ πᾶσα ἀνομία ἐμφραξί-
τὸ σῶμα αὐτῆς.

Εἴ τις δέ, φησιν, ἢ ἀπεριόρητα λέγει τὰ
ὄντα, ἢ ὅτι ἐ μέλη τῶν θεῶν καὶ τῶν ἰδίων
λαῶν, ἀιχμυλῶν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς, ἔδο-
ξατέτα τὸ σῶμα ἐλεγχόμενον ἐκ τῶν
πεπραγμένων τῶν ἀνομιῶν.

μγ. Τίς θρόνος καὶ φυλάξις
ταῦτα; καὶ σωθήσονται ἐπὶ ἐλέη τῶν
κυριῶν;

Ἀλλὰ μακάριοι, φησιν, οἱ σοφίαν ἀσκή-
σαντες, ἔγνωσκοντες, ταῦτα ὅτι τὰ μέλη τῶν
θεῶν καὶ καθ' ἕκαστον, ἔως βέλονται διοικεῖ
τὰ πάντα, εἰ ἔμεν, δι' ὀλιγόσητα γνώ-
μης, μὴ καταλαμβάνωμεν τὴν ἀπορρήτως
ἐφ' ἡμῶν λόγους.

41. Et adiuvit pauperem de ^{PARA-}
inopia: ^{PHRASIS}
^{ANONY-}

Populo, inquit, pauperi opem tulit de ^{MI.}
nimia humiliatone.

Et posuit sicut oves familias.

Et auxit, inquit, iterum cognationes no-
stras instar ouium.

42. Videbunt recti, & læta-
buntur:

Omnis igitur, inquit, qui Deo devotus est,
& iustitiæ curam gerit, ex rebus nostris læ-
tandi ansam sumat, quia minimè neglecti su-
mus, quoniam in eum sperauimus.

Et omnis iniquitas oppilabit
os suum.

Ceterum, inquit, si quis dixerit non esse
rerum providentiam, vel Deum non habere
curam populi sui, ex rebus nostris confun-
datur, & os suum obstruat ex rebus ipsis ve-
faniae conuictus.

43. Quis sapiens & custodiet
hæc? & intelliget misericordias
Domini?

Sed beati, inquit, qui sapientiam exco-
lunt, & hæc cognoscunt, quod nimirum Deo
cura sit de vnoquoque, & omnia prout vo-
luerit gubernet, tametsi nos, ob mentis exili-
tatem, ineffabiles providentiæ ipsius rationes
minimè comprehendamus.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

α. **B**ΕΝΟΜΟΛΟΓΗΣΘΕ ΤΩ ΚΥ-
ΡΙΩ ΟΤΙ ΚΡΗΤΟΣ.] Υ-
μῶν πάλιν τὸν διεργάτω

θεὸν ὁ θεωρήτης ὡς καλῶνεται· αἶψον δὲ
τῶν ὑμνωδίας· ἢ φιλανθρωπίας φησὶ καὶ τὸν
αἰώνιον ἔλεον. ἐν γὰρ ἐλέει, φησὶ, αἰώνιος δο-
ξάσω σε. Τίσι δὲ μάλλον ὁ αἶνος ἀρμόδιος,
ἢ τοῖς λευτεροκόμοις ὑπὸ κυριῶν; Ἰουδαῖοί
τε γὰρ ἐκ βαβυλωνίων ἔσονται ἡμεῖς ἐκ τῆς ἐπι-
κρατείας τῆς δεξιῶν ἀπυλευτεροκόμων πι-
μῖον τῶν σώσαντων αἵματι. Τὸ ἐκ τῶν χω-
ρῶν δὲ ἐκ τῶν ἀνατολῶν πρὸς Ἰουδαίους
μὲν· ἐπεὶ διασπαρμένοι ἦσαν καὶ τὰς οἰκί-
σας ἐκ βαβυλωνίων. καὶ οἱ μὲν τὸ ἀνατολικὸν
μέρος ὤκων, οἱ δὲ τὸ δυτικὸν, οἱ δὲ πρὸς
ἀρκτον καὶ μεσημβρίας. πρὸς δὲ τὴν ἀλη-

Ι. **C**ONFITEMINI DOMINO QUO-
NIAM BONVS] Propheta rursus
monet vt beneficium Deum

laudemus: causam verò hymnodicæ dicit esse
benignitatem & misericordiam sempiternam.
In misericordia enim, inquit, æterna glorifi-
cabo te. Quibus autem laus magis congruat
quàm à Domino liberatis? Iudæi siquidem ex
Babylone, & nos de diaboli potestate liberati
sumus pretioso sanguine Saluatoris. Illud au-
tem de regionibus & ab Oriente ad Iudæos
pertinet, quandoquidem in Babylone per do-
mos dispersi fuerunt. Atque alij quidem
Orientalem partem inhabitaverunt, alij au-
tem Occidentalem, alij verò ad Septemtrio-
Hoc est, Dei legem honesta omnia iubentis, & consulentis hominum generi, pro nihilo habuerunt: notas illas in mentibus à Deo inscriptas iustissimæ suæ voluntatis cum indignissima Numinis contumelia delere atque extinguere voluerunt, ut effrænatam suam cupiditatem sequerentur. Nam Hebræi per *consilium Dei* intelligunt Decalogum inscriptum in cordibus hominum. Qui sacrilegè atque impiè hunc contemnit, ut vitio suo blandiatur, inductus ambitione gloriosâ, aut auaritiæ sordibus, aut libidine, aut alio genere cœdæ & indignæ cupiditatis; is Altissimi consilium irritat, & æneâ veluti fronte arietat in Deum, voluntatem eius oppugnat, infringit auctoritatem, & nostræ salutis amantem iniustissimam iram accendit.

Consilium
Dei irri-
tas qui de-
calogum
contemnit.

16. *Quia contriuit portas æreas, & vectes*

ferreos confregit.] Cassiodorus hic per portas æreas & vectes ferreos intelligit peccandi consuetudines, quæ homines arctissimè constriungunt, nec exire patiuntur, ut non immeritò & ipsi ferreo esse animo videantur: adde & plusquam ferreo; nam ferrum cum ictibus tunditur, attenuatur ac dilatatur; horum autem corda nullis supplicijs emolliuntur, nullis pœnis ad pietatem reuocantur. Cum itaque Deus obstinatos istiusmodi peccatores ab inueteratis culpis euocat, tunc utique portas æreas conterit, & vectes ferreos confringit.

Consuetu-
dines pec-
candi sunt
quasi porta
ærea & vec-
tes ferrei.

18. *Omnem escam abominata est anima eorum, &c.]*

Omnem escam, ut fateatur Lorinus noster, vocat omne spirituale exercitium, & Sacramentorum vsum, & verbi diuini studium. Sed quomodo hæc in tantum fastidium impel-

Quam o-
scra spirita-
lis fastidium
generat, nisi
spiritum fer-
uor suscite-
tur.

ANNOTA-
TIONES COR-
DERII.

lere possint homines, vt ad portas mortis adigan-
tuntur? Qualiter tam pretiosæ dapes possint oc-
casione tantæ fastidio & tam letali præstare?
Certè dum in hac vita sumus etiam præstantis-
simarum virtutum assiduitas fastidijs letalibus
occasionem dabit, nisi ad Deum clamores reno-
ues, vt tibi nouum suggerat condimentum, quo
fastidia ableges. Monebat S. Bernardus Serm. 33.
in Cant. *Me oportet interim Sacramenti cortice
esse contentum, carnis fursure, velamine fidei:
& hæc talia sunt, que gustata adferunt mortem,
si non de primitijs spiritus quantumcumque
accipiant condimentum.* Caue igitur tibi, qui-
quis diuinam frequentas mensam, diuinas vir-
tutum dapes gustas: nisi enim de Dei sinapi, id
est spiritus feruore, noua tibi suppetant condi-
menta, quibus fames acuat, in letale fastidium
cades. Ea nempe sunt virtutum omnium exer-
citia, qua gustata adferunt mortem: hoc est,
quibus si te inexter assuescas, letalia inde fasti-
dia nanciscaris, nisi de primitijs spiritus, de Dei
sinapi condimenta flagites. Ita Baëza noster
lib. 16. cap. 4. de grano sinapis meditatatur.

20. *Misit Verbum suum, & sanauit eos, &c.]*
Quasi nempe hoc vnum sit panchrestum omni-
um ægritudinum medicamen. Quare nullius
ita est desperata ægritudo, vt si ad Dei verbum
seu sacram Scripturam confugiat, medicamen-
tum non inueniat, quo facillè conualescat. Quod
D. Basilius in Epist. 1. ad Gregorium Theolo-
gum expressit: *A Scriptura, inquit, vni quis-
que tamquam ab officina medicina oppositum sua
infirmiitati medicamentum inuenire poterit.* Sicut
enim in myropolio omnia corporalium morbo-
rum medicamenta reperiuntur, ita planè in
Scriptura omnia spiritualium. Vnde Sapiens lo-
cutus de Hebræis, qui inter Ægyptios multis
plagis lauciatos incolumes consistebant: *Neque
berba, inquit, neque malagma sanauit, sed tuum
Domine sermo, qui sanat omnia:* quasi ab hoc
myrothecio omnia morborum remedia depro-
mantur. Quod exemplis illustrat Basilius supra
citatus. Nam si quis morbo incontinentiæ labo-
rat, eximiam Iosephi castitatem recognoscat: si
laborum pondere frangitur, infractum Iobi ani-
mum contempletur: si iniurijs laceffitus stoma-
chatur, Dauidis clementiam intuitus detumescat:
si prouocatus suorum rebellionibus in vindi-
ctam exardescit, Moyfis singulari mansuetudi-
ne admonitus iras ponat, ac toto animo tranquil-
letur. Ita ferè D. Basilius de hac re philosopha-
tur. Cui non dissimilia tradit S. Athanasius, qui
de libris diuinis loquens sapienter eos nominat
*ποικίλων ἔργων βιβλίον σοφίας, variam medici-
nalis librorum sapientiam;* adeoque ducit ne-
cessarios, vt absque illis nec vita nec salus vlla
satis possit consistere. Itaque non possum non
primorum Christianorum mirari prudentiam,
qui cum multi è fluctibus, & iactatione huius
mundi, in quietis se portum conferrent ad sacros
libros meditando, eos dixere *ἰατροὶ θεοῦ, Cura-
tores, Medicos pios & religiosos;* qui ex illo penu
sapientiæ sibi & alijs medicinam haurirent.

Potest etiam hic locus optime exponi de
V. Eucharistia: *Hæc enim, inquit S. Ambrosius,
medicina spiritalis est, qua cum reuerentia de-
gustata purificat sibi deuotum: illa panacea est
& medicamentum quo venenæ vis omnis eijci-*

tur. Fusus ille Agni immaculati cruor, qui vim
medicam omnibus Sacramentis confert, dextrè
& sapienter vulneribus appositus, & languenti
animæ contemperatus, nihil est quod efficere
non possit ad sanitatem, ad valentiam & salu-
tem: eodem lita, atque, vt ita loquar, delibuta
peccatorum exomologesis, quot & quanta efficit
in populo Christiano quotidie, quàm mirandas
& suspiciendas mutationes.

23. *Qui descendunt in mare in nauibus, &c.]*
Mythicè per naues viri Apostolici, & per mare
mundus iste intelligitur. Sed videnam naues
istæ tot procellis expositæ poruerunt tantam tra-
here securitatem, vt & diuinis operibus profun-
disque Dei mirabilibus appropinquarent? Sanè
ex quo viri Apostolici, per naues significati,
operationes faciunt in aquis multis, hoc est in
populis multis, nullam operationem, quantum-
uis temporalem & fluxam, fastidientes, quâ
possint animas lucrari, & Dei operibus sese in-
terferunt, & ab ira protecti profundissima Dei
mysteria speculantur. Ad hæc sapienter & ve-
rissimè Procopius in illud Isaïæ, *Dies Domini
exercituum super omnem superbum, & super
omnes nauis Tharsis,* sic ait: *Neque ijs nauibus
metuenda Domini dies esse potest, que sensus fa-
cultate destituuntur; sed ijs, qui in corporibus
huius visa tamquam maris tempestatibus agitan-
tur; qui facillè contemnant, qui in carne viu-
entes eius imperantis castra non sequuntur, sed in
aquis multis operationes faciunt; ideoque ad visa
commoda sese demittunt, vt eorum qui in pro-
fundo demersi sunt aliquos lucrentur: vnde ope-
ra Domini vidisse, id est rei gesta mercedem,
diuinarum operum rerumque in profundo mira-
bilium cognitionem percepisse dicuntur.* Pulchrè
igitur S. Bernardus hoc loco intelligi ait *Præla-
tos, Cassiodorus Sacerdotes,* siue sanctorum Pon-
tificum beatam collectionem: qui sæculi, inquit,
procellosa in nauibus Ecclesiarum ligno crucis
enaugant. *Ipsi, quod subdit Regius Vates, vi-
derunt opera Domini, & mirabilia eius in pro-
fundo. Quæ mirabilia? Elationes maris mirabi-
les, furentem æstum, horribiliùs intonantes
procellas, noctem nimbis tumentibus illunem,
decumanos fluctus, vim Typhonis violentam,
nigramque tempestatem, scòpulos hinc inde
tentationum, prædonum impetus, mortis peri-
cula, diuinorum iudiciorum abyssum; iactari
viles algas, perire quosdam, elaborare naucleos,
lucere Dei prouidentiam, cantantes celestia
remiges, & inter pericula triumphantem coro-
natamque nauim in portum succedere. Cuius
rei laus omnis & gloria secundum Deum est
penes sanctos & vigilantissimos Ecclesiæ guber-
natores, facientes operationem in aquis multis.*
In quos intuens quoque Zacharias, *Et pertrans-*

Viri Apo-
stolici sum-
mâ securi-
tate in peri-
culis fruun-
tur, & Dei
mysteria
contem-
plantur.

Isaïæ 2:

Prælati &
Sacerdotes
Ecclesia
nauarcha.

Zach. 10.

*ibant, inquit, in mari angusto. Quem locum
de Apostolis & Præsidibus Ecclesiarum D. Hie-
ronymus exponit in hunc modum: Hi sunt qui
descendunt in mare, & in Ecclesiarum nauibus
faciunt opera multa, & Dei cernunt mirabilia in
profundo diuinarum sapientia & scientia eius.*
Mare angustum vocat Zacharias, non fretum
quodpiam Gaditanum, aut Chalcidicum Eurip-
um mirabili modo reciprocantem; sed nauig-
ationem periculis plenam designat, vbi non
maris, sed animorum sint angustia, & plurima
mortis

Scriptura
singulare
myrothecio
ad
arimi mor-
bos curan-
tes.

Sap. 16, 12.

Eucharistia
& confessio
medicina
anima.

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.

Laborio-
sum & pe-
riculosum
est regimen
marinarum.

Margarita
in maris
fundo ca-
piuntur,
non in su-
perficie.

Matth. 8.

mortis imago. Hinc Syrtis occurrunt vorantes, hinc Sirenes melleam mortem accinentes, hinc Circe cum voluptatibus obscœnis, hinc saxa latentia, Behemot, monstra. Et quidem superandæ Propontidis angustia, inter Symplegades nauigandum; & ut dicam cum ingenioso Poëta Phocylide, Ἐπιπλῦς ἐστὶν ἄδνα, Quoniam anceps & dubia est nauigatio. Sanè eorum vita qui salutem aliorum procurant nauigatio est dubia & procellosa; quam Iuo Carnotensis Epist. 17. naufragosam tempestatem appellat. Quâ certè miserimum in modum Rectores affligi, & variarum difficultatum occursu ut vndarum commotione iactari necesse est; quos ait David in malis tabescere; additque ad cumulum miseriarum, prudentiæ luce destitui, quâ malorum vis superetur: *Et omnis sapientia eorum demorata est.* Atque ut hanc ipsam difficultatē semper ante oculos haberent positam, sapienter omnino constituerunt Apostoli, ut sacra templa in nauis similitudinem extruerentur. Et S. Petrus diuinè solebat Ecclesiam cum naue componere, cuius foret gubernator Episcopus, nauæ Presbyteri, epibatæ vectoresque populi, ut S. Clemens eius auditor Epist. 2. scriptum reliquit, ut nimirum intelligeremus, sacris hominibus, qui hanc nauem moderantur, esse perpetuò cum Typhoni- bus, cum procellis turbini- busque luctandum.

24. *Et mirabilia eius in profundo.*] Expende vbinam Dei mirabilia percipiuntur; nimirum in maris profundo. Hoc pulchro exemplo illustrat S. Macarius Hom. 25. dicens: *Sicuti mercatores nudi in profundum maris descendunt, ut illic margaritas reperiant, qua profunt ad coronam & purpuram regiam; ita qui solitarie viuunt in profundum maris vitiorum descendunt; unde sumunt & referunt pretiosos lapides, qui valcant ad coronam Christi, ad nouum saculum, ad ciuitatem splendidam, & populum Angelorum.* Sanè qui margaritas querit non capitur crystallino æquoris alpectu; sed vndas splendentes præteriens, intima penetrat, ad profundum accedit; dumque limum & fœtulentam maris excrementa scrutatur, margaritas merit: sic felix afflecla veritatis minimè tenetur extrinsecus splendenti vitiorum nitore; interna eorum rimatur, vsque ad profundum descendit; ibique dum contemplatur voluptatum cœnum, honorum squalentes vacuitates, mundi fœtores, rerum inconstantiam terrenarum, tamquam prudens mercator pretiosas inde gemmas colligit, coronæ cœlesti inserendas; & mundanis rebus spretis, totus Christi effectus, nihil animo suo non cupit cœleste & angelicum.

29. *Et imperans procella, & stetit in auram.*] Ita S. Augustinus & Vetus Psalterium, & Græci Codices; quamuis S. Hieronymus ad Suniam aliquid in ijs verbis superflui agnoscat: Aquila, ἀναστῆσει λαίλαπα ἐπὶ αὐρᾶν, *Resistit uerticem in auram*: Symmachus, Ἐπίσταυτο αὐτῷ πλῆρη παρυγία αὐτῷ ἐπὶ γαλήνῃ, *Stetit in tranquillitate in tranquillitate*: Theodotion, καὶ ἔστησε πλῆρη παρυγία αὐτῷ ἐπὶ αὐρᾶν, *Et stetit procellam eorum in auram*: Vulgata & Romanum eodem modo habent, nisi quod Vulgata (ut etiam S. Hieronymus ad Suniam) pro eorum habet eius, Romanum verò neutrum. & respondet Hebræo: Hoc ad litteram Christus fe-

cit, cum simul ut Apostoli preces adhibuerunt in horribili vndarum agitatione & minantibus ventis, supra Æolos poëticosque Neptunos dicto citius tumida æquora placauit, & facta est tranquillitas magna. Hinc animus Gubernatoribus sacris additur, quod Dominum vniuersitatis propitium habeant & præsentem; cuius nutu & amico præsidio fiunt ægide & procellâ omni superiores.

Σὺ τῷ θεῷ πλῆρη κἀν ἐπὶ ἁπλοῖς,

Cum Deo vel tenni nauigaris vimine,

ait diuinè Græcorum Adagium. Quod eximium & Christiano ore dignum est acroama: cui fidenter apponas eos titulos, quos antiqui in nauibus suis ad augurium beatissimæ nauigationis inscribere solebant, Ἐπιπλῦς, felix nauigatio, πρόνοια σοφία, providentia sermans & sospitatrix. Hoc in nauigio qui vehuntur, ad æternæ salutis portum bonis omnibus opulenti felicissimè appellant; vbi festâ omnium lætitiâ excipiuntur. Talem esse obedientium cymbam Patres aiunt, qui meritis ut mercibus onusti, vel etiam dormientes in beatæ vitæ sinum feruntur nullo periculo, nullo damno; ut non immeritò Climacus illam appellet tutam nauigationem & confectum dormiendo iter.

Ceterum posset hic Psalmi locus etiam moraliter sic explicari, ut per procellas profana Philosophorum doctrina intelligatur, quæ argumentorum fluctibus & procellis in gymnasijs traditur, & quasi debacchatur; per lenem verò auram eruditio cœlestis: quasi nimirum illa tempestas concertationum, quæ in humana Philosophia acquirenda sæuiebat, sedaretur, & verteretur in placidam quamdam diuini spiritus leniter afflantis serenitatem, quâ diuinarum Scripturarum notitia comparatur. Huc spectat etiam illud quod superius vers. 25. dictum est: *Dixit, & stetit spiritus procella.* & paulò post: *Et omnis sapientia eorum demorata est.* Deo enim nos per Scripturam aut internam inspirationem alloquente, necesse est ut omnis illa veluti procella Philosophorum inani loquacitate perstreptentium conticescat. Quis non videt illam benignam auram hisce sæuis turbini- bus præferendam? Idcirco Ecclesia precabunda exclamabat: *Surge Aquilo, & veni Auster; perfla hortum meum, & fluant aromata eius.* q. d. Turbulentus ille humanæ sapientiæ flatus, siue fastus, quo perflante & tumultuante omnia pietatis germina exarescunt, procul facessat; & lenis ille diuinæ Scripturæ spiritus, quo fauente & adspirante omnes virtutum propagines feliciter nutriuntur, tandem nostris animis blandiatur.

33. *Posuit flumina in desertum, &c.*] S. Augustinus exponit hoc de Synagoga, quæ olim diuinis gratijs irrigua, nunc planè iisdem destituta est: è contra verò Ecclesia olim sterilis & deserta, modò fertilis & fecunda euasit. *Quæris (inquit de Synagoga) ibi fidem Christi? non inuenis. Quæris Prophetam? non inuenis. Quæris sacrificium? non inuenis. Quæris templum? non inuenis. Quare hoc? unde? quo merito? A malitia inhabitantium in ea.* Et paulò post: *Quæris, inquit, sacerdotem & sacrificium apud Iudeos? non habes, nec inuenis secundum ordinem Aaron, quia posuit flumina in desertum. Quæris secundum ordinem Melchisedech? apud illos non inuenis;*

Christo
mare &
ueni obe-
diunt.

Obedien-
tium cura
nauigatio.

Sæcularis
doctrina in
tumultu
diuinæ
tranquilli-
tate placida
est.

Cant. 4, 16.

Iudæi ob
malitiam
exaruerunt,
&
Gentes vi-
tens gra-
tia.

Malach. 1. 11. uenis; sed per totum orbem celebratur in Ecclesia. Ab ortu enim Solis usque ad occasum magnum est nomen meum in Gensibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Vbi erant immunda sacrificia, quando desertum erant, quando squallebant, quando salina erant omnes Genes; ibi nunc fontes, ibi nunc flumina, ibi nunc stagna aquarum. Ita S. Augustinus.

40. Effusa est contemptio super Principes.] Hoc Eusebius de Ecclesie sancte Principibus, id est Episcopis & Sacerdotibus, intelligit, qui passim a populo despiciuntur, quod plurimum ab ea dignitate auctoritateque descuerint, qua maiores prestantibus vite meritis gloriaque ornati Ecclesiam diuine gubernauerant. Magnam autem hanc esse penam in commune omnibus animaduertit Cardinalis Bellarminus, & grandium seclerum indicium, quando Deus effundit contemptionem in Principes; id est, prouidentiam suam facit, vt Ecclesiastici Principes sint valde contemptibiles. Illud enim verbum effundit significat abundantiam siue magnitudinem contemptionis. Tum enim necesse est rueri omnia in peius, exolescere virtutem, impunita licentiam volitare noxam atenque, sanctitudinem illudi, facta funestari, Numen contemni. Et effusae quidem illius contemptio licet exempla hoc etiam tempore cognoscere, quo videmus, siue ob sordes turpitudinemque aliquorum Ecclesiasticorum, seu propter inusitatum hereticorum malitiam, insutumque in Ecclesiam odium, in quibusdam orbis Christiani prouincijs nihil esse hominibus initiatis contemptius. Quamquam non propria huius temporis ea tantum est labes. De zero suo loquens D. Greg. Nazianzenus Orat. 1. vitio quorundam Sacerdotum ait

Contemptio Sacerdotum magna punio est & labes Ecclesia.

factum *ὄνομα κενόν, nomen inane*, omnium contemptioni expōsitum. De suo quoque memorans Laurentius Iustinianus lib. de Complanch. Sacerdotes tamquam purgantium seculi habitos refert. Qui status cum calamitosissimus sit, atque omni ratione fugiendus, iure merito Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 1. obtestatur sacros Pontifices, vt pristinam Ecclesie gloriam & ordinis sui dignitatem innocentiam vitæ & clarissimis virtutibus consentent, atque in animum suum inducant, ad suam & sui gregis felicitatem id plurimum valiturum: siquidem *integritas presidentium salus est subditorum*; vti S. Leo Epist. 85. diuinitus antea pronuntiauerat.

Moraliter Alvarez de Paz Tom. 2. lib. 1. Partis 3. cap. 9. locum hunc sic exponit, vt Principes isti nunc sint internæ mentis cogitationes ac deliberationes, quæ nostris affectibus dominantur, & virtutum aciem aduersus hostilem vitiorum exercitum instruunt & ducunt. Contemptio autem super Principes istos effunditur; cum deficiente lumine in varias sententias distracti, quid faciendum sit non inueniunt: & dum isti sententiam aliorum impugnant, inuicem se contempnunt: qui prius errant in via, dum rationem exercendæ virtutis inuenire nesciunt; & postea errant in inuio, quia peccata quibus illigantur non aduertunt.

ANNOTATIONES CORNERII.

Principes cogitationes nostra sunt contemptibiles per peccatum.

41. Et adiunxit pauperem de inopia, &c.] Quisnam pauper est nisi peccator? & quæ eius inopia nisi delictum? Dum autem hanc inopiam animo humili & compuncto confitetur, mirum in modum vt ditescat meritis adiunatur. Horum pauperum, qui ex corde inopiam suam detestantur, familias ponit Dominus sicut greges ouium; quia eos custodit vt gregem suum, & bonorum operum prole fecundat.

Deus adiunxit pauperes de peccato.

I N P S A L M V M C V I I . A R G V M E N T V M .

α. Ωδή ψαλμῶ τῷ Δαβίδ. 1. Canticum Psalmi ipsi Dauid.

Καὶ ἐστὶ τῆν Ἰουδαίων ἐπεδησίῳ ἐπάνοδος καὶ τῆν τῆς ἐθνῶν σωτηρίαν. ἔχει δὲ συγγένειαν πρὸς τὸν 15' & τὸν 18'. τὸ μὲν γὰρ ἔχει τὰ ἀρχαῖα, τὰ δὲ τὰ τελευταῖα. ἀμφότεροι δὲ Μακχαβαϊκοί. ἔστ' δὲ ὁπλίῳ μᾶλλον ἢ συμφορῶν διηγηματικός.

Etiam hic Psalmus & Iudeorum reditum vaticinatur & Gentium salutem: habet verò cognationem cum quinquagesimo sexto & quinquagesimo nono: prima siquidem illius, alterius verò postrema continet. Vtrique autem sunt Macchabaici. Hic autem potius est triumphalis quam calamitatum expōsitivus.

P A R A P H R A S I S A N O N Y M I .

6. **Ε**ΤΟΙΜΗ ἡ καρδία μου ὁ Θεός, ἐτοίμη ἡ καρδία μου ἄσμα καὶ ψαλῶ ἐν τῇ δόξῃ μου.
 Ε'τοιμός, φησιν, εἰμι ἐν παντὶ καιρῷ ὑμνεῖν σε καὶ ψάλλειν σοι τῷ Θεῷ μου.

2. **P** A R A T V M cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo & psallam in gloria mea.

Excitat se ad psallendum victorias Dei de hostibus.

Paratus, inquit, sum in omni tempore laudare te & psallere tibi Deo meo.

3. Exur-

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

3. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.

Faciam, inquit, hymnos cum organis per vnumquodque diluculum, id est per quodlibet tempus idoneum.

* Vulgata
Nationi-
bus.

4. Confitebor tibi in populis Domine: & psallam tibi in* Gentibus.

Continebunt autem, inquit, hymni gratiarum actionem & bonas narrationes pro nobis qui multi sumus.

5. Quia magna est super cælos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua.

Misericordia & veritas iterum ponitur pro, Vera tua benignitas nubibus & cælis apparuit sublimior, desuper obtegens delicta nostra.

6. Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua:

Meritò igitur, inquit, omnes sublimia de te dicunt, tam virtutes supercælestes quàm quotquot terram incolunt.

7. Vt liberentur dilecti tui.

Omnes autem referunt sublimia de te cogitantes, quomodo mirabiliter nos dilectos tuos liberaueris.

Saluum fac dexterâ tuâ, & exaudi me:

Vtque, inquit, nos dexterâ manu tuâ seruaeris, & preces nostras exaudiueris.

8. Deus locutus est in sancto suo:

* Vulgata
Exultabo,
& diuidam
Sichimam,

* Exaltabor, & diuidam Sicima, & conuallem tabernaculorum di- metiar.

Decreuit, inquit, superior fieri inimicis, & ab ipsis auferre terram quam iniuste possident, eamque nobis denuo restituere.

9. Meus est Galaad, & meus est Manasses:

Non solum autem, inquit, Sicima vobis restituam, sed etiam Galaaditidem Regio-

γ'. Ἐξεγέρθητι ἡ δόξα μου, ἐξεγέρθητι ψαλτήριον & κιθάρα· ἐξεγερθήσονται ὄργανα.

Ποίησομαι, φησι, τὰς ὕμνους μετὰ τῶν ὀργάνων καθ' ἕκαστον ὄργανον, ταῦτά τε καθ' ἕκαστον ὀργανήδικοι καλεῖται.

δ'. Ἐξομολογήσονται σοὶ ἐν λαοῖς κύριε καὶ ψαλῶ σοὶ ἐν ἔθνεσι.

Ἐξέσονται δέ, φησιν, οἱ ἔθνη εὐχαριστίας καὶ διηγήματα χρηστὰ ἡμῶν πολλῶν ὄντων.

ε'. Ὅτι μέγα ἐπαινῶ τῶν ἑρρα- νῶν τὸ ἔλεός σου· & ἕως τῶν νεφελῶν ἡ ἀλήθειά σου.

Τὸ ἔλεος καὶ ἡ ἀλήθεια πάλη ἀντι- τῆ, ἡ φιλανθρώπινα σου ἀληθινή ὑψηλοτέ- ρα τῶν νεφελῶν ἐφάνη καὶ τῶν ἑρραῶν, καλύ- ψασα τὰ πλημμελήματα ἡμῶν ἀνωθεν.

ς'. Ὑψώθητι ἑπὶ τὰς ἑρανεὺς ὁ θεός, καὶ ἑπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου.

Εἰκότως ἔν, φησιν, ὑψηλὰ πάντες φε- ρεῖ σὺ φθάνονται, ἀντὶ ἐπιεραῖαι δυνάμεις & ἀπαντες ὅσοι τὴν γῆν οἰκοῦσιν.

ζ'. Ὅπως ἀν' ἑρραῶν οἱ ἀγα- πητοὶ σου.

Φθάνονται δὲ πάντες ὑψηλὰ φε- ρεῖ σὺ λογιζόμενοι, ὅπως ὡς ἀδύνατος ἡμᾶς ἐρρῶσιν τὰς ἀγαπητὰς σου.

Σῶσον τῇ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπά- κησον μου.

Ὅπως τέ, φησι, τῇ δεξιᾷ σου χειρὶ ἑσ- σασ ἡμᾶς, καὶ ἐπάκυσας ἡμῶν τῶν δεισῶν.

η'. Ὁ θεός ἐλάλησεν ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ.

Ὑψώθησονται, καὶ διαμερεῖω Σί- κιμα, καὶ τὴν κοιλάδα τῶν σκινηῶν διαμετερήσω.

Ἀπεφίνατό, φησιν, ὑψηλότερος ἡμέας τῶν πολεμίων, καὶ ἀποσῶν αὐτῶν τὴν ἀδίκως κατεχομένην γῆν, καὶ ἡμῶν ἀποδι- δόναι πάλιν.

θ'. Ἐμός ἐστι Γαλαὰδ, καὶ ἐμός ἐστι Μανασσῆς.

Οὐ μόνον δέ, φησι, τὰ Σίκιμα ὑμῶν ἀποκαταστήσω, ἀλλὰ καὶ τὴν Γαλααδίτιν χώραν,

χώραν, ἢ ὅτι ὁ Μανασσῆς ἐπειδὴ καὶ αὐτὴ ἡμῶν ἐστὶ κτήμα.

Καὶ Ἐφραὴμ ἀντίληψις τῆς κεφαλῆς μου.

Τὸν δὲ Ἐφραὴμ πάλιν, φησὶν, ἰχυροῦν ἀποδείξω, ἵνα πάλιν ἀντιλαμβάνηται τῆς ἐμῆς ἀρχῆς, τῆς ἧς ὑπὲρ ἐμῆ ἀρχομένων.

Ἰούδας βασιλεύς μου.

Ἀποκαταστήσω δὲ, φησὶ, καὶ τῇ Ἰούδα φυλῇ τὴν βασιλείαν, ὡς ἐκωλύτως ἐν τῆς φυλῆς ἐκείνης πάλιν τὰς βασιλείας ὀπιθίδουσι.

Ἰ. Μοάβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου.

Ἐλπίδα δὲ ἔχω, φησὶ, καὶ τὸν Μοάβ ὡς ἐν λεκάνῃ καταπατήσας. οἰκιστὰν γὰρ τὰ τῆ λαοῦ ὁ θεός.

Ἐπὶ τῶν Ἰδουμαίων Ἰπιβαλῶν τὸ ὑπόδημά μου.

Μετὰ τὸ ἀποκαταστήσαι ἐν τῶν λαῶν μου τῶν γῆν καὶ τῶν βασιλείαν, ὀρήσσω καὶ ἐπὶ τῶν Ἰδουμαίων.

Ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν.

Καὶ ὑποτάξω, φησὶν, ὁμῶς καὶ τὰς πέντε βασιλείας τῶν ἀλλοφύλων καὶ τῶν Ἰδουμαίων. εἶτα θαρρήσας ὁ λαὸς τῇ ἀποφασί τῆ θεοῦ αὐτὸς ἐπάγει λοιπόν.

Ἰα. Τίς ἀπάξει με εἰς πόλιν ἀσχυροῦς; ἢ τίς ὀδηγήσει με ἕως τῆς Ἰδουμαίας;

Ἰβ. Οὐχὶ σὺ ὁ θεός, ὁ ἀπώσα μὲν ἡμᾶς;

Καὶ ἐκ ἐξελύξει ὁ θεός ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν;

Τίς γὰρ με, φησὶν, ἀλλ' ἢ τῆς Ἰδουμαίας ἐπικρατήσας, εἰ μὴ σὺ ὁ ἀποφηνάμενος θεός ἐν ἐκ ἐγχαυρεῖ μὴ σωζέσθαι εἰς πόλεμον μὴ τῆ ἡμετέραν δυνάμεων.

Δός ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως καὶ ματαία σωτηρία ἀνθρώπων.

Ἀγαπήν γὰρ ἡμῖν, φησὶν, ἢ μὴ θλίψιν βοήθειά σου, καὶ ἢ μὴ τῶν παίδων καταλλαγὴ τῆς ἐξ ἀρχῆς ἀνθρώπων βοήθειας ἐπίτηρ ἢ μὲν δεξιπῆρ καὶ ἀριστερῆσται, καὶ ἢ πλῆτ' ἢ καὶ ἢ πολεμικὴ ἐμπειρία, καὶ ἢ δυνάμεις, καὶ ἢ βασιλεία. ἢ δὲ θλίψις ἢ ἀσχυρὰ σὺ τοῖς σωροῦσιν δό-

nem, quam Manasses incoluit; quandoquidem hæc etiam mea est possessio.

Et * Ephraëm susceptio capitis mei.

Ephraëm verò, inquit, iterùm potens tem demonstrabo, vt rursus recipiat meum Principatum, id est eos qui sub meo Principatu sunt.

Iuda Rex meus:

Tribui verò Iudæ, inquit, etiam Regnum restituiam, vt ex illa Tribu rursus consequenter Reges constituentur.

10. Moab lebes spei meæ.

Ceterum, inquit, spem quoque habeo tamquam in pelui Moabum conculcandi. Deus enim ea que populi sunt sibi appropriat.

In Idumæam * proieciam calcamentum meum:

Postquam igitur populo meo terram Regnumque restituerò, etiam in Idumæam pertrampam.

Mihi alienigenæ * subditi sunt.

Simul etiam, inquit, quinque alienigenarum Satrapias & Idumæam subiugabo, Deinde populus decreto Dei fretus ipsemet deinceps subiungit:

11. Quis * adducet me in civitatem * circumstantiæ? * aut quis deducet me vsque in Idumæam?

12. Nonne tu Deus, qui replexisti nos?

Et non exhibis Deus in virtutibus nostris?

Quis enim, inquit, alius me faciet Idumæis imperare, nisi tu qui declaratus es Deus: quem non contingit simul egredi ad bellum cum virtutibus nostris.

13. Da nobis auxilium de tribulatione: * & vana salus hominis.

Post tribulationem enim, inquit, nobis gratum est auxilium tuum, & post correptionem immutatio præsidij quæ erat ex Principatu humano: siquidem hoc caducum est & fluxum, etsi fuerint diuitiæ, etsi experientia militaris, etsi potentia, etsi Regnum. Verùm tribulatio tua per illam castigatis be-

PARAPHRASIS ANONYMI. * Vulgata Ephraim

* Vulgata extendam

* Vulgata amici facti

* Vulgata deducet * munitam? * Absit à Vulgata vox aut

* Vulgata quia

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

nevolentiam præfidiumque maximum conciliat propter correctionem. vnde subiungunt:

14. In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

Per ipsum igitur, inquit, Deum victoriam consequemur, & deletionem inimicorum post nostras tribulationes.

γνωμοσύνης γίνεται πορεύσθαι ἐν βοθηταίαις μεγίστης δόξης ἢ σωφροσύνην. ὅθεν ἐπιφέρουσιν

Εἰν τῷ θεῷ ποιήσομεν δύναμιν καὶ αὐτὸς ἐξυδένωσθαι τὰς ἐχθρὰς ἡμῶν.

Δι' αὐτὴν εἰν τῷ θεῷ, φησὶν, αἰρέμεθα τὴν νίκην, καὶ τὴν εἴη ἐχθρῶν ἐξυδένωσιν μὲν τὰς θλίψεις ἡμῶν.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

2. **P**ARATVM COR MEVM DEVS.] Vult dicere: Quoniam constans ac firmum est cor meum semper ad te laudandum, & psallendum tibi in gloria mea, id est Deo meo. Vel gloriam suam vocat vaticinandi gratiam. Cantabo igitur & psallam, si cor meum prophetica gratia repleueris. Deinde semetipsum quodammodo & instrumenta sua alloquendo excitat. q. d. Quoniam hymnos cum organis faciam manè excitatus & gratias agens. Vel per organa semetipsum præparat ad diuinam inspirationem. Per citharam quidem membra corporis ac sensus, quibus mens quilibet vult, pulsantur. Per psalterium verò rationales animæ potèntias declarans, matutina illa prima lucis tempora assumit tamquam reliquæ dici aptiora, & tamquam vitæ suæ primitias Deo offerens.

Et corpore & mente psallendum.

Clementia Dei calos superat.

Psal. 32, 5.

Nubes sunt Prophetæ & Apostoli.

Quomodo Deus in nobis exaltatur.

5. **Q**UIA MAGNA EST SVPER CÆLOS.] Vera, inquit, clementia tua sublimior apparuit ipsis nubibus ac cælis, nostra delicta desuper obtegens. Vel ac si dicat: Benignitas enim tua cælorum latitudinem superat; misericordia verò à terra inchoans ad cælum usque magnificatur. *Misericordiâ enim Domini plena est terra.* Finis enim inchoantium est à terra misericordiam consequi, ad cælum peruenire, & Regnum hereditare. Ceterum nubes vocat Prophetas & Apostolos; quandoquidem per hosce veluti per quasdam nubes spiritalem irrigationem hominibus affert. Illud autem *Exaltare*; id est, Ostendaris altus, & omnibus superior: & omnis terra gloriam tuam agnoscat. Aliter verò etiam, cum Deus exaltatur in ijs qui gerunt imaginem cælestis, atque idcirco cæli nuncupantur, gloria eius in omnem

β'. **Τ**ΟΙΜΗ Η ΚΑΡΑΙΑ ΜΟΥ ΘΕΟΣ.] Βέλεται εἰπεῖν ὅτι βελαία ἐ ἰδραία ἐστὶν ἡ καρδία με πάντοτε εἰς τὸ ὑμνεῖν σε, ἐ ψάλλω σοι ἐν τῇ δόξῃ μου, τυτέτι τῷ θεῷ μου. ἡ δόξαν ὁραία τὴν σωφροσύνην καλεῖ χάριν. ἀσομαι ἐν τῇ ψαλλῶ, εἰ με πληροῦσθαι ἢ καρδίας τῆ σωφροσύνης χάριτος. ὅτι αὐτὸν ἐχολούετα ἑαυτῶν τε καὶ τοῖς ὀργάνοις. ἢ αἱ ὅτι τὰς ὑμνους μὲν τῶν ὀργάνων ποιήσομαι ὀρθροῦ ἐγχερόμενος καὶ διχαριστῶν. ἢ δὲ τῶν ὀργάνων ἑαυτὸν διξενίλλει πορεύσθαι ἢ θείαι ἐπινοῖαν. Δια μὲν δὲ καθάρα τὰ μέλη τῷ σώματος καὶ τὰ αἰσθητήρια, δι' ὧν ὁ νῦν πᾶν ὅτι βέλα, ἀνακρίει. δὲ δὲ τῆ ψαλλομένη τὰς λογικὰς ψυχῆς δυνάμεις διπλαῖν, τὰς ὀρθροῦ δὲ λαμβάνει ἐ τὰς πρώτας καιρὸς τῆ φωτὸς αἰς τῆ ἀλλοῦς ἡμέρας ἐπιτηδεύομενος, καὶ αἰς τὰς ἑαυτῶν ζωῆς ἀπαρχὰς ἀναποθεῖ τῷ θεῷ.

ε. **Ο**ΤΙ ΜΕΓΑ ΕΠΑΝΟ ΤΩΝ ΟΥΡΑΝΩΝ.] Η' φιλανθρωπία σου, φησὶν, ἢ ἀληθῆς ὑψηλοτέρα ἐφαῖται τῶν νεφελῶν καὶ ἐρασῶν, ἐπιχαλυψασα τὰ ἡμῶν πλημμελήματα ἀνώθεν. ἢ ἀντι τῶ. Νικᾷ γὰρ τὸ εἶρη τῶν ἐρασῶν ἢ σὴ χριστότης μεγαλυῦνται δὲ ἴως τῶ ἐρασῶ τὸ εἶρη ἀρχόμενος ἀπὸ τῆς γῆς. τῶ γὰρ εἶρη κυρεῖ πλήρης ἢ γῆ. τὸ γὰρ τέλει ἐστὶ τῶν ἀρετῶν ἀπὸ τῆς γῆς εἰσεῖσθαι, ἐπὶ τὸν ἐρασῶν φθάσαι, καὶ τὴν βασιλείαν κληρονομήσαι. Νεφέλας δὲ τὰς πορφύρας καὶ τὰς ἀποδόλους φησὶ δὲ τέτων γὰρ ὡσπερ δὲ πᾶσι νεφελῶν ἢ πνευματικῶν ἀρδεῖαν τοῖς ἀνθρώποις ποροφείη. τὸ δὲ ὑψηλοτέρα ἀντι τῆ, δείχθητι ὑψηλότες, καὶ πάντων ἀνώτερος καὶ πᾶσα ἢ γῆ ἢ σὴν γνώτω δόξαν. Καὶ ἀλλοῦς δὲ, ὑψηλοτέρως τῆ θεῶ ἐν τοῖς τὴν εἰκόνα τῶ ἐπυραίνου φορεῖσι, καὶ δὲ τῶ ἐρασοῖς καλυμμοῖς, ἢ δόξα αὐτῶ ἐπὶ πᾶσι ἐκτε-

ἐπτείνεται γῆς, τὴν διωκτὴν καρποφο-
ρεῖν ἐλατὸν, ἐξήκοντα, ἑξήκοντα, πῶς δ' αὖ,
ὡς καὶ σὺ ἀγαπᾷς ἀξιοί, ῥυθίζῃς ἐξ
ἐχθρῶν ἢ ἀπειράστων, ἀλλ' ἢ δεξαμένης
σε τὴν ἰσφ' αὐτῶν ἐξ ἐμοῦ ἰουσίαν; δεξιὰ
δὲ τὴν ἀγαθὴν ἐνεργάαν κέκληκε.

ἢ. Ο ΘΕΟΣ ΕΛΑΛΗΣΕΝ ΕΝ Τῷ ΑΓΙῳ
ΑΥΤΟΥ.] Ἀντὶ τῆ ἀπεφήιατο τὸ δὲ ἐν τῷ
ἀγίῳ, ἀντὶ τῆ ἢ ἀγιότης αὐτῆ. ἀπεφήιατο,
φασί, ἢ ἀγιότης αὐτῆ ταῦτα ἀ μέλλει κα-
ταλήγει. ἢ ἐν τῷ ἀγίῳ αὐτῆ. δεξ τὸ περὶ
κατ' αὐτῆ. ἢ ἀγ' αὐτῆ ὁ μονο-
γενής. διὸ τὴν ἀποκρίσιν αὐτῆ ἐποίησε
πρὸς τὴν ἀποδοθεῖσαν ἀχλὺν ὁ Θεὸς
ὑψώθητι (τὴντο γὰρ δεξαμένη) εἶπεν,
ὑψώθησομαι. πρὸς δὲ τὸ ἐπὶ πᾶσαν γῆν
γῆν ἀποκρίνεται τὰ ἀκόλυθα. ἀπὸ τῆ δε-
μιερα Σίκιμα, καὶ τὰ ἔξῃς. Ἐπειδ' αὖ,
φασί, ὑψώθη τα καὶ τὰ ποιῶσα. ἀπεφή-
ιατό, φασί, ὑψηλότερος ἡρώδης ἢ πολυ-
μίῳν, καὶ ἀποσῶν αὐτῶν ἢ ἀδίκως καταχο-
ρευτὴν γῆν, καὶ ἡμῖν διδοῖται τὰ Σίκιμα, ἦτοι
τῆς ὀρεινότερας τόπας καὶ τὰς πεδινὰς. Μα-
θαὶν ἐν ὁ πρὸς τῆς ἢ ἰθὺν ἢ ἐπικλινον, καὶ
ῥηκτοίς ἡδὲ οἷς τῆ ἢ ἀγαθὴν ἀπερρήσας,
ἡμεῖς) ἰδὲ εἰν τὰ ἡρησόμενα, ὅτι δεξαμένη (εἰ)
ἢ Σίκιμα, ἢ λέγει. Συχίμ, ἢ ἀλλοφύλος
ἐκδίδω) ἔθνησι τοῖς πεπυσμένοι χορομε-
τεῖται δὲ ἢ τ' ὀκνηὸν κοιλίας, οὐκ ἔται δὲ ὁ τῆ
Μαθασ ἢ κατοικημένος Γαλαὰδ, καὶ Ἰούδα
τὰ ἢ Ἐφραῖμ κληροδοτεῖται. Ἐξ Ἰούδα γὰρ
ὁ Χελεδὸς ἀνατίταλλε. Μωαβ δὲ, ὁ ἀπειρη-
μένος εἰς ἐκκλησίαν κυρεῖν ὡς ἀβάλλω,
πρὸς λαμβάνει), ἢ τ' ἐλπίδος λίθης γίνε),
ἢ τῆ λαβῆ, ὡς ἢ πέμπτη ἐκδοσις λακόντες
ἀπεφήιατο· δηλὸν δεξ τ' ἀποκρίσιν τ' δεξ
Βαπτισματος καὶ Ἰαροσφ' ἢ τ' καὶ σάρκα ἡμ-
νῶν Χελεδ' ἢ Μωαβίτην Ρεθ'· ἀφ' ἧς ὁ
Δαβιδ' ὅτι καὶ ἐπὶ τ' Ἰουδαίαν ἦτοι τὰ ἔθνη
τὸ θεῖον ἰχθὺς ἐμπεπατεῖ. ὑποῶσασιν) δὲ
ἢ οἱ ἀλλόφυλοι, ἢ φιλιουῦται, ἢ, ὡς Ἀκού-
λας, σιμωταερίζονται. γνώσεως δὲ θεῖς ση-
μεῖον, τὸ τῆς πάλαι ἀνυπότακτος ὑποταγῆ-
ται. τέτων ἢ ἀγαθῶν τὴν φερεῖν ἰδὲ εἰν
ἐφ' ἡμῶν, τίς ἀπάξει με, φασί, εἰς πό-
λιν ὡς οὐκ ἔστι; καὶ περὶ ἀγαθῶν ἐξέδο-
κον ὁ Σύμμαχος. Ἐσ' δὲ ἢ Ἐκκλησία.
Ἐρχεται δὲ ἢ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐλθεῖν ἢ
δοθησομένην χάριν τοῖς ἔθνεσιν. Οὐδ' εἰς ἔτε-
ρος, φασί, διωκτὸς ταῦτα ὡς ἀγαθὴν ἢ σὺ, ὁ

terram extenditur, quæ possit ferre fructum
centesimum, sexagesimum, trigesimum. Ce-
terum quomodo hi, qui tuâ dilectione digni
sunt habiti, ab inimicis vel periculis liberen-
tur, nisi tu meam pro ipsis deprecationem
susceperis? Dexteram porro nominavit bo-
nam operationem.

8. DEVS LOCUTVS EST IN SANCTO SVO.]
Id est *declaravit*. Illud autem *in sancto*, id
est sanctitas eius. Declaravit, inquit, sanctitas
sua hæc quæ locutura est. Vel *in sancto suo*,
id est per Spiritum suum; vel Sanctus eius est
unigenitus. Quapropter Deus ad dictam ora-
tionem *Exaltare* (hoc enim deprecantis
est) respondit, *Exaltabor*. Ad illud verò
super omnem terram respondet consimilia;
Ab indè *dividam Sicimam*, &c. Cum, inquit,
exaltatus fuero hæc & illa faciam. Declara-
vit, inquit, se hostibus superiorem fore, &
terram ab ipsis iniuste occupatam ablaturum,
nobisque daturum Sicimam; siue loca
magis montosa & campestria. Cum igitur
Propheta vocationem Gentium intellexisset,
& ex bonorum prædicatione voluptatis plenus
esset, optat videre illa quæ euentura erant.
Quoniam diuiditur quidem Sicima, quæ
dicitur Sychem, & alienigenis Gentibus fi-
delibus traditur; Vallis verò tabernaculorum
mensuratur. Proprius autem Manasse incolæ
fit Galaad, & Iudas fortè accipit ea quæ
erant Ephraëmi. Ex Iuda enim ortus est Chri-
stus. Moab verò, cui in Ecclesiam Domini
ingredi vetitum erat, assumitur, & spei lebes
fit, vel lauacri, vt Quinta editio apertius de-
claravit, per ea quæ proposita sunt Baptismi
emundationem demonstrans; vel Christi se-
cundum carnem generationem, propter
Moabitidem Ruth; ex qua David: quando-
quidem etiam in Idumæam siue in Gentes
diuinum vestigium perambulat. Quin & alie-
nigenæ subijciuntur, siue amici fiunt, vel, vt
Aquila, consociantur. Notitiæ verò Dei si-
gnum est, quòd qui olim indomiti erant
subigantur. Horum bonorum prouentum
videre desiderans, *Quis*, inquit, *adducet me
in ciuitatem circumstantia?* quam Symma-
chus *muniam* exposuit. Est autem Ecclesia.
Ceterum optat quoque in Idumæam venire
gratiam quæ Gentibus danda erat. Nemo,
inquit, alius hæc præbere potest nisi tu, qui

C O M -
M E N T A -
R I V S H E -
R A C L E O -
T E .

Quomodo
Deus lo-
quatur in
sancto suo.

Moab spei
lebes.

CATE-
NA PA-
TRVM.

repulisti nos, ne ampliùs nobis suppetias fer-
res : da igitur fauorem tuum , quia te non
precedente vanum est auxilium hominum, in
te & per te faciemus virtutem.

αἰποσέμενος, οὐκ ἔμελλεν συμμειχθεῖν ἡμῖν· ὁ δὲ
ἐν τῷ ῥοπλίῳ αἰ. ὅτι οὐκ ἔμελλεν ἀποσημαίνει, ἢ
ὡς αἰ. θεοφάντων συμμαχία κενὸν ὄσιν, ὡ
σοὶ κὲν δὲ οὐκ ἀποσημαίνει δυνάμειν.

C A T E N A P A T R V M.

Quid sit
Canticum
Psalmi.



HESYCHII. Canticum Psalmi vo-
cat collaudationem in scientia :
hoc enim etiam per sequentia de-
monstrabitur.

ATHANASII. Etiam in hoc Psalmo
prædicatur aduentus Domini qui ad Gentes
factus est. Iam pridem autem versiculorum
horum interpretationem in Psalmo quin-
quagesimo nono posuimus.

2. PARATVM COR MEVM DEVS.]
EVSEBII. Qui salutari illâ beatitudine
dignus est habitus, propter quam dicitur
*Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum vide-
bunt.* Is propriâ suâ puritate fretus dicere
possit: *Paratum cor meum Deus.* Propheta
igitur cum sancto Spiritui amica & cognata
virtutum opera perfecisset, eorundem lar-
gitori Deo præsentem offert orationem.

Matth. 5.
Mundus
corde para-
tus est ad
psallend-
um.

Cor Deo
paratand-
um.

HESYCHII. Beatum est præparare
cor Deo: nam qui hoc parat habebit ipsum
incolam. Cum autem Propheta Verbum
hoc seruauerit, utique duplicem ei præpara-
tionem adferre debemus. Et quemadmo-
dum illi qui Regem hospitio excepturi sunt
domum parant, primùm quidem eam expur-
gantes, deinde verò vasa ad vsum necessaria
in eadem collocantes; sic etiam nos dupli-
cem præparationem Deo exhibere debe-
mus: vnâ quidem templum cordis emun-
dando; alteram verò virtutes ac probas
actiones illi inferendo. Sic enim Deus non
solùm ad nos diuersabitur, verùm etiam in
nobis commorabitur.

ATHANASII. Gloria verò eius est
contemplatiuus & actiuus status, secundùm
quem ad moralem & intellectualem virtu-
tem afficitur.

Gloria no-
stra Chri-
sti.

HESYCHII. Gloriam suam hic Pro-
pheta Christum appellauit; quandoquidem
cum nostra assumpsit, conformes nos glo-
riæ suæ reddidit. In eo igitur cantandum
& psallendum ait, id est, cum laude ce-
lebrandum. Quid porrò in Christo cele-



HESYCHII. ὁ δὲ λέγει ψαλμὸν τῷ
ἐν σωτηρίᾳ δοξολογίας λόγον
τῷ ῥοπλίῳ καὶ τῷ τῆς ἕξης διηχο-
δοῦνται.

AΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ ἐν τούτῳ τῷ
ψαλμῷ ἡ παρουσία τῶν κυρίων ἢ εἰς τὰ ἔθνη
ῥηρομένη κηρύττεται. ἤδη δὲ τῷ εἰχλον τῶ
των τῶν ἐμπροσθέντων ἐν τῷ ἔθνε ψαλμῷ τῶ
θείκων.

Β. ΕΤΟΙΜΗ Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ Ο ΘΕΟΣ.]
EΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ τῶ σωτηρίᾳ μακαρισμῷ γὰρ
νόμος ἀξιός, δι' ἣ εἴρηται. Μακάριοι οἱ καρ-
θαροὶ τῆ καρδίας, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.
εἴποι ἀθάρατον τῆ ἑαυτῶ καθαρότητι· ἐτοι-
μη ἡ καρδία μου ὁ Θεός. Ὁ προσφῆτης ἐν τῷ
φίλατῷ συγκρίνη τῶ ἀγίῳ πνέματι δι' ἐνα-
ρέτων ἔργων ἐπιπέλασας, τῶ τῶν δόξων
διὰ τῶν προσκομῶν διχλῶ ἀναπέμψῃ.

HESYCHII. Μακαριον ἐτοιμάζειν
τῶ τῶν καρδίας· ἔχει γὰρ αὐτὸν ὁ ἐτοιμά-
ζων ἕνοικον. ἐπειδὴ δὲ τὸν λόγον ὁ προσφῆ-
της διότισται, ἀεὶ διπλῶ αὐτῶ τῶ ἐτοι-
μασίας προσφῆτη ὀφείλομεν. Καὶ καθά-
περ οἱ βασιλεῖς μέλλοντες ὑποδέχεται
ἐτοιμάζουσι τὸν οἶκον, ὡραῖον μὲν ἐκα-
θαίροντες, δόξων δὲ σπῆν ἐν αὐτῶ τῶ
πρὸς τῶν χρεῖαν ἀπονημέμενοι· ἔτω καὶ
ἡμεῖς διπλῶ ἐτοιμασίας τῶ θεῶ ὡς
συνάξειν χηζομεν· μίας μὲν καθάισθη-
τες τὸν τῆς καρδίας τῶν δόξων δὲ ἀρε-
τῶν αὐτῆ καὶ προσφῆται ἀγαθὰς ἐπισφῆ-
ροντες. ἔτω γὰρ ἡμῖν ὁ Θεός ἐκ ἐπιδημῶς μῶ-
νον, ἀλλὰ κὲν ἐγχερίσει.

AΘΑΝΑΣΙΟΥ. Δόξα δὲ αὐτῷ ἢ
θεωρητικῇ καὶ πρακτικῇ ἔξῃς, καθ' ἣ
δύναται πρὸς τῶν ἡθελῶ καὶ θεωρητι-
κῶ ἀρετῶν.

HESYCHII. Δόξαν ἑαυτῶ ὁ προσ-
φῆτης τὸν Χριστὸν προσσηγόρευσε· ἐπει-
δὴ, συμμόρφως ἡμῶ τῆς δόξης τῶ οὐκείας,
ἀναλαβὼν τὰ ἡμέτερα πεποίηκεν. Ἐν τέττα-
τίνω ἀδφν κὲν ψάλλῃ φησι, τῶ τῶν αἰ-
νήσῃ δοξολογῆν. τί δὲ ἐν τῶ Χριστῶ δοξο-
λογῆν

λογεῖν καὶ ψάλλειν, τὰ ὡσεὶ αὐτὸ δηλοῦσι
μυστήρια.

ΑΨΑΛΜΟΣ ΕΞΕΓΕΡΘΗΤΙ ἢ ΔΟΞΑ ΜΟΥ.]
ἩΣΥΧΙΟΥ. Πόθεν ἔκ τῶν ταπεινῶν τῆς
ἀνθρώπων φύσεως μυστήριον, ἐκ τῶν νεκρῶν εἰς
καταστάτων ὁ Χριστὸς ἐπιπέψατο· ἐκείθεν
αὐτὸν ἐξανάστησαι, ἵνα καὶ ἀναληφθῆ, ὡς
μελλόντων ἡμῶν κωλύσειν αὐτὰ τῆς δόξης
τῆς εἰς ἡμᾶς βεβηταί. Οὐδὲ γὰρ μόνον συ-
νήλασεν ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ συνεκάθισεν ἐν δε-
ξιᾷ ἑαυτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

ΤΟΥ ΑΨΑΛΜΟΥ. Παλαιὰν ἐπιταύθην καὶ
καυθὴν ἐξέστηλιν ἐξεγερθῆναι, εἰς τὰς πε-
ρὶ τοῦ μαρτυρίου τῶν καλῶν, ὡς δὲ αὐ-
τῶν πνεύματι τῶ Χριστοῦ τὴν ἀνάστασιν. ἢ
μὲν γὰρ ἀπελθῆναι τὰς καρπὸς καὶ τὰς πό-
πας· ἢ δὲ ἐπὶ τῆς ἰσραήλ τὰ πολυχρόνια
δείξουσιν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Μήποτε τὰς δυνάμεις
τῆς αὐτῆς ψυχῆς καὶ τῆ σώματος διεγείρει
δὲ τὴν μέλλουσιν εἰς αὐτὸν γινεσθῆ τῶ θεῖς
πνέματι· ἐπιπνοίαν. Καὶ καὶ ἐξήνοιαν
μὲν ἐκλαμβάνοντων ἡμῶν, τὰ μέλη τῆ σώ-
ματι· καὶ τὰ αἰσθητήρια, δι' ὧν ὁ νῆς ἐνα-
κρῆται· ἢ δὲ ἐκ βέλῃται. ψαλτήριον δὲ
τὰς δυνάμεις καὶ λογικὰς τῆς ψυχῆς δυ-
νάμεις· ἢ δὲ ἀφ' ἑαυτῶν εἰς τὴν τῶ
πνέματι· ὑποδοχὴν φωνῶν· ἐξεγέρθη
ψαλτήριον καὶ κιθάρα.

ΕΞΕΓΕΡΘΗΣΟΜΑΙ ΟΡΘΡΟΥ.] ΔΙΔΥ-
ΜΟΥ. Οἱ ἀνέστη τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὡς
κύριον ὀρθοῦσαντες, ὡς ἐν ἡμέρᾳ ὀρχημόνως
ὡδὲπατῆντες, πλητῶντες τὸ ψαλτήριον, καὶ
πρόνοιαν τὴν κινεσθῆναι, μελωδῶσι τῶ παν-
σόφῳ θεῷ, ὀρθρῶς καὶ ἐναρμονίως τὰς
ὑμνοὺς ἀναπέμποντες.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὁρθρὸν καλεῖ τῶ θεῷ
σωτήριος ἡμῶν καὶ ἐνανθεσθῆσαι. Ἐξ ἐκείνου γὰρ
καὶ πᾶσαν τὴν οικουμένην ἐν τοῖς ἀπάντων ἀν-
θρώπων σώμασιν ὁ μακάριος ἀδελφὸς Δαβὶδ,
καὶ τὰς θεῖας ἀρετῶν ὑμνεῖ.

ἩΣΥΧΙΟΥ. Ἀπόκρισιν εἰσήγαγε τῶ
Χριστῷ τῆ δέησι τῶ ἀσθενῆ συμβαίνουσιν·
ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐξεγερθῆναι ἱκετεύσιν εἰπὼν,
ἐξεγέρθη ἢ ἴδρα μου. ὁ δὲ καὶ τὸν καιρὸν,
καθ' ὃν οἰκοσμεῖν μέλλῃ τῶτο, κατήγαγεν·
ἐξεγερθῆσομαι γὰρ, φωνῶν ὀρθρῶν. Ἐξ αὐτῆς λέ-
ξεως τὸ τῶ Λυκά· ὡσεὶ τῶ ἀναστάσεως ἰσορ-
μῶν φηγεσθῆναι· ὀρθρῶν βαθεῖ· ἢ λθον
γυναικὸς ἐπὶ τὸ μνημεῖον, φέρουσαι αἰ ἡπό-

brandum & psallendum? utique mysteria
ipsius.

CATE-
NA PA-
TRVM.

3. EXURGE GLORIA MEA.]
HESYCHII. Vade? Ex humilibus huma-
nitatis mysterijs, ex ipsis mortuis quos de-
scendens Christus visitauerat: inde vult ipsum
exurgere, vt etiam ascendat, quod & nos quo-
que caelestis eius gloriæ participes euada-
mus. Non solum enim nos consuscitauit,
sed etiam confedere fecit in dextera sua in
caelestibus.

EIVSDEM. Prouocat hoc loco vetus
ac nouum Testamentum, vt exurgat ad testi-
monia de Deo proferenda, vt per ea Christi
resurrectio confirmetur. Illud enim praedicat
tempora & loca; hoc verò in historia quæ
praedicta fuerant ostendit.

Utrūque
testimen-
tum Deo
testimo-
nium pru-
bat.

EUSEBII. Fortassis animæ corporisque
sui vires excitat propter diuini spiritus ad-
spirationem ipsi adfuturam. Ac nobis qui-
dem hæc secundum intelligentiam fumen-
tibus, membra corporis ac sensuum instru-
menta sunt illa, quibus mens quodcum-
que voluerit pulsatur. Psalterium verò in-
telligit incorporeas ac rationales animæ
facultates; quas utique præparans ad spi-
ritus susceptionem ait: *Exurge psalterium
& cithara.*

Psalterium
mentis, ci-
thara cor-
poris in-
strumenta
designat.

EXURGAM DILUCULO.] DIDYMI. Hi qui-
bus lux vera exorta est, ad Dominum dilu-
culo vigilantes, tamquam in die hone-
stè ambulantes, psalterium ferientes, &
citharam pulsantes, sapientissimo Deo dolci-
tè canunt, ordinate ac concinnè hymnos
offerentes.

Diluculo
psallendum.

THEODORETI. Diluculum vocat Dei
ac Saluatoris nostri incarnationem. Ex illo
enim per totum terrarum orbem in omnium
hominum linguis beatus Dauid canit, diui-
naque beneficia laudibus celebrat.

Diluculum
vocat tem-
pus incar-
nationis
Christi.

HESYCHII. Responsum Christi
introduxit Prophetæ petitioni congruentem:
hic enim illum rogauerat vt exurgeret di-
cens, *Exurge gloria mea.* Ipse autem etiam
tempus annuntiauit, quo istud erat dispen-
saturus: *Exurgam* enim, inquit, *dilu-
culo.* Ipsidem ferè verbis quibus Lucas hi-
storiam resurrectionis commemorat di-
cens: *Valde diluculo venerunt mulieres*

Luc. 24, 1.

*ad monumentum, portantes qua para-
uerant*

CATE-
NA PA-
TRVM.

Misericor-
dia Dei su-
per calos.

Pfal. 84,
11.
Misericor-
dia &
veritas
obumbrant
vultus in
Christi
Incarnatio-
ne.

Pfal. 84,
12.

Isaiæ 33,
5.

Pfal. 82,
19.

uerant aromata : quibus etiam reliqua de resurrectione Saluatoris subiunxit.

5. QVIA MAGNA EST SVPER CÆLOS.]

THEODORETI. Cælorum, inquit, sinus pleni sunt misericordiae tuæ, & vsque ad nubes pertingit veritas tua, & omnia cum gratijs tuis sunt ó Domine, quandoquidem veritatis tuæ radij vbique penetrarunt.

HESYCHII. Misericordia & veritas sunt dispensationis Christi mysterium; ita vt Propheta etiam alibi dicat: *Misericordia & veritas obumbrant.* Per Verbi enim incarnationem Christi diuinitas & humanitas in vnum conuenerunt. Verumtamen misericordia quidem incarnati Verbi diuinitati congruit (ipsa enim figmenti sui miserta fuit) veritas verò carni. (Siquidem non secundum imaginationem, vt quidam hæretici sentiunt, sed secundum veritatem Deus Verbum carnem assumpsit.) Hoc enim ad explanationem & confirmationem Dauid iterum dixit, *Veritas de terra orta est,* humanitatem Domini intelligens; quæ de terra nostra, scilicet humanæ naturæ, orta est. Magna igitur supra cælos est Christi diuinitas propter gloriam, quâ à proprijs virtutibus glorificatus fuit: in terra enim minimè noscebatur, & carne obumbrabatur.

6. EXALTARE SVPER CÆLOS DEVS.]

EVSEBII. Obsecro precorquæ hanc citò adesse gratiam quâ & te altissimum Deum in cælis celebratum noscamus, & tuam gloriam super omnem terram reddas manifestam: hoc enim facto liberabuntur dilecti tui à dura seruitute, atque captiuitate quam perpeffi sunt subacti.

HESYCHII. Viden' vt Dauid Christi ascensionem prædicens, prius nubium fecerit mentionem? Ecce enim etiam nunc quid simile proponitur, nempe vt exalteretur Deus super cælos celebratus; licet semper in sublimibus existat, vti ait Isaias: *Sanctus Dominus qui in altis habitat.* Dauid verò sic: *Tu solus Altissimus super omnem terram.* Verumtamen exaltationem vocat vnigeniti cum carne in cælos ascensum.

7. VT LIBERENTVR DILECTI TVI.]

DIDYMI. Non aliter hi qui dilectione tuâ digni sunt à possidentibus vel etiam circumstantibus ipsos inimicis liberari

μωσαι ἀρωματά· οἷς καὶ τὰ ἄλλα ἀρώμα-
τάσους τῶ σωτήρος ἐπήγαγον.

Ε. ΟΤΙ ΜΕΓΑ ΕΠΑΝΩ ΤΩΝ ΟΥΡΑ-
ΝΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὰ κύματα, φησὶ,
πλήρη τῶ ἔρασόν τῶ σε ἔλεις, καὶ μέγα τῶ τι-
φελών ἦν σε ἡ ἀλήθεια, ἢ πάντα καὶ τῶ
σόν χαλεπὸν ὡ δέσποτα· ἐπεὶ ἢ τῶς ἀλη-
θείας σε αἱ ἀκτῖνες παντοχόσως διέδραμον.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐλμος καὶ ἀλήθεια τῶ οὐρανοῦ
τῶ χειρὶ τῶ μυστήριον· ὡς τοὶ ἀποστόλοι
τῶτον ἀλλαχόσως λέγουσιν· Ἐλμος καὶ ἀλήθεια
σωτήριον· εἰς ἐν γὰρ ἡ τῶ χειρὶ θεοῦ ἢ
ἀνθρώπου τῶ τῶ λόγῳ σαρκώσῃ κατήτη-
σαν, ἀλλὰ τῶ μὲν ἔλμος ἀρμόττει τῶ τῶ σαρ-
κωθέντος λόγῳ θεοῦ (αὐτῆ γὰρ τῶ πλά-
σμα τῶ αἰεῖον ἐλήσθη) ἡ ἀλήθεια δὲ τῶ σαρ-
κί· (Οὐ δὲ γὰρ καὶ φαντασίας, ὡς πικρὸν τῶ
αἰρετικῶν δοκέσῃ, ἀλλὰ κατ' ἀλήθειαν ὁ
θεὸς λόγος σεσάρωται.) Τῶτον γὰρ εἰς ἑρμη-
νεύειαν καὶ σύστασιν ὁ Δαβὶδ πάλιν ἔλεγον, ἡ
ἀλήθεια ἐν τῶ γῆς ἀνέτηλε, τῶ ἀνθρώπου
τῶ τῶ κυρίου λέγουσιν· τῶ ὅσῳ τῶς ἡμετέ-
ρας γῆς, δηλαδὴ τῶς ἀνθρώπου φύσεως,
ἀνατείλασαν· μέγα τίσῃ ἐπάσῃ τῶ ἔρα-
σόν ἡ τῶ χειρὶ θεοῦ δὲ τῶ δόξαν, καὶ
ὡς τῶ οὐρανοῦ δυνάμειον ἐδόξαζον·
ὅτι γῆς γὰρ ἠγοοῖτο, καὶ τῶ σαρκὶ σω-
σάμενον.

5. ΤΥΘΩΤΗ ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΟΥΡΑΝΟΥΣ

Ο ΘΕΟΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Γνωθῶν καὶ δομαί
τάχος ὅπως ἦν τῶ χεῖρ ἢ οἱ τῶ ἔψῃσιν θεὸν
τῶ ἐν τοῖς ἔρασοῖς ὑμνήσαντες γινώσκοντες, καὶ τῶ
σαυτῶ δόξαν φανερὰν ποιῆσαι ὅτι πᾶσας ἡ
γῆν· τῶτον γὰρ γινώσκοντες (αὐτῶν) οἱ ἀγαπη-
τοῖς ὅσῳ τῶ πικρῶς δουλείας, καὶ ἀχρηστω-
σίας καὶ πεπρόθυμον ὑποχείριον γινώσκοντες.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Θιωρεῖς ὅτι τῶ χειρὶ τῶ ἀνά-
ληψιν ὁ Δαβὶδ ἀποφασίζων, τῶ τιφελών ἡμ-
προσθῆν ἡμνήσαντες; Ἰδὲ γὰρ ἢ πῶ ὅσῳ
ὑποτίθεται, ὑψωθῆναι τῶ θεὸν ὅτι τῶς ἔρασὸς
προσβυβόμος καὶ τῶ δὲ παντὸς ἐν ὑψηλοῖς
ὄντα, κατὰ φωνὴν Ὁσείας· Ἄγιος κύριος ὁ ἐν
ὑψηλοῖς κατοικῶν καὶ Δαβὶδ δὲ ἔπος· Σὺ μὲ-
νος ὑψίστος ὅτι πᾶσων ἡ γῆν· ἀλλ' ὑψωσῶ
ὅτι τῶς ἔρασὸς τῶ θεὸν καλεῖ ἢ εἰς ἔρασὸν
τῶ μονοθεῖς μὲν σαρκὸς ἀνοδοῖ.

6. ΟΠΩΣ ΑΝ ΡΙΣΘΩΣΙΝ ΟΙ ΑΓΑ-

ΠΗΤΟΙ ΣΟΥ.] ΔΙΑΓΜΟΥ. Οὐκ ἄλλως οἱ
ἀξιοὶ τῶ ὑπὸ σε ἀγαπᾶσθαι γινώσκοντες ὅτι τῶ
κατηχόντων πολέμῳ ἢ καὶ τῶ ὡς ἄντων
αὐτῶς,

αὐτοῖς, ἢ σὺ σώσαντος τῆ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπα-
κούσαντος ἐμῆ καὶ ἰσχυρῆ ἀντιφωνουμένη.

Η ΞΥΧΙΟΥ. Ἀγαπῆτοι τῷ Θεῷ οἱ σω-
θέντες, αὐτὸ δὲ τῆ ἀγάπης τῆς πρὸς τὸ γέ-
νη τὸ ἡμέτερον ἀνθρώπων· ἕσπερ καὶ ἀνυ-
ψωθεὶς εἰς ἕσπερον ἀπὸ τῆς ἀρχαίας αἰχμα-
λωσίας ἐρήσασθε. καὶ θά φησιν ὁ Παῦλος, ἀναβὰς εἰς ὑψιστὴν ἡχμαλώτισον αἰχμα-
λωσίας, ἕδωκε δόματα ἐν ἀνθρώποις. Δε-
ξιὰν δὲ τῆ Θεῷ ἐν ἧς ἀμάρτιοι τὸ πινύ-
μα πρὸς αὐτοὺς τὸ ἀγίου· ἐπεὶ δὲ ἡ Θεῷ
ἀκτύπητος ὀνομάζεται, ὡς τῆς Τριᾶδος
μία ἐχέσπερ ἕσπερ δυνάμειν τε καὶ ἐνέργειαν.
Σωθῆναι τοίνυν ἡμᾶς, ὁ πρὸς φῶτος καὶ ἐπακ-
θῆναι ὡς ἀκαλαί τῆ πινύματι, ἵνα πινύ-
ματι οἱ ἡμῶν ἐν τῷ χαριτωτῆ ἐκείθεν
κατηρχομένης μέτοχοι. Ἀπὸ γὰρ κοινῆ τῆ ἀν-
θρώπων πρὸς ὅλα τὰ εἰρηδικία πρὸς ὅλα.

ἢ. Ο ΘΕΟΣ ΒΑΛΛΗΣΕΝ ΕΝ ΤΩ ΑΓΙΩ
ΛΙΤΟΥ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τίς ἦν ὁ ἀγίος αὐ-
τῶ ἢ ὁ μονογενὴς παῖς, ὁ ὢν ἀληθὴς ἀγίος
καὶ ἀγαπῆτος· διὲ τὴν δυνάμειν ἐποίησθε
πρὸς τὸ δόξασθαι διχλῶ αὐτοῖς· ὁ Θεός.
Πρὸς μὲν ἦν τὸ διχλῶ τὴν φῶσσαν, ὑψώθη
ἐπὶ τὰς ἕσπερας ὁ Θεός, ἀποκρίνεται λέγων,
ὑψώθῃσομαι. πρὸς δὲ τὸ καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴ
γῆν ἢ δόξα σου, πάλιν ἀποκρίνεται τὰ ἀκό-
λαστα ἀπὸ τῆ, ἐξ ἡμετέρων Σίμιμα, καὶ τὰ ἐξῆς.

Η ΞΥΧΙΟΥ. Οἱ Χειρὸς ἐν τῷ χορῷ τῆ
Ἀποστόλων δόξα. Δηλοῖ δὲ τὰ ἐπὶ ἄνω,
ἐν οἷς τὸ κύριον πρὸς τῆς τῆ πρὸς φῶτος
δείξωσιν ἀποκρίνεται ἕσπερ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὡμίσις ἐρμηνεύεται Σίμιμα,
ἕσπερ σύμβολον ἕσπερ. Ὡψώθῃς ἕν ὁ κύριος
(ὡς ἐπὶ τῆ σωρῶ ἀναβῆναι) διμῆσις
τῆ ἀνθρώπων τὰ ἕσπερ, ὡς τὰ μὲν δικαιο-
σύνη τὰ δὲ ἀποδομιμάσιν· κριτῆς γὰρ δι-
καίως ἕσπερ.

Η ΞΥΧΙΟΥ. Τῶτοις τοῖς ὀνόμασι τῆ δωρεᾶ
χαριστικῆ τῆ πινύματος· κοιλία δὲ μὲν τῆ
σωρῶν, τῆ ἐκκλησιῶν δηλονότι, τυχεύσαν·
ἐπεὶ δὲ τῆ τῆ ὑδάτων συναγωγῆ, φημι
δὲ τῆ βαπτίσματος, ἐν τῆ κοιλίᾳ ταύτῃ τῆ
χαριστικῆ τῆ τῆ πινύματος. κούσπερ πρὸς ἕ
ἀλλὰ καὶ φησιν ὁ Δαβὶδ, ἕσπερ κοιλίαι πλου-
σιωσὶ σῶσιν· ἐπεὶ δὲ τῆς ἡμῶν σωτη-
ρίας ὁ καρπός. Σίμιμα δὲ ὡμίσις ἐρμηνεύ-
εται, τῆ τῆ ἕσπερ γὰρ ὁ ἕσπερ ὡς τῆ
θεῶν γραφῆ δηλοῖ· ὅθεν πρὸς τῆ Σαῦλ
φησιν, Ὡψώθῃς ὑπὲρ ἕσπερ καὶ ἐπάνω.

possunt, nisi te per dexteram tuam seruante,
& me pro ipsis rogantem exaudiente.

HE SYCHII. Dilecti Dei sunt illi ho-
mines qui per eius in genus nostrum dile-
ctionem seruati sunt, quos etiam in cae-
lum exaltatus ab antiqua captiuitate libe-
rauit; quemadmodum Paulus ait, *Ascen-*
dens in altum captiuam duxit captiuitatem,
dedit dona hominibus. Dexteram verò Dei
non quis aberrauet Spiritum sanctum in-
telligens; quandoquidem hic quoque Dei
digitus nominatur, quippe Trinitate vnā
substantiam & virtutem & operationem
habente. Rogat igitur Prophetā vt nos
saluemur & à Spiritu exaudiamur, quo
spirituales gratiæque inde promanantis par-
ticipes euadamus: Prædicta enim rogat ex
communi hominum persona.

8. DEVS LOCVTVS EST IN SAN-
CTO SVO.] EYSEBII. Quis erat San-
ctus eius nisi Filius vnigenitus, qui est reue-
rà Sanctus ac dilectus; per quem Deus ipsis
ad dictam orationem responsum dedit. Ita-
que ad orationem illam quā dicit, *Exalta-*
re super calos Deus, respondet dicens, *Exal-*
tabor. Ad illud autem, *Et super omnem ter-*
ram gloria eius, rursus conformia reponit ab
illo versu, *Et dinidam Sicima, &c.*

HE SYCHII. Christus nempe in choro
Apostolorum. Hoc verò sequentia declarant,
in quibus descripsit Dominum ex tempore
petitioni Prophetæ respondentem.

DIDYMI. Sicima interpretatur hu-
meratio, cum sit symbolum operis. Do-
minus igitur exaltatus (vtpote qui in cru-
cem ascenderit) diuisit opera hominum, ita
vt alia quidem iustificentur, alia verò repro-
bentur: iustus enim iudex est.

HE SYCHII. Hisce nominibus desi-
gnat donum Spiritus: quod quidem vallis
est tebernaculorum, scilicet Ecclesiarum;
quandoquidem spiritualium aquarum con-
gregationem, Baptismatis inquam, in valle
hac Spiritu suppeditante possideant. De
quo alibi Dauid ait, *Et valles abundabunt*
frumento; cum hic sit salutis nostræ fru-
ctus. Ceterum *Sicima* interpretatur hu-
meratio, id est excellentia: hoc enim hu-
merus in diuina Scriptura significat; vnde
de Saule ait, *Ab humero & supra excelsus.*

CATE-
NA PA-
TRVM.

Ephes. 4;
8.

Spiritus
sanctus
dexteræ &
digitus Dei
dicitur.

Christus
est Sanctus
Dei.

Sicima
quid inter-
preteatur.

Psal. 64.
14.

1. Reg. 9. 2.

Quid

CATE-
NA PA-
TRVM.

Quid autem Spiritu sublimius? vel qualis celsitudo pat aut æqualis reperiri possit muneris isti, quod Christus exaltatus distribuit? Sed & metitur, id est, ad mensuram diuidit. Nam vnique manifestatio Spiritus tribuitur prout conducit.

EVSEBII. Hanc igitur, inquit, vallem, id est vniuersum orbem humanum, in tabernacula dimetiar. Tamquam Geometra describens eos, dimetiar in tabernacula secundum omnem ciuitatem, & regionem, & villam: & rursus tabernacula mihi ipsi dimetiens, & regionem mensurans, id est eas quæ vbique sunt Ecclesias.

Quid Galaad, Manasses & Ephraem interpretentur.

Vir iustus iustus est valde rarus.

Vir iustus suas intra se habet diuitias.

N n solam

TOMVS III.

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.

solam animi pietatem ac iustitiam suas esse diuitias putant, & quidquid ab his alienum est pro nihilo ducunt: impij verò diuitias suas foris & extra domum animæ repositas habent; quapropter facilius eas perdunt. Subiungo verba Chrystostomi, quæ sic habent: *Quid est autem in domo eius? Cum ipso, inquit: externa enim diuitia non sunt cum eo qui habet illas; quandoquidem hæ in tuto quidem sunt collocata: sed sunt in manibus calumniatorum, in manibus adulatorum, in manibus Principum, &c.* Hunc versiculum eleganter quoque S. Chrystostomus refert ad Apostolos summos hierophantas; quos ait ijs fuisse illustriores qui capite diadema gestabant: *Quis enim, inquit, Rex vniquam progressus est cum tanta claritate & splendore, cum quanta ubique in admiratione Paulus habebatur loquens, à morte liberans, &c. Hic terram calum fecit, &c.* Hæc gloria & hæc diuitiæ sunt verè spiritu pauperum; quorum iustitia manet in sæculum sæculi. Nam diuites huius sæculi solam vmbra gloriæ & diuitiarum habent, non ipsam gloriæ abundantiamque substantiam, cum eorum sitis habendi nunquam expletur, & multi ob partas diuitias ipsos non glorificent, sed damnent. Et esto, quòd habeant diuitias, sæpè tamen carent iustitiâ; quia superbi sunt, & per iniuriam à se aut à progenitoribus factam diuitias compararunt. At perfecti pauperes spiritu, cum ad thesaurum cælestem possidendum ascenderint, ingentes & veras diuitias possidebunt, gloriam solidam ac semper duraturam habebunt; & iustitia & sanctitas eorum, quam tam ampla diuitiarum possessio non minuet, vsque in æternum perdurabit. Bonum est igitur paupertatem diligere, & experimentum aliquod paupertatis per indigentiam habere, vt tam amplum thesaurum in cælesti mansione consequamur.

Apostolorum gloria maior quam Regum.

Gloria & diuitia vera manent pauperes spiritu.

Christus Dominus lux est qua rectos corde illuminat.

4. *Exortum est in tenebris lumen rectis.*] S. Augustinus & Vetus Psalterium habent *rectis corde*; Theodoretus *ἰδῆναι*, Genibus: sed facilis est calami lapsus ab *ἰδῆναι* ad *ἰδῆναι*. Vbi scilicet misericors & miserator Dominus exortus est, simul illustrantia rectos corde lumina exoriuntur. Quàm felix igitur est, qui ad tanta lumina non cœcutit. Monebat S. Ambrosius in Malachiam sic scribens: *Nolo te imitatore esse noctua, qua grandibus oculis tenebrarum caligines diligit, splendorem Solis horrescit: mirum enim in modum illuminatur obscuritate, luce cacatur. Istud animal hereticorum figura est, qui tenebras amplectuntur diaboli, lucem Salvatoris horrescunt, & grandibus disputationum oculis cernunt vana, non respiciunt sempiterna. Caue homo noctua sis, magis Salvatoris tui orientem dilige, & de eius lumine cura totus perfundi. Nusquam enim Iesus est, quin simul lumen existat; imò nec lux vniquam vera fuit, in qua non præostensus sit Christus.*

5. *Suaui homo qui miseretur & commodat.*] Ita verus Psalterium & S. Augustinus: *Vulgata, Iucundus homo*: Symmachus, *Ἀγαθὸς ἀνὴρ χαριστικὸς ἔχων*, *Bonus vir beneficus & commodans*: pro eo autem quod sequitur, *Disponit sermones suos in iudicio*, idem legit, *Οἰκονομῶν τὰ πράγματα ἰσθῆς κρίσις*, *Dispensans res suas cum iudicio*: hoc est, prudens & optimus rerum

œconomus. Et verè prudens (ait Chrystostomus) vt qui multa paucis emat, pecunijs cælum, veste Regnum, pane & poculo frigidæ aquæ bona futura. Hinc idem ipse in libris de Sacerdotio ait Episcopum esse debere *οἰκονομικόν, œconomicum*; qui nimirum prout par est facultates Ecclesiæ erogare possit. Et paulò post, esse oportere *ποριστικὸν τῶν μετ' ἀλαβρίας ἔφρονήσις*, *largiorem ipsum, ac circumspèctum & prudentem*. Quanta igitur illos ignominia pœnaque manet, quos Deus & bonorum Ecclesiæ dispensatores prouidos & fideles, & pauperum curatores esse voluit, nisi diuinæ beneficentiæ imitatione hominum inopiæ subuenerint? Quin potiùs si bonorum possessio delectat, aciem mentis in id lucrum intendant, de quo paulò antè loquebamur; quod perdendo & donando possunt consequi. Id verò est vsuræ pulcherrimum illud genus, quod in Prouerbis commendat Sapiens, cum monet vt Domino fœneremur. Illud autem quomodo fit? *Attende*, inquit S. Augustinus in Psal. 36. *quid facit fœnerator: minus vult dare, certè & plus accipere: hoc fac & tu: da modica, accipe magna. Vide quàm latè crescat fœnus tuum: da temporalia, accipe aeterna: da terram, accipe calum.* Hoc ipsum D. Gregorius Nazianzenus Orat. 11. vocat eleganter *πρωτῶν διὰ καλῶν πραγμάτων, discere honestà & pulchrâ negociandi ratione*; quam in eo sitam putat, vt bona huius vitæ contemnantur, emanentur cælestia.

Prudens œconomus temporalia bona expensis pro æternis.

I B I D E M. *Disponet sermones suos in iudicio.*] In Græco est *λόγος*: quæ dictio, vt notat Euthymius, non modò *sermones*, verùm etiam *rationes* modosque administrationis tractationisque rerum significat. Itaque hunc sensum vult esse Davidici oraculi: *Qui miseretur disponet defensiones suas in futuro Iudicio, easque summo cum examine priùs studioque parabit, non secus ac facere solet fidelis quis & sapiens administrator.* In acerrima illa inquisitione, quæ terribit multos malarum rerum conscientia pavidos, & reddendis rationibus obnoxios; ille amico & conciliato Iudice erit securus, & egregiè se à laqueis iudiciorum expediet. Tantum valet miserationem in alios & humanitatem exhibuisse. Ita nimirum pactus cum hominibus viderur Deus, vt pro mensura misericordiæ, quàm alijs concesserint, sit in eisdem miserationem suam effusus, quod in hunc modum apud Isaiam pollicetur: *Ponam in pondere iudicium & iustitiam in mensura.* vbi hoc vltimum membrum ita vertunt Septuaginta seniores: *Ἡ δὲ ἐλεημοσύνη μου εἰς σάδμωδ, Misericordia mea in statera.* Tenet Deus stateram velut artificis in artificio suo periti: & in lancibus hinc inde ponit diuinam misericordiam & humanam, quas iugo æquo simili que momento sibi respondere cupit. Quòd eleganter sic illustrat D. Gregorius Nazianzenus: *Nulli rei misericordia Dei magis rependitur, quàm misericordia ab eo qui iuste omnia pensat & rependit.* Hoc verò in Christiana vita est mirum quantum mirabile, quòd regula & mensura diuinarum miserationum erga nos petitur à nobis; adèd vt, quantum vna in lance misericordiæ posuerimus, tantum Deus in altera lance collocet, imò plus addat etiam quàm spe & voto desiderare complectique possimus. Hinc viri

Vir misericors in iudicio non timebit.

Isaia 28, 17.

miseri-

miseriordes in magno & decretorio Iudicij die sunt beatissimi, securique sui futuri, tuti nimirum defensionique à misericordia: cuius patrocinio reus absolvitur, præmio decoratur, & amatur à Deo.

Memoria iustorum perennis & suavis.

7. *In memoria aeterna eris iustus.*] In Græco est, *Eis μνημόσυνον αἰώνιον*, *Ad perenne monumentum*, ad memoriam vitæ præstantis insigniumque virtutum. Id quemadmodum sit intelligendum tum plurimorum sæculorum experientia, tum fide & arcanis diuinorum Voluminum effatis discere licet. Videmus enim iam inde à mundi initio per ætates consequentes Abelem iustum, Henochum, Abrahamum, Patriarchas, pios Vates, innumerabiles alios, ob vitam eximie traductam continuâ hominum memoriâ celebrari. *Memoria Iosia* (inquit Sirachides) *in compositionem odoris facta opus pigmentary*. Id est, Instar mixturæ odoramenti, artificio vnguentarij concinnatæ, est Iosia memoria. Pulchra & ornata similitudo. Rectè fama cum exquisitis odoribus componitur, qui longè & latè sparguntur dulcissimâ & liquidissimâ voluptate. Iungit & alias imagines in eandem rem luculentas: *In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & ut musca in conuiuio vini*. Textit ille alijque sacri Auctores longum eorum catalogum; quorum nomen, benefactis & inclytis facinoribus illustre, nulla vniquam delebit obliuio. Sed multò plures in gratiæ lege nominari possunt; quorum grata melleaque recordatio, & musicâ omni suauior, inter homines viuere in omnem posteritatem. Iustorum igitur memoria in hoc quoque sæculo perpetua est; quia causa eius, scilicet virtus, numquam interit; & quia Dominus suorum amicorum honori consulens, homines ad eorum memoriam & recordationem excitat, quos sibi per intimam familiaritatem copulauit. Sic illud magnæ pietatis opus, quo Maria Magdalena pretiosum alabastrum confregit, & vnguentum nardi spicati, magni valoris, super caput Christi recumbentis effudit, Dominus ipse pollicitatione æternæ memoriæ ex parte persoluit: *Amen dico vobis: Vbi cumque predicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hac narrabitur in memoriam eius*. Idem profus fit cum multis alijs Sanctorum qui perfectionem coluerunt, & vnguenta sanctorum laudum super caput Christi profuderunt, & eius pedes anoris affectibus osculati sunt. Hæc opera illorum vbi que resonant, & in toto mundo celebrantur, atque in cathedris & pulpitis Petri lacrymæ, Pauli discursus, Francisci humilitas & paupertas, Dominici fraterna charitas, Bernardi singularis puritas, & aliorum Sanctorum merita ad eorum memoriam referuntur. vnde Sapientia ait: *O quam pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius: quoniam apud Deum nota est & apud homines*. Hæc generatio non est alia quàm multitudo iustorum, quæ mente pulchra est, quia gratiæ decore nitet; & corpore casta, quia honestatis nitore emicat; & luce sapientiæ clara, quoniam rerum cælestium cognitione resplendet. Cuius memoria nec apud Deum nec apud homines perit: non apud Deum; quia Sanctos semper secum habet, & numquam à proposito eos clarificandi discedit:

Ecclesi. 49, 1.

Ibid. 2.

Deus homines ad amicorum suorum excitationem.

Mat. 14, 9.

Sap. 4, 1.

non apud homines; quoniam hi celebrem eorum memoriam non deserunt, quos sibi semper patronos apud Deum & mediatores agnoscunt. Quod autem adiecit, *Ab auditione mala non timebit*, hoc fecit ad significandum, quoniam iusti memoria non erit infamis, sicut impiorum recordatio, sed iucunda, honorabilis, plena laudis atque decoris; sicut superius de Iosia memoria dictum est. Ad litteram quoque hoc S. Hieronymus Epist. 40. & Ephræm Serm. de resurrectione, & alij quidam intelligunt de horribili & formidanda illa sententia, *Discedite à meo maledicti in ignem æternum*. Quæ potius mala est auditiō & calamitosa. Vir misericors hoc triste præconium non timebit; quia, vt ait S. Augustinus Hom. 39. ex quinquaginta, *Antefores gebenna stat misericordia; & neminem permissus in carcerem mittit*. Illa non patietur animam ire in tenebras, inquit Tobias.

ANNO-TATIONES COR- DERII.

Matth. 25, 41.

Tob. 4, 11.

9. *Dispersit, dedit pauperibus.*] Instar cæli pingit hominem iustum rore humanitatis vbi que stillantem, & copiosissimè dona implentem. Atque hoc est *abundanter tribuere*: quod mirificus Tobias & bonis operibus diues nato suo diuinè commendabat: hoc *seminare in benedictionibus*, vt monet Apostolus. Pulchrè Ambrosius in Psal. 37. *Nilis est pecunia cum conduntur, preciosa cum dispergitur*. Inde Salomon ait: *Eleemosyna & fides non te deserant*. Id quod S. Chrysostomus Hom. 1 in Epist. ad Philip. expendens ait: *Non verò dixit, Ipsas ne deserat, sed, Ipsa te non deserant; ostendens nos esse qui ipsarum egeamus, non ipsas nostri*. vnde subdit:

Iustus liberalis est & munificus.

Tob. 4, 9. 2. Cor. 9, 6.

Prou. 3, 3.

IBIDEM. *Iustitia eius manet in sæculum sæculi.*] Expende quando iustitia maneat in sæculum sæculi; nimirum quando præmissa est dispersio omnium facultatum. Prius amor lucris, amor pecuniarum à corde dimittitur, & tunc ibi iustitia manet; vti pulchrè Chrysostomus Hom. 2. in Epist. 2. ad Corinthios accinit: *Disperge pecuniam, vt congreges iustitiam: neque enim illa cum pecunijs adesse vult. Non habitans simul pecuniarum cupiditas & iustitia, sed tabernacula separata habent*. Quid elegantius? vbi igitur videbis insidere lucris amorem, puta ibi non manere Iesum, non manere sanctitatem. Quod si hæc temporalium bonorum cupiditas ablit, puta statim ibi Iesum intrasse cum iustitia & sanctitate. Hinc Petrus claudo ad templi portam mendicanti ait: *Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula*. Ad quem locum pulchrè S. Augustinus Serm. 28. de verbis Apostoli: *Quid igitur, inquit, hac paupertate ditius? argentum & aurum non habeo. Videamus, qui aurum non habet, quid habet? fidem habet, virtutem Iesu habet. Quæ nempe exit amor auri intrat virtus Christi. Iustitia itaque hoc loco nihil est aliud nisi misericordia, quæ miseriam afflictorum inopumque subleuat. Quam virtutem eodem nomine ac sensu appellat Isaias in non dissimili argumento: *Antecibit faciem tuam iustitia tua*. vbi virtutem hanc pulcherrimam depingit vt lucernariam fidam & amabilem, quæ in nocte sæculi dubijsque rebus faciem præferat, atque antecit communem vitæ viam incuntem, ne incurrat*

Iustitia & amor pecunia non possunt simul commemorari.

Act. 3, 6.

Misericordia aperit viam calis. Isa. 58, 8.

PARAPHRASIS ANONYMI.

néve labatur. Vel si de abitu ab hoc mundo loquitur, sic anteit misericordia, vt crebi monstra exterreteat, & tollat omnem metum: extinguit enim stygias flammās & stagnum ardens inferorum: in illius comitatu misericors est vbique tutus: illā cæli fores aperiente vadit securus atque in Empyreum inuehitur gloriosus. Quam imaginem bellè expressit S. Chrysolomus Hom. 32. in Epist. ad Hebræos, cū de miseratione loquitur: *Huic, inquit, porta cali aperimus: & veluti Reginā intrante, nullus ianitorum, nullus custodum qui portis assistunt, audet dicere, Quia es tu, aut unde? sed omnes eam promptè continuoq̄ue suscipiunt.*

Peccator subescit in Iudicio.

10. Peccator videbit, & irascetur] Scilicet in die Iudicij: tunc nempe impius iusti felicitate cruciabitur, quam pro suo supplicio reputabit, dum liuore tabifico quasi aduersus eum insidias machinatus nil praualebit. Non enim

dominabitur iusto desiderium peccatoris, sed simul cum auctore suo delebitur; quia desiderium peccatorum peribit; quippe in diuitijs terrenis ac rebus fluxis fundatum, quæ nil permanens stabileq̄ue obtinent. In futuro igitur Iudicio, cū iusti ea quæ sperauerant adepti fuerint, impius in supplicium, quod sibi consciuit, incidens, videbit iustum, & irascetur sibi metipsum, & serâ ductus pœnitentiâ, dentibus fremet, & contabescet; quia videbunt oculi eius interfectionem suam; vel, vt Septuaginta vertunt, τὴν ἰαυτῆ σφαλῶν: quod S. Augustinus reddit necem suam; Symmachus πῶσον, ruinationem, scilicet sempiternam: quoniam, vt sequitur, de furore Omnipotentis bibet; quem Dauid ipsi adinstar calicis amarissimi ac feculenti tunc propinandum significat: Quia calix in manu Domini visus est mihi plenus misto. Et inclinauit ex hoc in hoc.

IN PSALMVM CXII. ARGVMENTVM.

Alleluia.

Ἀλληλία.

Hic Psalmus etiam moralis est, & ad utilitatem conscriptus: omnes enim excitat ad beneficij auctorem laudibus celebrandum.

Ἡ θηδὸς καὶ ἔτι, καὶ εἰς ὠφέλειαν συγκληραμίδου. διαγείρει γὰρ πάντας εἰς ὑμνωδίας τῆ δειρήντε.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Deus Deiq̄ nomen laudandum.

1. **L**AUDATE pueri Domini: laudate nomen Domini.

Pueros vocat ipsos Iudæos, vt qui in laudibus debeant adulescere.

2. Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc & vsque in seculum.

Hæc, inquit, & talia dicenda sunt.

3. A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen Domini.

Cū superioribus versiculis tempus designasset, in his locorum facit mentionem, vt doceat in omni tempore & omni loco laudes esse offerendas. Quam ob causam subiungit:

4. Excelsus super omnes Gentes Dominus,

Quoniam, inquit, cunctis Gentibus imperat.

Et super cælos gloria eius.

α. **Λ**ΑΛΗΛΟΥΣΙΑΙΝΕΙΤΕ παῖδες κύριου. Ἐξομολογήσθε τὸ ὄνομα κυρίου.

Παῖδας αὐτῆς καλεῖ τῆς Ἰουδαίας, ἀκούσαντες ὀφείλοντας δεῖ τῆς ὑμνῶν.

β. Εἴη τὸ ὄνομα κυρίου δόξα γημερόν ἀπὸ τῆ νύκτὸς καὶ ἕως τῆ αἰῶν.

Ταῦτά, φησι, καὶ ποιῶντα λέγει χεῖ.

γ. Ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν αἰνετὸν τὸ ὄνομα κυρίου.

Εἰπὼν ἐν τοῖς ἀνωτέρω σοίχοις τὸν χρόνον, ἐν τῆ τοῖς τόπων μέμνηται, ὡς αὖ διδάξειν ὅτι καὶ ἐν παντὶ χρόνῳ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ὑμνεῖσθαι ὀφείλει. τίνεσθαι δὲ φέρει.

δ. Ὑψηλὸς ἔπι πάντα τὰ ἔθνη κύριος,

Ὅτι πάντων, φησι, βασιλεύει τῶν ἔθνων.

Καὶ ἔπι τῆς ἑρανεὶς ἡ δόξα αὐτῆ.

Ἰμνῶν.

Τῶν ἄνω γὰρ, φησι, τῶν καὶ ὑπεράνω
δυνάμεως

Hunc enim, inquit, etiam cælestes virtu-
tes concelebrant.

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

ε. Τίς ὡς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ
ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν,

5. Quis sicut Dominus Deus
noster, qui in altis habitat,

ς. Καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ ἐν
τῷ ἔρειῳ καὶ τῇ γῆ;

6. Et humilia respicit in cælo
& in terra?

Ἀλλὰ καὶ δεῦρ' ἐπὶ τὸ, φησι, πρὸς ἡμᾶς ἄν-
των ὑμῶν, ὅτι μέγας ὡν ἔφυσεν, καὶ τῶν
ταπεινῶν εἰς φρόνησιν μέμνηται, καὶ ἐδὲν ἄν-
τῶν τὴν κηδεμονίαν διαφύλαξεν ἐδὲ τῶν ἔρα-
σίων ἐδὲ τῶν ἐπιγείων.

Quin etiam idcirco, inquit, oportet ip-
sum laudare, quia cum naturam magnus sit,
etiam humilium providè meminit, nec
quidquam eius curam effugit tam cælestium
quàm terrestrium.

Deus hu-
milium
provisor.

ζ. Ὁ ἐγείρων δὲ τὸν γῆς πτωχόν,
καὶ δὲ τὸν κοπελαῖαν ἀνυψῶν πένητα.

7. Suscitans à terra inopem,
& de stercore erigens pauperem:

η. Τῶ καθίσαι αὐτὸν μετὰ δε-
χόντων, μετὰ δεχόντων τῶ λαῷ
αὐτῶ.

8. Ut collocet eum cum Prin-
cipibus, cum Principibus popu-
li sui.

Οὗτός, φησι, ὁ πάντων φρονοῶν θεός,
καὶ ὡς ἀδόξα πολλὰ εἰς τῆς γῆς ἐργάζε-
ται ταπεινὰ καὶ ἀπερριμμένους, καὶ ἐδει-
μίαν ἔχοντας ὑπόνοιαν ἀνέτησεν, ἀφ' ἧς
μεγάλως ἐργάζεται, καὶ ἀρχοντας καθιστᾷ.
ἀξίως ὅτι δὲ λέγει ταῦτα λέγων ὁ Δαβὶδ,
καὶ ὡς ἀπάν τοῖς ἄλλοις· αὐτὸς γὰρ λέγει τῶν
λατρῶν ὑπόδειγμα.

Ille, inquit, Deus qui cunctis prospicit,
etiam in terra sæpenuerò mirabilia opera-
tur: humiles enim & abiectos, de quibus
nulla erat opinio amplitudinis, derepente
magnum facit, Principesque constituit. Erat
autem David fide dignus qui hæc diceret,
atque alijs persuaderet: siquidem ipsemet
erat exemplum eorum quæ dicebantur.

Deus hu-
miles exal-
tas.

θ. Ὁ κατακλιζῶν στείραν ἐν οἴκῳ,
μητέρα ἑπὶ τέκνοις διφρονο-
μήσει.


9. Qui habitare facit sterilem
in domo, matrem * super filijs
lætantem.


Οὗτός, φησι, ὁ πάντα δυνάμενος καὶ
λύων μητέρα στείρῃσιν ὅτι βέλεις· καὶ μήσαν
διφρονοῦσιν, ὅτι ἐπὶ ἀπαιδίᾳ φρονῶσαν
ἐπὶ πολυπαιδίᾳ κευκαῶς ποιῶν.

Ille, inquit, qui omnia potest etiam ma-
trum sterilitatem tollit quando voluerit; &
vulvam corrigens, eamque quæ ob sterilita-
tem lugebat in multis liberis gloriari faciens.

* Vulgata
filiorum

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

 ΙΝΕΙΤΕ ΠΑΙΔΕΣ ΚΥΡΙΟΝ.]
Διδάσκει τὴν νέαν τί δεῖ ἀν-
εῖν· ἀπὸ ἀπαλῆς καὶ μήπω
ἔχοντας ἡγεμονισμῶν ἢ πρὸς τὰ τοιαῦτα
δράσασθαι. πῶς ἐν ἀνεῖν δεῖ; Εἶν τὸ ὄνομα
κυρίου διλογηθῆναι. ἢ παισὶν ἀπεικάζει
τὴν δεῖ τὸ παρὸν ἢ καὶ τὴν ἡλικίας παιδας
νομιμῆς, εἰς ἐπὶ τὸν αἶνον καλεῖ τὴν θεῶν.
Ἀκύλας δὲ καὶ Σύμμαχος δέλεος ἀντὶ παί-
δων ἐξέδωκαν. δέλεος γὰρ ἔστι διαφέρουσι
παῖδες, φόβῳ δέλεος παιδαγωγῶ-
μοι· διὸ φοβομένης αὐτὴς εἶπεν
ὁ πρὸς τὴν ψαλμῶν. Ἀπλῶς δὲ καὶ
χωρὶς πρὸς ἀθήνας οἱ νέοι παῖδες καλεῖνται

 AVDATE PVERI DOMINVM.]
Docet iuniores quid laudandum
sit; utpote tenellos & necdum
habentes mentem in similibus exercitatum.
Quomodo igitur laudare oportet? Sit nomen
Domini benedictum. Vel pueris affimilat eos
qui propter iuvenilem secundum Deum
ætatem pueri intelliguntur, quos ad laudem
Dei inuitat. Aquila autem & Symmachus
seruos pro pueris ediderunt. Pueri enim à
seruis non differunt, cum timore seruili du-
cantur; quapropter in præcedenti Psalmo
ipso timentes nuncupavit. Simpliciter au-
tem & sine addito iuniores appellantur pueri;

Nomen Do-
mini à pue-
ris cele-
brandum.

Quos hic
pueros in-
telligat.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

ferui verò sunt pueri aliquorum. Vel pueros vocat, eò quòd in hymnis decantandis debeant adulescere. Per illud autem, *Sit nomen Domini benedictum*, declarat. ac si dicat: Et si naturam eius ignoretis, oportet tamen vos, tamquam qui ab ipso quòd sitis accepistis, nomen eius collaudare, quod sempiternam & perpetuam habet benedictionem. Cùm autem superius indicasset tempus, hìc locum assignat, quo doceantur omni tempore locoque hymnos Deo offerendos esse. Vel hoc oraculum vaticinatur diuinam cognitionem Gentibus post incarnationem concedendam, postquam omnis terra Domini notitiã repleta fuit. Antea autem, inquit, notus erat in sola Iudæa Deus. Cur autem laudare moneat subiungit; Quia, inquit, omnium Rex est Gentium, & à virtutibus cælestibus glorificatur, eò quòd etiam illis præsit & prospiciat. Vel cùm semetipsum exinaniuerit carnem fuscipiens, meritò docentur pueri vt dicant, Super cælos gloria eius.

Deus hu-
milium
memor est.

5. QVIS SICVT DOMINVS DEVS NOSTER?] Quin etiam idcirco, inquit, ipsum laudare oportet, quòd cùm naturã magnus esset (per voculam enim *quis* incomparabilem ostendit) & in cælestibus commorari videretur, etiam humilium memor existeret ijs prouidendo, nec quidquam ipsius curam effugeret, neque cælestium, neque terrestrium. Omnes enim creaturæ humiles sunt respectu Dei, siue in terra fuerint, siue in cælis: ipse nimirum sæpè etiam mirabilia operatur, & Principes constituit. Etenim Dauid de pastoribus ad regium solium conscendit. Ipse, inquit, idem est qui matrum quoque sterilitatem aufert, & de prolis orbitate mœrentem, ob liberorum fecunditatem lætari facit. Hoc autem non solum in hominibus accidit, sed etiam ea quæ ex Gentibus est Ecclesia, cùm sterilis fuisset, incolam nacta Christum, plurimarum Gentium mater effecta est: quæ etiam lætata fuit super filijs, vtpote salutem consecutis: quod opposita ipsi synagoga non obtinuit, vtpote internecioni tradita.

οἱ δὲ δῦλοι παῖδες πωλῶν. ἢ παῖδας καλεῖ, ὡς ἀκμαῖζεν ὀφείλοντας ὡρᾶν τὰς ὕμνους. Διὰ δὲ τῆς εἰρη τοῦ ὀνόματος κυρίου διλογημένον, δηλοῖ. ὡς εἰ καὶ τὴν φύσιν αὐτῆς ἀγνοεῖτε, ἀλλὰ δεῖ, ὡς ὑπὲρ αὐτῆς τὸ εἶδος λαβόντες, τὸ αὐτῆς ὑμνεῖν ὄνομα, ὅπερ αἰώνιον ἔχει τὴν διλογίαν καὶ ἀδιάδοχον. εἰπῶν δὲ ἀνωτέρω χρόνον, ἐν τέτοις λέγει καὶ τόπον, ὡς ἀντιδράξειεν ὅτι ἐν παντὶ χρόνῳ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ὑμνεῖσθε ὀφείλετε. ἢ τὴν μὴ τὴν ἐνανθρώπησιν ποῦς ἔθνησι ὡρᾶσθαι θεογνωσίας τὸ ῥητὸν προειπείκει, μετὰ τὴν ἐπιλήθη πᾶσα ἡ γῆ τῆς γλώσσης τὸν κύριον. ὡρᾶ δὲ τὰς γλώσσας, φησὶν, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ μόνῃ ὁ θεός. Τὴν δὲ ἕνεκα ὑμνεῖν προειπείκει ἐπὶ ἀρχῆς ὅτι, φησὶν, πάντων βασιλεύς ἐστὶ ἡμῶν ἐθνῶν, καὶ ὡρᾶ ἡμῶν ἐναντίον δοξολογεῖται διωάμεσθαι, τὰ καὶ τέτοιον ἡγεῖσθαι καὶ προσηοῖν. ἢ ἐπεὶ ἑαυτὸν ἐκάνωσεν, σάρκα λαβὼν, εἰκότως διδάσκονται οἱ παῖδες λέγειν, ὅτι τὰς ἐραυὰς ἢ δόξα αὐτῆς.

6. ΤΙΣ ΩΣ ΚΥΡΙΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΗΜΩΝ;] Ἀλλὰ καὶ δὲ τὸ τόπος, φησὶν, προσηοῖ αὐτὸν ὑμνεῖσθε, ὅτι μέγας ὢν τὴν φύσιν (δὲ γὰρ τὴν τίς τὸ ἀσύγκριτον παρίσταται) καὶ τοῖς ἐραυαῖς ἐδιδρατᾶσθε δοκᾶν, καὶ ἡμῶν ταπεινῶν εἰς θεόνοια μίσηται, καὶ ἐδὲν αὐτῆς τὴν κηδεμονίαν ἀναδέχεται, ἔτι ἡμῶν ἐραυαῖς, ἔτι ἡμῶν ὀπηγείων. πάντα γὰρ ὡς πρὸς θεὸν ταπεινὰ κτίσματα ὄντα, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, ἔτι ἐν ἐραυαῖς. ἔτι δὲ καὶ ὡρᾶ δόξα πολλὰκις ἐργάζεται, καὶ ἀρχοντας καθίστα. Καὶ γὰρ ὁ Δαβὶδ ἐκ ποιμένων εἰς βασιλεὺς θρόνον κακᾶθεν. Οὗτός, φησὶν, ἐστὶν ὁ καὶ σείροσθαι λύων μικρότερον, καὶ τὴν θρήνησαν ὄντα ἀπαιδία, ὅτι πολυπαιδία ἀγάλλεσθαι ποιῶν. Οὐκ ἐπὶ ἀνθρώπων δὲ μόνος τὸ γέρονται, ἀλλὰ καὶ ἡ δὲ ἐθνῶν Ἐκκλησία, σείρα τυχεύουσα, ἵνοιαν χεῖρα χεῖρον, πολλῶν ἐθνῶν πέφυκε μητὴρ ἢ καὶ ἀφραδίη ὅτι τοῖς τέκνοις, ὡς σεσωσμένοις. τῆς ἀντιθέσεως ἁλλομῆς σωμαγωγῆς τὸ μὴ χεῖρος, ἀπὸ ἀπώλειαν παραδεδωμένη.

CATE-

CATENA PATRVM.

CATE-
NA PA-
TRVM.

Α. **ΙΝΕΙΤΕ ΠΑΙΔΕΣ ΚΥΡΙΟΝ.**]



ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πολύς ἐν ταῖς γραφαῖς ἴ διων τέτων

ὁ λόγος. ἔδὲ γὰρ τὸ τυχεὶν παρὰ γὰρ ἔστιν, ἀλλὰ θυσία καὶ προσφορὰ ἀρίστητα τῆς θεῆς. θυσία γάρ, φησὶν, ἀνίστασθαι δόξασθαι με. ἀνίστασθαι τὸ ὄνομα τῆς θεῆς μετ' ὠδῆς· μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν ἀνίσθαι καὶ ἀρίστῃ τῆς θεῆς ἵνα μὴ μόχον ἴεν, κίερατα ἐκφέροντα ἔ ὄπλας. Καὶ πολλὰ καὶ αἱ ἱεραὶ βίβλοι ὡς καλεῖσθαι ἔ οἱ σωζόμενοι, ἀντὶ με- γάλων διχαριστηρίων τῶτο φέρουσι. καὶ ποῖαν τῶτο δυσκολίαν ἔχει, φησὶν; τίς δὲ ἐ ῥάδιον ἐκ τῆς τυχοῦσιν αὐτὸ ἀνύειν καὶ ἀπείν τὸν θυῶν; Ἀν ἀκριβοῦς καταμάθησ, ὅφει καὶ τὸ πόνος τὸν ἐ τῆς παρὰ γὰρ, καὶ τὸ κέρδ' ὅ τὸ ἔξ αὐτῆ. προσποιεῖται γὰρ ὡς δίκαιον ὁ ποιῶν ὅ ὅτι κλητεῖται ὕμνος· καὶ δεῖ προσ- περὶ τὸν βίον καθ' ὅσοντα ἔ τας ἀδειν ὕμνος εἰς τὸν θεῶν. καὶ γὰρ ὡραῖ ὅ αἶν ὅ ἐν φόβῳ ἀμαρτανῶ. δόξα τῶτον, ὅτι ἐ δὲ ῥη- μάτων ἔστιν ἀπείν ἀλλὰ καὶ δὲ τῶν παρ- γματων καὶ τῶτον μάλιστα ἐπιζητεῖ ὁ θεὸς τὸν ἄποιον, ταύτῳ τῶ δόξαν. Ὅπως ἀ- νεῖ τὰ χερσὶν βίμ. δὲ τῶτον καὶ ὁ προσφῆτης ἀκούσας τῆς μελωδίας ἐκείνης τῆς μυστικῆς, ταλαίξει ἑαυτὸν, λέγων· ὁμοί, ὅτι ἀνθρώ- π' ὡν, καὶ ἀκάθαρτα χεῖλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαῶ ἀκάθαρτα χεῖλη ἔχοντ' ἐγὼ οἰκῶ. Μὴ τοίνυν ἀπλῶς τὸν ἄποιον τῶτον ἐπι- τομίσωμεν, ἀλλ' ὑπὸ τῆ φόβῳ ἡμῶν ὁ βί' ἡχείτω, ἔ προσ τῆς γλώττης ἡ πο- λυτεία βοᾷτω. ἔ τας ἔ σιγαίντες, δυναμέθα καὶ κύριον ὕμνεῖν· ἔ τας καὶ φησι γόμοι σύμφω- νον τῆ βίω τῶν μελωδία ἐργασόμεθα.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὡς ἀγοῦσι τοῖς παισίν, ὅπως γὰρ τὸν κύριον ὕμνεῖν, τὸ προσφῆτικὸν πνεῦμα, δίκην παιδαγωγῆ καὶ διδασκαλίας τὰς φωνὰς αὐτὰς ὡς δίδωσιν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐν τῶτον διδάσκειται ὁ νέ' λαὸς ἀδελφίπτος ὕμνον προσφέρειν τῆς λυξωσαμῶν· ἀλλὰ δὲ καὶ τῶν ἰθνηῶν ἀπάντων κατασημαίνῃ τῶν κλησιν.

Β. ΕΙΗ ΤΟ ΟΝΟΜΑ ΚΥΡΙΟΥ ΕΥΛΟΓΗ- ΜΕΝΟΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί λέγεις; καὶ γὰρ ἔστιν ὁ λογισμὸς, ἵνα μὴ σὺ δόξῃ; Ὅρα, ὅτι ἐ πρὸς τὸ ὁμιλοῦν λέγει τὸ αὐτὸ προσέσεις, ἔ

Ι. **LAUDATE PVERI DOMINVM.**]



ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Plurimus in Scri- pturis sermo est de his laudatio-

nibus: non est enim res vulgaris, sed sacrificium & oblatio placens Deo. *Sacrificium enim, inquit; laudis glorificabit me. Laudabo nomen Dei mei cum cantico: magnificabo eum in laude: & placebit Deo super vitulum nouellum, cornua producentem & ungulas.* Sacri quoque libri id sæpè præcipiunt: & & qui seruantur, pro magnis gratiarum actionibus id offerunt. Et quamnam habet, inquit, hoc difficultatem? Cui autem non vel humilis & abiectæ conditionis homini id præstare & Deum laudare sit facile? Si rem accuratè perceperis, videbis & laborem qui in re inest, & lucrum quod ex ea percipitur. Primum siquidem hæc laus à iustis requiritur; & oportet eum qui prius vitam rectè instituerit tum demum Deo hymnos canere. Nam *non est speciosa laus in ore peccatoris.* Secundò, non verbis solum sed etiam factis laudare oportet: & hanc laudem hancque gloriam Deus maximè requirit. Ita laudant Cherubim. Quocirca Propheta quoque cum mysticam illam melodiam audisset, seipsum afflicta, & miserum ducit, dicens: *Hei mihi, quia homo cum sim, & impura labia habens, in medio populi immunda labia habentis ego habito.* Ne ergo rem simplicem hanc laudem esse existimemus, sed ante os nostrum vita nostra ipsam sonet, atque ante linguam conuersatio clamet. Ita vel tacentes Deum laudare possumus: ita etiam loquentes edemus modulationem vitæ conuenientem.

Quomodo laudandus sit Deus.

Psal. 49, 23. Psal. 68, 31.

Laus Dei quid difficultatis habeat.

Eccli. 15, 9.

Psalm. 6, 5.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Propheticus sermo quasi pueris ignorantibus, quomodo Dominum laudare oporteat, instar pædagogici ac præceptoris voces ipsas suggerit.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Docetur hic nouus populus Redemptori suo incessantem laudem offerre: simul autem omnium quoque Gentium vocationem insinuat.

2. SIT NOMEN DOMINI BENEDICTVM.]

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Quid dicis? Non erit benedictum, nisi tu precatus sis? Vides eum non dicere de illa quæ ei adest benedictione, &

Quomodo à nobis Deus benedicendus.

quæ

CATE-
NA PA-
TRVM.
I. COR. 5.
20.

quæ naturæ eius attributa est, sed de ea quæ fit per homines; sicut Paulus ait: *Glorificate verò Deum in corpore vestro, & in spiritu vestro.* Ipse ergo est altus, & magnus & potens, & laudabilis per seipsum: apud homines autem talis quoque efficitur, quando qui ei feruiunt, talem vitam ostenderint, vt quicumque eos vident, laudibus & benedictionibus Dominum prosequantur.

EVSEBII. Hæc autem oratio pro nobis ipsis pueris emissa est, vt nomen Domini nobis perpetuò maneat, nos minimè fugiens, sed vitæ nostræ acquiescens.

Deus in
Gentibus
exaltatur.
Psal. 75. 2.

4. EXCELSVS SVPER OMNES GENTES DOMINVS.] EVSEBII. Et quando hic sermo finem accepit, nisi post aduentum Saluatoris nostri Iesu Christi? ante hunc enim in sola Iudæa dicebatur notus esse Deus, & in solo Israël magnum nomen eius, ceteris Gentibus quæ extra Iudæam erant dæmonas colentibus & spiritus immundos, & idololatriæ addictis; ita vt nomen Domini ne quidem ipsis in mentem veniret. Quando verò ipsemet Dominus noster Iesus Christus adueniens discipulos suos in omnes Gentes emisit, tunc utique completus est hymnus qui per propositas voces omnibus est traditus.

CHRYSOSTOMI. Vides rursus Gentes eius cultum suscipere, & non vnâ tantùm, aut duas, aut tres, sed quæcumque sunt in orbe terrarum? Quid hac Prophetiâ manifestius? Quomodo autem est excelsus in Gentibus? vel super omnes Gentes? Quia eum magnificamus, non ei aliquam addentes altitudinem; absit; sed dogmatibus, cultu, adoratione, & ceteris omnibus, non aliquid humile & abiectum de eo cogitantes, vt Iudæi, sed multò maiora & altiora.

Quomodo
nos Deum
magnificamus.

DIDYMI. Verba hæc etiam simplicius accepta declarant quomodo Deus omnibus prospiciat, cum sit excelsus (vt pote Rex super omnes Gentes) habeatque in cælis gloriam, eò quòd etiam ibi profundiori simul & sublimiori modo præsit ordinibus intellectualibus.

HESYCHI. Etsi enim hic glorificetur, attamen in cælum gloria tendit, vbi habet altare non manu factum, in quo exercitus Angelorum perpetuò ipsum glorificant; ad quorum imitationem nos glorificare didicimus.

τῆ φύσιν αὐτῆ συγκληρονομήσῃς, ἀλλὰ τῆ τῶ ἀνθρώπων μορφῆς ὡς ὁ Παῦλ· λέγει· Δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι υἱοῦ, καὶ ἐν τῷ πνεύματι υἱοῦ. Αὐτὸς μὲν γὰρ καὶ ὑψηλὸς ἔστι, ἔ μέγας καὶ δυνατὸς, καὶ ἀνεπὶ κατ' ἑαυτὸν γίνεται δὲ καὶ ὡς ἀνθρώποις τοῦτοι· ὅταν οἱ δαυλόοντες αὐτῆ, τοῦτοι ἐπιδεικνύονται βίω, ἔ πάντες ὁράοντες, αὐτὸς διλογήσῃσι τὸν δεσπότην.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εὐχὴ δὲ αὐτῆ ἔστιν ἡ κατ' ἑαυτὸν αὐτῆ τῶ παιδῶν ἀναπαυομένη, ὡς ἀνθρώπων μορφῆς ἡμῶν τὸ κρεῖε ὄνομα εἰς τὸ διπλοῦς, μὴ φεῦγον ἡμᾶς, ἀλλ' ἀναπαυομένη τῆ ἡμετέρας βίω.

Δ'. ΥΨΗΛΟΣ ΕΠΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΘΝΗ Ο ΚΥΡΙΟΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καὶ πόσι τέλει ἐτυχῶ ὁ λόγος, ἀλλ' ἢ καὶ τῶ ἐπιφανῆς τῶ σωτῆρ· ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ; πρὸς γὰρ ταύτης ἐν τῆ Ἰουδαίᾳ μόνῃ ἐλέγετο γινώσκοντες τῶ Θεοῦ, καὶ ἐν μένῃ τῶ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτῆ, τῶ ἔξω τῶ Ἰουδαίας ἐθνῶν δαίμοσι καταδεδωλωμένων ἐπιδόμασιν ἀκαθάρτοις, ἔ τοῖς τῶ εἰδωλολατρίας ἀντεχομένοις τῶ ὀνόματος τῶ κυρεῖ μὴδὲ εἰς ἔννοιαν ἠκούσας. ὅτι γὰρ μὲν ἐπιφανῆς αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τὰς αὐτῆ μαθητὰς ἐπὶ πάντα διεπέμψατο τὰ ἔθνη, τῶν καὶ αὐτὰ πληρῆται ὁ δὲ τῶν περικειμένων φωνῶν τοῖς πᾶσι ὡς ἀδοξάζει ὑμῶν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρας πάλιν τὰ ἔθνη διεχομένη αὐτῆ τῶ λαφείας, ἔ ἐχ' ἀπλῶς ἐν, καὶ δύο, καὶ τρία, ἀλλὰ πάντα τὰ καὶ τῶ οἰκουμενῶν; τί ταύτης τῆς θεωρητικῆς σαφῆς εἶρον; πῶς δὲ ὑψηλὸς ἐν τοῖς ἔθνεσι, ἢ ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη; ὅτι μεγαλωμένον αὐτὸν, ἔ θεωροῦντες αὐτῶ ὑψος ἀπαγα· ἀλλὰ τοῖς δόγμασι, τῆ λαφείας, τῆ θεωρητικῆς, τοῖς ἀλλοῖς ἀπασιν, ἔ δὲ τὰ περὶ ἐνοῦντες, καθάπερ οἱ Ἰουδαῖοι, ἀλλ' ὑψηλότερα πολλὰ καὶ μείζονα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ ἀπλεσίστες λαμβανόμενα τὰ ῥήματα δηλώσῃσι, ὡς Θεὸς τῶ πάντων θεωροῖται, ἡψηλὸς ὢν (ὡς βασιλεὺς ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη) ἔχων ἔ ἐν τοῖς ἔθνεσι τῶ δόξαν, τῶ καὶ τῶ ἐκείσε νοσητὸν ταγματῶν ἡγεῖσθαι βαθυτέρας τε καὶ ὑψηλοτέρας.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα δοξάζεται, ἀλλ' εἰς τὸν ἔρατον ἢ δόξα φέρεται, ἐντα τὸ ἀχειροποιήτων δυσπασθήλων κεικται, ἐντα διπλοῦς αὐτὸν αἰσθητῶν τῶ ἀγγέλων δοξάζουσιν ὡς εἰς μίμησιν ἡμεῖς δοξολογίαν ἐμαίσομεν.

Ἰ. ΤΙΣ ΩΣ ΚΥΡΙΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΗΜΩΝ;] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἄρα εἰ δοκεῖ μέγα εἶναι τὸ εἰρημῶνον, ἀλλ' ὅταν ἐπιτοήσῃς, πῶς τίνος εἶρηται, σφόδρα ἐστὶ καταδέξαι. Πῶς γὰρ ἐν ἔσοτοις κατοικεῖ, ὁ τὴν ἕρανὸν καὶ τὴν γῆν πληρῶν; ὁ παυταχῆ παρῶν; ὁ λέγων· Θεὸς ἐγγίζων ἐγὼ εἰμι, καὶ ἐν Θεὸς πόρρωθεν· ὁ μῆψας τὸν ἕρανὸν ἀπιδραμῆ καὶ τὴν γῆν δεξιῇ ὁ κατέχων τὸν γυῖον τῆς γῆς. Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς Ἰουδαίους ἦν αὐτῶν ὁ λόγος, δεξιὰ τῆτο εἰως ἔτι κέχρηται τῶν λόγων, καὶ μικρὸν ἀνάγων αὐτῶν τὴν δόξαν, ἐπέσειν τὴν γνώμην ἐπιναβιβαζὼν ἡρέμα.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Διδάσκαται ὁ θεὸς λαός, ὡς εἰ καὶ ἀνελήφθη ὁ κύριος ἡμῶν, καὶ ἔστι ἐν δεξιᾷ τῶ Πατρὸς, ἀλλ' ἔν κ' ἔτιως πλήρης ἐστὶ πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης, ἡμῶν, καὶ ὑπολαύει τῆς ἐπιτοκότητος αὐτῆ.

ΗΕΣΥΧΙΟΥ. Ἐν ὑψηλοῖς ὁ θεὸς κατοικεῖ, ἢ μόνον δεξιὰ τὸν ἕρανὸν ὡς ὑψηλὸν ὄντα, καὶ αὐτῶ οἰκητήριον λεγόμενον, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς ἀγίοις ἐνοικεῖ. Ὑψηλοὶ δὲ εἶσι, δεξιὰ τὸ μηδὲν γήινον μεταδιώκειν τυγχάνουσι· πῶς ὡν Ἡσαΐας φησὶν· ἄγιος κύριος ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, ὑψηλὸς τὸς ἀγίους εἰπῶν.

Ζ'. Ο ΕΓΕΙΡΩΝ ΑΠΟ ΓΗΣ ΠΤΩΧΟΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸν ἦν ἐθνῶν δηλοῦσι λαόν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διούαται ἐπὶ τῶ δὲπὸ ἦν ἐθνῶν λαὸν λέγοντος, πῶς εἰ ἢ πρὸς φητεία· δεξιὰ τῆτο ἀλογησὶ σε ὁ λαός ὁ πτωχός. τῆτον τοιγαρῆν ἢ πτωχὸν ἐπὶ πάντα λαὸν δὲπὸ ἦν χαμαιζήλων πρῶματων ἐγείρας, καὶ τῆς κοφείας ἦν ἐλλητικῶν μυσταγματων, καθίσει μετ' τῶν ἀρχόντων τῶ Ἰσραὴλ, ὄντος αὐτῶ λαὸν εἰσι δὲ εἶσι οἱ Ἀπόστολοι οἱ ἀρχοῦτες τῶ Ἑβραίων λαὸν.

Θ'. Ο ΚΑΤΟΙΚΙΖΩΝ ΣΤΕΙΡΑΝ ΕΝ ΟΙΚΩ.] ΔΙΑΥΜΟΥ. Στείρας ἢ δὲπὸ ἐθνῶν Ἐκκλησία, ἀτεκνὸν ἔστιν τὸ πρῶτον, εἰς ἀφροσύνην καλεῖ λέγων· Ἐυφράθητι σείρα ἢ ἐπίτευσα· ῥῆξον καὶ βόσπον ἢ ἐκ ἐδῆνυσα· ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχέσης τὸν ἀνδρα. ἀληθῶς γὰρ πολυπῶς καὶ καλλίπῶς ἢ δὲπὸ τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησία γηλοῖται ὑπὸ τὴν ἔχουσαν ἀνδρα νόμον Ἰουδαίων Συναγωγῆν. ἐκαστὴ δὲ ψυχὴ, δεξιὰ στείρηται ἄπῶς ἔστα, κατεκίκεται ὑπὸ τῶ Θεὸ ἐν ὅκῳ τῆ τῶ

5. QVIS SICVT DOMINVS DEVS NOSTER?] CHRYSOSTOMI. An non videtur esse magnum quod dictum est? Sed quando consideraueris de quonam id dictum sit, hoc longè erit eo inferius. Quomodo enim in cælis habitat, qui cælum & terram implet? qui vbique præsens est? qui dicit: *Deus appropinquans ego sum, & non Deus procul: qui mensus est cælum palmo & terram pugillo:* qui continet ambitum terræ. Sed quoniam loquebatur tunc cum Iudæis, propterea eo sermone vsus est, paulatim erigens eorum cogitationem, & mentem sensum attollens.

ATHANASII. Docetur hic nouus populus, quod licet Dominus noster assumptus sit, & in dextera Patris existat, attamen vt sic etiam plena sit omnis terra gloriæ eius, & fruatur visione ipsius.

ΗΣΥΧΗΙ. In excelsis Deus habitat, non solum propter cælum quod excelsum est, eiusque habitaculum nuncupatur, sed quia in Sanctis habitat. Hi autem etiam excelsi sunt, eò quod nihil terrenum contemunt: de quibus Isaias ait: *Sanctus Dominus qui in excelsis habitat,* excelsos appellans Sanctos.

7. SVSCITANS A TERRA INOPEM.] ΑΘΑΝΑΣΙΙ. Scilicet populum ex Gentibus.

ΕΥΣΕΒΙΙ. Potest hoc etiam dici de populo ex Gentibus, de quo est hæc Prophetia: *Idcirco benedicet te populus inops.* Hunc igitur populum inopem ac pauperem à rebus terrenis erigens, & de stercore gentilitiarum abominationum, collocabit cum Principibus Israël, qui est populus eius. Sunt autem Apostoli illi Principes populi Hebræorum.

9. QVI HABITARE FACIT STERILEM IN DOMO.] ΔΙΔΥΜΙ. Sterilem illam Ecclesiam ex Gentibus, quæ primùm erat sine liberis, inuitat ad lætitiã dicens: *Latere sterilis quæ non parit: erumpe & clama quæ non parturit: quia multi filij deserta magis quàm eius quæ habet virum.* Reuerà enim plurimos pulcherrimosque liberos Ecclesia ex Gentibus peperit præ Synagoga Iudæorum quæ virum habebat legem. Quælibet autem anima, quæ ob sterilitatem absque liberis existit, collocatur à Deo in domo Dei vi-

CATE-
NA PA-
TRVM.
Quanta sit
Dei magni-
tudo.

1cr. 23, 23.
Isaiz 40,
12.

Isaiz 57,
15.

Deus erigit
pauperes.

Deus steri-
les fecun-
dat.
Isaiz 54, 1.
& Gal. 4,
27.

CATE-
NA PA-
TRVM.

uentis, scilicet Ecclesia, quæ est mater ope-
rum, disciplinarum, sensuum, & sermonum,
vt læteretur simul cum geniminibus quæ ha-
bit ex cohabitante secum verbo Dei. Cete-
rùm hæc etiam secundùm Scripturæ histo-
riam contigerunt. Anna nimirum mater Sa-
muelis habitare iussa est in domo: & mater
dicitur filiorum lætabunda, utpote sex om-
nino filiorum mater effecta. Etiam de Sarra,
& Rebecca, & Elifabeth, atque ante hanc de
illa quæ Sampsonis mater effecta est, de qua-
libet utique ipsarum hoc meritò dici possit,
quòd ipsam fecerit inhabitare domum ma-
trem filiorum lætantem.

Gentes olim
steriles,
nunc fe-
cunda.

ATHANASII. Sterilis quidem erat
Gentium multitudo, quæ etiam domus facta
est spiritualis, utpote Dominum habens in-
habitantem. Ceterùm cum lætitia quoque
plurimorum filiorum mater effecta est. Filij
enim ipsius per fidem in Christum seruati
sunt. Habet autem quamdam cum Synago-
ga differentiam, quòd illa de liberis minimè
lætata fuerit, quippè internecioni traditis.

HESYCHI. Siue naturam vniuersam,
siue Ecclesiam ex Gentibus sterilem dixeris,
utrique quadrabit id quod dictum est, quo-
niam per idololatriam steriles euaserant. Il-
lam enim foris vagantem in domum suam,
scilicet legem introduxit, & matrem filiorum
à Deo adoptatorum lætantem demonstrauit:
cuius personam hoc modo clare introduxit
Isaias: *Dices enim, inquit, in corde tuo: Quis
genuit mihi istos? Ego autem absque liberis,
& vidua transmigrata & captiua. Et istos
quis enutriuit mihi? Ego autem derelicta
sum sola; & isti mihi ubi erant?*

Isaiæ 49.
21.

Ζάντ Θεῷ Ἐκκλησία, ἥτις μητὴρ ἔργων,
μαθημάτων, ποιμάτων, καὶ λόγων, ὅπῃ τῶ
διφραίνου ἀμὰ οἷς ἔχει ἡμῆμασιν ὑπὸ
τῆ συνοικάντ. Θεῷ λόγῳ. Σωβίβη δὲ
ταῦτα καὶ καὶ τὴν τῆς γραφῆς ἰσοεῖαν.
Ἄνα γὰρ ἡ μητὴρ Σαμουὴλ κατακίονη ἐν
οἴκῳ· καὶ μητὴρ λέγεται τέκνων διφρανο-
μῶν, ὅλων ἐξ τέκνων ἡμομῶν μητῆρ.
Καὶ ὡσεὶ τῆς Σάρρας, καὶ Ρεβέκκας,
Ἐλισάβετ τὴ, καὶ ὡσεὶ ταύτης τῆς μη-
τερός ἡμομῶν τῆ Σαμψῶν, λέγοι τίς
διλόγως ὡσεὶ ἑκάστης αὐτῆς, ὅπ κατα-
κισσεν αὐτῶν μητέρα τέκνων διφρανο-
μῶν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Στείρα μὲν ἡ τῶν ἔθνῶν
πληθὺς, ἥτις καὶ οἶκος γέγονε πτωματικός,
ἀπὸ τὸν κύριον ἰνοικον ἔχουσα. γέγονε δὲ καὶ
πολλῶν τέκνων μητῆρ μετ' διφρασιῆς.
Ἐσώθη γὰρ αὐτῆς τὰ τέκνα διὰ τῆς πίστεως
τῆς εἰς Χριστόν. Ἐχθὴ δὲ πᾶσα καὶ ἀντιδρασ-
τικῶν ὡσεὶ τῶν Συναγωγῶν, ὅπ ἐκείνη ἐκ
ἡφραίνθη ὅπ τῶν τέκνοις, ἀπὸ ἀπώλειαν
ὡσεὶ ἀπομῶν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Στείρα εἶτε τῶν φύσιν
ἄλλων, εἶτε τῶν ἐξ ἔθνῶν Ἐκκλησία λέ-
γοις, ἀπ' ἑκατέρας ἀρμόσῃ τὸ λογομῶν,
διὰ γὰρ τῶν εἰδωλολαβῆαν ἐσείραίντ. ταῦ-
τῶν τῶν πόνων ἐξῶ ρεμβομῶν εἰς τὸν οἶκον τῆ
ἐαυτῆ τὸν νόμον ἐξήγαγε, & μητέρα τέκνων
τῆ ὑποβιτέταν τῶν τῶν διφρανομῶν ἐδ-
ξῆ τῆς ἔπας σαφῶς τὸ ὡσεὶ σῶπον ὁ Ἡσαΐας
ἐξήγαγε. Ἐρεῖς γάρ, φησιν, ἐν τῇ καρδίᾳ
σε. τίς ἐχθρῶς μοι τέτυκε; ἐγὼ δὲ ἄτεκος, καὶ
χῆρα παρρητικός καὶ ἐκκελεισμένη. Καὶ τέτυκε
τίς ἐξέφελέ μοι; ἐγὼ δὲ κατελείφθην μόνη
ἔτοι δὲ μοι πᾶ ἦσαν;

ANNOTATIONES CORDERII.

Hic Pfalmus brevis & facilis hortatur cultores Dei ad ipsum collaudandum; eò quòd, cum Altissimus sit, non dedignetur ad nos oculos inclinare & multis nos beneficijs afficere.

1. *Laudate pueri Dominum.*] Nomen *pueri* hoc loco non accipitur vt significet ætate paruulos, sed malitiã, hoc est, simplices & humiles. Vnde dictio *puer* hîc accipi debet pro seruo; quomodo frequenter & in profanis & in sacris accipitur Scripturis. Atque ita in alio Psalmo eandem sententiam exprimit mutato partium ordine dum ait: *Laudate nomen Domini, laudate serui Dominum.* Quin & Aquila, Symmachus & Theodotion hoc loco non *παῖδες, pueri,*

Psal. 134.

sed *δούλοι, serui,* sunt interpretati. Pulchrè S. Augustinus hîc ex sensu morali respondet, solis pueris licere nomen Domini laudare. Nam pueri, iuxta Anagogen, significant humiles. Ergo solùm humiles Deum laudant, dum per animi submissionem debitum cultum ei exhibent. *Incipitis enim laudare, inquit, sed sine fine laudate: ex hoc ergo & vsque in sæculum sine fine laudate. Ne dicatis, Nunc incipimus quidem laudare Dominum, quia pueri sumus; sed cum creuerimus, magnique fuerimus, nos ipsos laudabimus. Non sic pueri, non sic. Propterea dicit Dominus per Isaiam, Ego sum: & vsquedum senescatis ego sum. Id est, Semper laudandus est qui est. Laudate pueri Dominum ex hoc, laudate senes,*

Soli pueri,
id est humi-
les, laudant
Deum.

& usque in seculum. Ergo ex sententia S. Augustini solum pueri, id est humiles, laudant Dominum, sicut ait Psalmus, *Ex hoc nunc, & usque in seculum*, id est semper, in æternum. Laudatio autem ab humili Deo exhibita similis est laudi, quam Deo exhibent Beati.

5. *Qui in altis habitat, & humilia respicit, &c.* Inter alias admirabiles diuinæ prouidentia rationes hanc potissimum extollit, quod excelsus cum sit Dominus humilia respiciat. Nam & magni magnos diligunt, & supremi sæculi Principes alios similes; nempe nobilissimos & illustrissimos suo amore dignos ducunt. Non verò sic Deus noster, *qui in altis habitat, & cum immensus & excelsus naturâ sit, humilia respicit in celo & in terra.* Pulchrè ad hunc locum Prosper: *In altis, inquit, Dominus habitat; id est in Sanctis, & spiritualibus, atque celestibus; & humilia respicit, id est ipsos Sanctos, nunquam in se, sed semper in Domino gloriantes. Delectatur enim aliquid humilium & humilitate celorum in celo & in terra: hoc est, quorum conuersatio in calis est, licet mortali sint carne circumdasi.* Respectus itaque humilium, quo à Domino respiciuntur vt cæli sui, vt ipsâ humilitate sublimes, respectus est benignitatis & amoris; respicit enim eos vt ipsius honoris auidos, vtque humilitate decoros: & ad eos diligendos trahitur, quia cum eos iustos & sui similes fecerit, eximio quodam ipsos amore dignatur. Humilibus nempe nihil aliud curæ est nisi honor Dei: nam illum honore afficiunt, dum eidem omne bonum tribuentes, seipsos conatusque suos, apertissimâ compulsi veritate, contemnuunt. Illos autem qui Deum honorant ipse gratissimos habet, eisque abundantissimam gratiam impertit. Quâ ratione Ecclesiasticus ad humilitatem hortatur dicens: *Quantò magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia Dei salus, & ab humilibus honoratur.* Nihil est pretiosius, nihil desiderabilius, quam apud Deum inuenire gratiam, & eius amorem ac benevolentiam promereri. Si hanc igitur tibi conciliare cupis, quantò maior fueris, tantò magis te abijce, tantò modestius de te cogita, tantò verius alijs te submitte, vt hunc thesaurum gratiæ Dei possidere merearis.

7. *Suscitans à terra inopem, &c.* Hoc nimirum Christus in fundanda noua religione atque instruenda Ecclesia fecit, quando satores fidei Apostolos non porphyrogenitos elegit, aut patritio sanguine gloriosos, sed abiectos, ignotos, sordibus obsoletos, & vt eos describit magnus Dauid, stercoretos, quos administris gratiæ dedit, & Regum Patres. Quam Numinis sancti prouidentiam admirans Paulus, de primitijs Ecclesiæ loquens & Magistris orbi diuinitus renuntiatis, *Non multi potentes, inquit, non multi*

nobiles, &c. Vt videatur præiuisse Deus iudicio suo, & Ecclesiæ velut sanxisse, non eos ad moderandam religionem sumi oportere illustres viros, qui natalibus efferuntur atque ferociunt, sed à populi humilitate tenuique fortuna tamquam è stercore educendos, qui solum gloriæ teneant, & pietate insignes.

8. *Qui collocat eam cum Principibus, &c.* *Prætoras, sine Principes populi,* vocat Apostolos, vt Ordinaria Glossa interpretatur. Ad eorum cœtum honoratum adiunguntur omnes Pontifices & Episcopi, quos summus Imperator Christus humili sæpè loco natos ad summum Principatum euehit, & non tabellis aureis, quas olim Reges in creatione Magistratum solebant tribuere, sed consecratione Principes facit. Magnum sanè decus atque incredibilis honoris amplitudo, quod horum Principum imperio cælum, animæ & felicitas subijciantur. *Hand exiguus est titulus meritorum* (ait lex Imperatoria) *regere & gubernare Prouincias:* quantò maior est, moderati animas, omni hac rerum vniuersitate maiores? leges figere? ore Dei arbitrari? Hoc ad eos tantum pertinet, qui cum illo amplissimâ potestate animas regunt & gubernant, & omnia Deo subijciunt. Quare in beatis Angelis, qui omnes sunt administratorij spiritus, cum curam etiam habeant animarum, sintque in gradu longè magnificentissimo constituti, *Principatus* reperitur, in quo magna diuinæ mentis imago lucet: in Beatis, inquam; nam illi superbi impio lætrocinio exultantes, qui contra beneficium Numen insanierunt, in sempiternum chaos præcipitati, *non seruant suum Principatum,* ait Apostolus Iudas. Titulus ille intensitæ gloriæ non potest cum vitio consistere, obsolescit istius Principatus clarissimus splendor atque dignitas, nisi virtus & sanctimonia comitentur.

9. *Qui habitare facit sterilem in domo, &c.* Possit hoc totum referri ad singulas, quæ cum diu steriles fuissent, postea pepererunt, vt Saram, Rebeccam, Rachelem, Annam, & similes; sed altiore sensu pertinet ad Ecclesiam ex Gentibus congregatam, quæ prius sterilis, postea plures Deo peperit quam synagoga: de qua est illud Apostoli ad Galatas ex Isaia cap. 54. *Latere sterilis que non parit: erumpet & clama que non parturit: quia multi filij deserta magis quam eius que habet virum.* Quod autem ad verba attinet, cum dicitur, *Qui habitare facit sterilem in domo,* per domum intelligitur familia siue abundantia liberorum. vt sic sensus: *Qui facit vt sterilis, quæ manebat solitaria, iam habitet inter sobolem copiosam in magna familia: id quod per verba sequentia declaratur, Matrem super filijs latantem:* Græcè, *ἐπι τίνων:* pro quo Latini habent, *Matrem filiorum latantem.*

ANNOTATIONES COR- DERII.

Principes sunt Apostoli & animarum curam habentes.

Iud. 6.

Ecclesia prius sterilis Deo plures peperit quam synagoga.

Gal. 4, 27.

Deus cum altis sit humilia respicit.

Humilibus solus Dei honor cura est.

Eccli. 3, 20.

Deus pauperes elegit in Ecclesia Principes.

1. Cor. 1, 26.

IN PSALMVM CXIII. ARGVMENTVM.

Alleluia.

Ἀλληλεῖα.

Hic etiam Psalmus tam Iudæos, quam eos qui de Gentibus sunt, ad laudem excitat: illis quidem recensens beneficia ab uniuersorum Deo in ipsos collata, & idola perstringens; his uerò qui ex Gentibus sunt, utpote iam ab idolorum cultu liberatis, ostendens quantum intersit inter uerum Deum & eos qui non sunt dij. Atque utrosq; ad ueram Dei cognitionem disponit.

Τὸ μὲν καὶ ἐν ᾧ ὡς κελεύεται καὶ Ἰουδαίαις, καὶ τὰς εἰς Ἰθραὴν· τοῖς δὲ κατὰ τὴν τὰς ἀποστολῶν τὰς ἐπὶ τῆ ἡμῶν ἔλθον θεῷ εἰς αὐτοὺς γρηγορήσας, καὶ τὰ εἰδωλὰ δεχόμεθα· τοῖς δὲ εἰς Ἰθραὴν, ὡς ἀπὸ εἰδώλων ἀπαλλαγῆσι, τὸ μῖσος ἐπιδοκίμους ἡμῶν ἐκ ὅτων θεῶν πρὸς τὸν ὄντα. καὶ ἀμφοτέρους πρὸς θουγατωσὶν ἡμῶν.

PARAPHRASIS ANONYMI.

I. **I**N exitu Israël de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro:

De ijs qua
in exitu
Ægypti
conuenerūt.

In exitu, id est in redemptione, in liberatione ab Ægypto. Et non dixit simpliciter de Ægypto, sed addidit de populo barbaro, per hoc nomen inimicorum, Dei curam ac prouidentiam demonstrans.

2. Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israël potestas eius.

Templum, inquit, quod est in Iudæa, factum est sanctificatio ipsi, & populus Israël Regnum ei. Deinde subiungit miracula per ipsos gesta.

3. Mare vidit, & fugit:

Mare rubrum intelligit.

Jordanis conuersus est retrorsum.

Hoc enim factum est dum arca sancta per fluuium illum transibat.

4. Montes exultauerunt * sicut arietes, & colles sicut agni ouium.

Deo nempe in ipsis apparitiones exhibente, ob salutem Israël quodammodo exiliebant.

5. Quid est tibi mare quòd fugisti? & tu Jordanis, quia conuersus es retrorsum?

6. Montes * quia exultastis

* Vulgata
ut

* Vulgata
omittit
quia

α. **I**N ἐξόδῳ Ἰσραὴλ εἰς Ἀἴγυπτον, οἶκος Ἰακώβ ἐκ λαῶν βαρβάρων.

Ἐν ἐξόδῳ, τὴν ἐν τῇ ἀπαλλαγῇ, ἐν τῇ ἐλευθερίᾳ τῆς Αἰγύπτου. καὶ ἐκ εἰπω ἀπλῶς Αἰγύπτου, ἀλλὰ προσέθηκε λαῶν βαρβάρων τῶν ὀνόματι ἡμῶν ποταμίων, τὸ δὲ τὴν κηδεμονίαν ἐνδεξάμενοι.

β. Ἐγενήθη Ἰουδαία ἀγίασμα αὐτῶν, Ἰσραὴλ εἰσότης αὐτῶν.

Ἐγένετο, φησιν, ὁ ἐν Ἰουδαίᾳ ναὸς, ἀγίασμα αὐτῶν, καὶ ὁ λαὸς Ἰσραὴλ βασιλεία αὐτῶν. εἶτα ἐπιφέρει τὰ θαύματα δι' αὐτοὺς γινόμενα.

γ. Ἡ θάλασσα ἴδεν, & ἔφυγεν· τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν λέγει.

Ὁ Ἰορδάνης ἀνεχώρησεν εἰς τὰ ὀπίσω.

Ἐγένετο γὰρ τὸ ἐν τῆς κιβωτῆς τῆς ἀγίας δεξιᾶς τὸν ποταμὸν.

δ. Τὰ ὄρη ἐσκίρτησαν ὡσεὶ κελοὶ, καὶ οἱ βενοὶ ὡς ἀγρία πτεροβάτων.

Τὰ θεῶν δηλαδὴ τὰς ἐπιφανείας ἐν αὐτοῖς ποικιλίαις, οἷον ἐσκίρτησαν ὅτι τῇ τῆ Ἰσραὴλ σωτηρία.

ε. Τί σοι ἐστὶ θάλασσα ὅτι ἔφυγες; & σὺ Ἰορδάνη ὅτι ἐπεσεράφη εἰς τὰ ὀπίσω;

ς. Τὰ ὄρη ὅτι ἐσκίρτήσατε ὡσεὶ κελοὶ,

κελοί, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀγρία προβάτων.

sicut arietes, & colles sicut agnouiium.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Ταῦτα ὁ λαὸς ἔρωτά τὰ στοιχεῖα. εἶτα ἢ προσωποποιεῖ, ὑποκρίνασθαι τὴν ἐρωθῆναι. ὑποκρινόμενα ἐν ἐνοῆναι ἐπάγωσι.

Hæc populus interrogat elementa. Deinde personæ fictio facit, vt ad interrogata respondeant. Illa igitur respondendo subiungunt:

Ζ. Ἀπὸ προσώπου κυρίου ἐσαλεύθη ἡ γῆ, ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ Ἰακώβ.

7. A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob.

Διὰ τὸ τό, φησιν, ἰσαλάθησαν, ὅτι τὴν προσώπῳ τοῦ θεοῦ ἐκ ἐπίσεως ἠγμύε ἔμπεσαν τὸ ἴδιον λαόν. εἶτα, ἵνα καὶ τὰ ἄλλα θαύματα δηγήσεται, ἐπιφέρει.

Idcirco, inquit, commoti fuimus, quia Dei coram populo suo præcedentis aspectum minimè ferebamus. Deinde, vt alia etiam miracula recenscat, subiungit:

Τὸ στίβαντ' ἐν τῷ πέτρῳ εἰς λίμνας ὑδάτων, καὶ τὴν ἀκρότητον εἰς πηγὰς ὑδάτων.

8. Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.

Αὐτὸς γὰρ τὴν ἀρσῆν πῖσαν τῇ προχύσῃ τῆς ὑδάτων ἐπέκλυσε, πηγὰς ἐκείθεν ἀφθόως ἀναδεδῆναι καλέσας. εἶτα λοιπὸν αὐτὸς ὁ λαὸς ἐπάγει.

Ipse enim sterilem petram profusione aquarum inundauit, iubens inde fontes vberes promanare. Deinde populus ipse deinceps subiungit:

θ. Μὴ ἡμῖν κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν.

9. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

ι. Ἐπὶ τῷ ἐλέει σου ἐστὶ τῆ ἀληθεία σου· μὴ ποτε ἐπίωσι τὰ ἔθνη, καὶ ἔσται ὁ θεὸς αὐτῶν.

10. Super misericordia tua & veritate tua: nequando dicant Gentes, Vbi est Deus eorum?

Τὸ προσώπου ὑπεξήρχεται τῷ ἔξ Ἰσραὴλ, ἔστω τῷ αἰτήσαντι συνηγαριθμηθῆναι τῇ τῆς ἐθνῶν κλίματι. Ἡμοῖς μὲν γὰρ, φησιν, μωρίων ἀξιοὶ κεκάν· ἀλλ' ὅπως τὸ ὄνομα σου μὴ βιβηλωθῇ, σάξον ἡμᾶς.

Subducit personam Israëlitarum, & illorum qui petunt annumerari Gentium vocationi. Nam nos quidem, inquit, innumeris malis digni sumus; verumtamen ne nomen tuum profanetur, saluos nos fac.

ο. Ὁ δὲ θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ ἐρασίῳ καὶ ἐν τῇ γῆ· πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν.

11. Deus autem noster in celo * & in terra: omnia quæcumque voluit fecit.

* Vulgata omittit & in terra:

Οὐ γὰρ ἔσται ἔτι, φησιν, αἷς αὐτοῖσι ὑπολάβοιεν μὴ εἶναι σε ὑπάρχοντα γὰρ καὶ δεσπόζοντα τῷ παντί, καὶ ἡμεῖς κατείσμεθα, ὅτι ὅσα ἠθέλησας καὶ ἐν τῷ ἐρασίῳ καὶ ἐν τῇ γῆ εἰργάσασθαι, καὶ ἐργάζῃ.

Non enim, inquit, ita se res habet, prout illi opinantur te non esse: existis enim & dominaris vniuerso, & nobis constat, te quæcumque voluisti in celo & in terra effecisse, & facere.

ιβ. Τὰ εἰδωλα πῶς ἐθνῶν ἀργυροὶ καὶ χρυσοὶ, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων.

APOLINARI I. Quemadmodum enim qui sensibiles diuitias accipit delectatur in eis, non quando partem aliquam earum, sed quando illas omnes habuerit ex immobilibus atque mobilibus facultatibus cõsummatas: sic etiam qui perfectum obtinet spiritale deside- tium, gaudet de eo dum illud possidet in di- uinis testimonijs & virtutum operibus profi- ciendo dicens, Præ omnibus mihi testimo- nia tua gaudium sunt atque diuitiæ.

ΟΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὡς ἐν τῷ παντὶ πλεῖτον χρυσῆς, καὶ ἀργύρου, καὶ ἱμασμάτων, καὶ οἰκοπέδων, καὶ χωρίων, καὶ κτηνῶν, καὶ οἰκί- τῆς, ἀφροσύνητος ἐν τῇ ὁδῷ τῆς μαρτυ- ρίας τῆ θεῆ μακάριος. ὁπίπτοντος μὲν ἢ τῆς ἀρετῆς ὁδὸς, ἀλλὰ τοῖς πλείοις τε- πόσητος. ἔτιος τῆτος καὶ ὁ διωπότης ἐφη Χρυσὸς λαβετε τὸν ζυγὸν μου ἐφ' ὑμᾶς· ὅτι ὁ ζυγὸς μου ῥησὸς καὶ τὸ φορτίον μου ἐλα- φρόν ἐστι. τέτος καὶ ὁ φροσύνητος ἐφη λό- γος· ὅτι πλεῖτον παντὸς θυμπεστέρα μοι τῶ σῶν μαρτυρίων ἢ κτήσε. τὸ δὲ ὅτι παντὶ πλεῖτον ἐκ ἀπλῶς προσηύτα, ἀλλὰ τὸν παύσασθαι πλεῖτον φροσύνητος. πολλὰ γὰρ τῆ πλεῖτον τὰ εἶδη. ὁ μὲν γὰρ χρυσὸν

ORIGENIS. Beatus qui sicut in omnibus diuitijs auri, & argenti, & vestium, & fundorum, & agrorum, & pecudum, & fer- uorum, in via testimoniorum Dei delectatur. Laboriosa quidem est virtutis via, sed perfectis admodum exoptata est. Quapropter etiam Christus Dominus dixit: Tollite iugum meum super vos; quia iugum meum suave est & onus meum leue est. Hoc etiam Propheticus sermo ait: Quoniam omnibus di- uitijs iucundior mihi accidit testimoniorum tuorum possessio. Illud autem In omnibus diuitijs non temerè adiungitur, sed vniuersi generis opes declarat; quandoquidem multæ sunt species diuitiarum. Alius enim aurum

Matth. 11, 29.

Varia di- uitiarum genera.

CATE-
NA PA-
TRVM.

habens nominatur diues, alius verò argen-
tum, alius verò terram plurimam, partim
quidem plantatam, partim verò satam, alius
verò pascua. Sed hæc omnia Vates com-
prehendens, diuinisq̄ue testimonijs compa-
rans, dixit iucunda & amabilia sibi esse di-
uina testimonia, quemadmodum opum stu-
diosis omnes diuitiarum species.

15. IN MANDATIS TVIS EXERCEBOR.]

ANONYMI. Per hæc docemur, non aliter
posse cognosci vias Dei nisi ex mandatorum
diuinorum inquisitione, atque eorundem
frequenti scrutatione. Itaque illa vox ἀδολο-
γία siue exercitatio ad examen mandatorum
referenda; quandoquidem hæc meditatio
minimè vituperabilis sit. Nam secundùm
Scripturæ consuetudinem Ezechiel quoque
egressus est in campum vt vacaret Deo. Et
sæpenumerò iusti laudabilem ἀδολογίας siue
exercitationem frequentasse reperiuntur.

Ἀδολογία
seu exerci-
tatio lam-
dabilis qua.

ORIGENIS. In iustificationibus Dei
quispiam meditatatur non verbalibus & voca-
libus, sed illas recogitando & faciendo. Non
enim auditores iustificationum Dei iusti sunt
apud Deum, sed factores earum, & qui ope-
ribus eas meditantur: qui nempe ex eò quòd
similiter eas meditentur, numquam fermo-
num Dei obliuiscuntur.

ἔχων ὀνομάζεται πλούσιος, ὁ δὲ ἀργύριον,
ὁ δὲ γῆν πλείω, τὴν μὲν πικροτέρω, τὴν δὲ καὶ
ἀπικροτέρω, ὁ δὲ βοσκήματα. ἀλλὰ τὰ
πάντα ἀδολογίαν ὁ Περ-
φίτης, καὶ τοῖς θεοῖς μαρτυρίαν ἀδολο-
γῶν, ἔφησεν ἀξίως αὐτῶν εἶναι τὰ θεῶν
μαρτύρια, ὡς τοῖς φιλοπόλοις ἅπαντα τὰ
πλῆθη τὰ εἶδη.

Ἡ. EN TAIS ENTOΛAIS SOY ΛΟ-
ΛΕΣΣΗΣΩ.] ANONYMOY. Διὰ τούτων δι-
δασκόμεθα, ὡς ἐκ ἄλλως ἐστὶ κατανοῆσαι
ταῖς ὁδοῖς τοῦ θεοῦ ἢ ἐκ τῶν τῶν ἀδολο-
γῶν τῶν θεῶν ἐξελθόντων, καὶ ἀπὸ τούτων ἐπὶ
πλείον ἐρευνηθῆναι. ὡς τὸ καλεῖται ἀδολογία
μεταφῆρη ἐπὶ τῶν ἀδολογῶν βίασιν ὅτι
καὶ ἡ ἀδολογία ἐκ τῆς ψυχῆς. καὶ ὅτι τὴν
σωτηρίαν τῆς γραφῆς καὶ ὁ ἰερεὺς ἐξήλ-
θεν εἰς τὸ πᾶν ἀδολογῆσαι τῶν θεῶν. καὶ
πολλὰ καὶ οἱ δίκαιοι ἐπασπύω ἀδολογίας
διελθόντων ἀδολογῶν.

ORIGENIS. Ἐν ταῖς δικαιομασί-
ναις μελετᾷ τὸ θεῶν ἢ ῥηματίους καὶ λέγει-
δίου, ἀλλὰ τῶν νοσημάτων καὶ ποιῶν αὐ-
τῶν. ἢ ὅτι οἱ ἀκούοντες τῶν δικαιοματίων τῶν
θεῶν δίκαιοι ὄντες τῶν θεῶν, ἀλλ' οἱ ποιῶντες
αὐτῶν, καὶ μελετῶντες αὐτὰ τοῖς ἔργοις, ὅτι
ἐκ τῶν ὁσίων αὐτῶν μελετῶν, ἕδικοτε
τῶν λόγων τῶν θεῶν ἐπιλήσονται.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hic Psal-
mus in quo
alios ex-
cellat.



RECTE ait Bellarminus Psalmum
hunc ceteris omnibus triplici titulo
antecellere: Primò utilitate: est enim
totus moralis & hortatorius ad vitam
secundùm legem Domini instruemdam; & ea
causa est cur quotidie ab Ecclesia frequentetur.
Secundò longitudine: continet enim versus cen-
tum septuaginta sex; cùm septuagesimus septi-
mus, qui ex reliquis longissimus est, non ascen-
dat ultra versus septuaginta octo. Causa huius
tantæ longitudinis fortasse fuit, vt populus ha-
beret, in quo piè & cum fructu occuparetur,
dum ter in anno ex omni parte ad tabernaculum
ascenderet. Videretur enim Psalmus compositus
vt in itinere caneretur: quo Psalmo finito se-
quuntur Psalmi Graduales, qui in ascensione
graduum tabernaculi canebantur. Tertio ele-
gantia & artificio alphabetico. Siquidem pri-
mi octo versus Hebraicè incipiunt singuli à
prima littera Alphabeti, sequentes octo à secun-
da, & sic deinceps, ita vt octies totum Alphe-
tum reperatur. Quod videretur factum ad memo-
riam adiuuandam cùm hic Psalmus memoriter
recitandus vel concinendus esset. Explicant hunc
Psalmum plurimi cùm veteres tum recentiores
Interpretes: præter quos pijsimas in eundem

Meditationes edidit R. P. N. Claudius Aqua-
uiua, Societatis nostræ Quintus Præpositus Ge-
neralis, sanè dignissimas quæ ab omnibus le-
gantur atque assidue ruminentur. Argumentum
Psalmi est encomium legis diuinæ & exhortatio
ad eam seruandam; sed interim admiscentur
varij affectus & præcationes ad Deum.

1. *Beati immaculati in via*, &c.] Hebraicè
עֲלֵי יְהוָה תְּהִימֶנֶה דֶּרֶכְךָ: quod S. Hiero-
nymus vertit *immaculati via*: Græcè est ἀμωμοί,
id est vitâ famâque integri. Quibus ipse Mo-
mus nihil habet quòd obijciat, quòd canille-
tur, quòd obrethet. Vnde S. Hieronymus in
Epist. 14. ad Celantiam, cum qui bonam de se
famam spargit beatum vocat: *Beatus*, inquit,
est, qui tam sanctè tamque grauiet disposuit
viam suam, ut de eo senserit aliquid ne fingi
quidem possit, dum aduersus obrethatarum li-
bidinem pugnat meriti magnitudo, nec fingere
quisquam ausus est, quod a nulla parte esse cre-
endum. Et in Epist. 16. ad Principiam hunc
locum Davidis sic exponit: *Immaculatos*, in-
quit, *in via huius sæculi appellat, quos nulla ob-*
scenii rumoris autæ macularis. Hi igitur qui
cum proba vita simul bonæ famæ munere per-
fruantur, beati nuncupantur. Quare Deus olim
Abra-

A L I E R I.

Bona vita
cum bona
fama in-
gens bea-
titudine.

Gen. 12, 2.

Abrahamo bonam famam loco ingentis cuiusdam beatitudinis promisit dicens: *Magnificabo nomen tuum.* Non solum vitam, sed etiam nomen, hoc est famam magnificandam pollicetur. Nam ut bene Philo Hebraeus libro de Migratione Abrahami expendens illum locum: *Sicut,* inquit, *bonum ac honestum esse, ita & videri prodest. Est quidem veritas opinione melior: vitamque tamen sua bona fortuna sequitur. Cui Deus utrumque concessit, ut bonus ac honestus sit, & videatur, hic vere beatus est, & vere vir magni nominis. Nec est negligenda bona fama, res in omni vita utilisissima.*

Vita innocencia cum doctrina coniungenda.

2. *Beati qui seruantur testimonia eius.* Id est non segniter, sed sedulo inquirunt. Pulcher sane ordo & nexus necessarius vitæ immaculatæ & scrutationis legis diuinæ; nec abs re est, quod vitæ innocentiam laudet prius, deinde doctrinam, ut innueret morum puritatem quærendam prius quam ad perscrutanda legis diuinæ mysteria accedamus. Optime rem & ordinem hunc expendit S. Ambrosius ad hunc locum dicens: *Quam pulcher ordo, quam plenus doctrina & gratia: non prius, Qui seruantur testimonia eius dixit (posuit enim conuenire secundum litteram) sed prius, Beati immaculati in via. Ante enim vita quam doctrina querenda est. Vita enim bona etiam sine doctrina gratiam habet, doctrina sine vita integritatem non habet.* Sic ille. Cadaverosa nempe est illius cognitionis facies quæ probâ vitâ non viuificatur. Probi enim mores doctrinæ anima sunt. Vnde mortua scientia est, quæ operatione tamquam spiritu non animatur. Quod corporis exemplo monstrant S. Ephraem Syrus in *Asceticis*: *Sicut corpus,* inquit, *sive spiritus mortuum est, ita quoque cognitio absque operatione est otiosa atque supernacanea.* Sed quando quis probam vitam cum insigni eruditione coniunxerit, tunc demum beatus iure censetur; quoniam his donis ius ad illam felicitatem, quam speramus, acquiritur.

Mandata Dei exactissime obseruanda.

Supererogationis opera non cadunt sub præceptis.

4. *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.* Vbi pro *nimis* est Hebraicè *רַב מְעוֹד*, Græcè *εὐδία*: quæ voces significant *valde, vehementer*; ut intelligamus mandata Dei exactissime implenda esse, scilicet quoad id quod præcisè præcipiunt. Quod enim non sit sermo de operibus supererogationis, quæ quis in legis obseruatione nonnumquam agit, manifestum est ex verbo illo *mandasti*. Neque enim istiusmodi opera sub præceptum cadunt; sed integrum est cuique ea vel agere vel omittere. Cum igitur dicatur, *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis*, manifestum est sermonem esse de implendis mandatis quoad ea quæ sub eorum obligationem cadunt. Verum quoniam ea obseruatio exacta esse debet, nec aliquid quod præcepto comprehenditur prætermittendum; idcirco dicitur Deus præcipere mandata sua custodiri *nimis*, id est exactè & perfectè. Ita enim locum exponit S. Augustinus; simulque aduertit particulam *nimis* non vitium, sed exactam obseruationem significare: *Quid est,* inquit, *Tu præcepisti mandata tua custodiri nimis? Vitam nimis præcepisti, an nimis custodiri? Quodlibet horum intelligamus, contra illam memorabilem nobissemque sententiam dictum videtur, Ne quid nimis. Si enim hoc verum est, ut ne quid nimis fiat; quomodo*

*verum est quod hic dicitur, Tu mandasti mandata tua custodiri nimis? Quando Deus aliquid vel nimis præciperet, vel custodiri nimis vellet, si omne nimum reprehensione dignum esset. Verum aliquando Latina lingua hoc verbo fit abutitur; ut nimis pro eo quod est valde, & positum inueniamus in sacris Litteris, & ponamus in sermonibus nostris: quamquam hoc loco non sit Græcè εὐδία, id est nimis, sed εὐδία, id est valde. Hæc S. Augustinus. Vnde contra nostri temporis hæreticos, certum est & constans apud omnes Theologos, posse hominem, etiam post Adæ peccatum, cum gratia Dei mandata eius omnia custodire, & consequenter omnia & singula vitare peccata, etiam venialia, quo scilicet tempore ipsa diuini occurrunt; cum Deus non minus rectus quam benignus illa præcipiens, & hæc vetans, creaturam suam ad aliquid impossibile non obligauerit, neque ei quod præitari non possit vniquam præceperit. Cuius sententiæ assertor manifestissimè est S. Augustinus lib. 1. de Peccato cap. 6. ita scribens: *Nam qui dicunt esse posse in hac vita hominem sine peccato, non est eis continuo incantata temeritate obstitendum: si enim esse posse negauerimus, & hominis libero arbitrio, qui hoc volendo appetit, & Dei virtuti, vel misericordia, qui hoc adiuuando efficit, derogabimus.* Et paucis interiectis: *Si à me queratur,* inquit, *utrum homo sine peccato possit esse in hac vita, confitebor posse per Dei gratiam & liberum eius arbitrium.* Quod etiam Regius Vates hoc loco ostendit; qui cum dixisset, *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis*, id est *perfectè*, ita ut nec in magnis, neque in minimis ea transgrediamur; minimè despondet animum, nec impossibilitatem causatur, sed optans prosequitur: *Vitam dirigantur via mea ad custodiendas iustificationes tuas.* Quis autem optaret, quod nec per proprias vires nec per Dei gratiam efficere posset? Et sapius idem Scriptura proclamat, iubens ut simus sine querela, & perfecti in Christo, & sancti, & immaculati in conspectu Dei: quæ profectò non præciperet, si nobis omnium mandatorum obseruationem, & omnium etiam leuium peccatorum abiectionem impossibilem iudicaret. Hæc namque peccata maculæ sunt & defectus, quæ licet gratiam non omnino tollant, virtutem certè fuscant, & mentem nostram utcumque commaculant. Plura de his vide apud Bellarminum in *Controuersijs*, & apud Scholasticos.*

ANNO-TATIONES COR-DEII.

Omnia mandata Dei obseruari & peccata vitari posse.

Verf. 5.

Phil 2, 15. Coloss. 1, 22.

Orandum ne Deos nos nimis deserat, aut sensari permittat.

8. *Non me derelinquas vsquequaque.* Græcè est, *Εὐς εὐδία, vsque valde*: S. Hieronymus ex Hebræo vertit *vsque nimis*. Ille enim vsque ad nimietatem vel vsquequaque deseritur, qui non solum deuotione sensibili, sed etiam fecunditate spiritus seu substantiali deuotione priuatur; adeo ut tepidus & segnis effectus, vel exercitationes spirituales deponat, vel in eis externâ specie tantum & sine fructu permaneat. At ille salubriter ad tempus ex parte relinquitur, quando sensibili deuotione subtractâ, & hoc genere desolationis immisso, in vera deuotione, ac meditatione & affectuum vili exercitatione perdurat. Ita ergo me relinques ô Domine, inquit Sanctus Propheta, ut si saporem & dulcedinem ad tempus quidem auferas, tamen vsque ad subtractionem veræ ac solidæ deuotionis non deseras. Vel sic:

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.

BETH.
Adolescen-
tes tempe-
stive eru-
diendi.

Quanti
momenti sit
bona puero-
rum educa-
tio.

Thren. 3,
27.

Quo sensu
dicatur
Deus ali-
quem re-
pellere à
mandatis
suis.

q. d. Non peto Domine ut numquam tenter ; scio enim utile mihi esse ita tentari, ut meipsum per tentationem cognoscam, & tua dona in me collata tuamque solertissimam protectionem experiar; sed postulo, ne tentatio vires à te concessas superans aut mortem afferat, aut vulnus ac plagam infligat.

9. *In quo corrigis adolescentior viam suam?* &c.] S. Hilarius ait Diuinum Prophetam hoc loco placitum Deo virum conformare, nec expectare, ut post longam ac diurnam criminum consuetudinem doctrinâ Dei instituat, sed rudes à peccatis annos, & aetatem adhuc criminum nesciam, velle studijs innocentiae imbui. Id autem merito ipse vocat *tenera aetatis beatitudinem*. Hoc intelligentes quoque Pythagoræi Philosophiæ Principes ac lumina, puerorum institutionem aiebant esse ἀρχὴν πολιτείας ἀπάσης, totius Republicæ fundamentum; & Plato, εἰδὲν δεύροισιν, non esse diuinum aliquid de quo possit quispiam consulere, quàm de liberorum institutione. Cuius fructus auctoritate & pulcherrimis institutis Aristoteles lib. 2. Ethicorum cap. 3. multa eruditè sapienterque differuit; & in primis non sine ratione illud è Magistri fontibus haustum animaduertit: *Quapropter homines ab ipsa statim adolescentia, ut inquit Plato, ita institutos esse oportet, ut ijs gaudeant doleantque, quibus gaudere & dolere conuenit: ἢ ἃ ὁρῶν παιδεία: hac est enim educatio eruditioque rectissima.* Et aliàs grauiter pronuntiat, in ea ipsa pueritiæ primæ institutione, quâ teneri cereique animi ad varia studia inflecti solent, non modò plurimum momenti, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν, imò verò totum, positum esse. Atque hæc & talia veterum Sapientum effata non tam è cultis Lyceorum & Academia-rum hortulis decerpta sunt, quàm è sacris Bibliorum Oraclis prompta; in quibus ea de re multa ab hominibus Deo afflatis & magnæ Mentis internuntijs monentur. Duplici aureolâ martyrij & innocentiae coronatur Ieremias: do laudabili puerorum institutione ita exclamat, *Bonum est viro cum portaueris iugum ab adolescentia sua.* Ait esse bonum indefinitè, quod Aristoteles aiebat τὸ πᾶν, omne bonum, omne genus felicitatis; cum portaueris iugum, hoc est iugum præceptorum Domini, ait Chaldaeus; vel, ut exponit S. Cyprianus, *pondus sanctitatis; ab adolescentia sua, à primis temporibus ætatis.* Subdit continud pulcherrimæ huius educationis fructum, *Sedebit solitarius*: S. Hilarius vertit, *Sedebit singulariter*: hoc est, inquit, *Lasciuus adolescentium cæcus derelinquit*: siue, ut S. Ambrosius interpretatur, *Sedebit singulariter, feriatu ab omni interpellatione mundana voluptatis, vel etiam segregatus à meritis plurimorum, magnâ scilicet vitæ perfectione & sanctimoniâ vulgo sublimior.* Id ipsum David cælesti beneficio consecutus ad æternam hominum memoriam de se prodidit, cum adhuc immaturus æui, sed maturus Deo, ætulatæ suæ primitias Deo consecrauisset. Testificationem ipsius habes hîc versu 147. vbi vide Annotationes.

10. *Ne repellas me à mandatis tuis.*] Quid autem sit repelli discit ab Augustino ad hunc locum dicente: *Quid est enim à Deo repelli, nisi non adiunari? quos autem non adiunat, hos merito*

perbibetur repellere, tamquam flammæ à frumēda prohibeantur indigni; ne manum extendant ad arborem vita. Jam verò sic scitè perquirat ad hunc locum Hilarius, qui possit diuinæ benignitati congruere, hominem à se repellere: *Comperere, inquit, bonitati Dei non videtur, ut à mandatis suis quemquam repellat. Qui ergo secundum Prophetam manum peccatorum penitentiam, quam mortem; numquid existimandus est à mandatis suis quemquam repellere?* Respondent verò tam ipse quàm S. Ambrosius ex Christi verbis, *Omni enim habenti dabitur, & abundabit; ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo, meritissimo iure tepidum atque negligentem à mandatis Dei repellit, quòd dum opus Dei negligenter exequitur, ipsum magis impedire & commaculare quàm perficere videatur, ac proinde ipse sese Dei adiutorio fraudare; contra verò strenuum ac diligentem, qui toto cordis impetu ad Dei mandata custodienda currit, nec animum inter Deum & mundi concupiscentias partitur, abundantioribus Dei auxilijs dignum se reddere, ut quod humanæ fragilitati deest, id ex Dei gratia & benignitate percipiat.* Audi S. Ambrosium: *Cui addendum nisi ei qui toto corde exquirat Deum? ut quod deest natura id Dei operatione acquirat & gratiâ, &c. Qui autem non habet, ut in corde suo exquirat Deum, sed negligenter facit, maledicto subiectus est, sicut legimus: Quia maledictus omnis qui opus Dei facit negligenter. Merito ergo repellitur, quia maledicto dignus est, quia polluit magis & impedit opus, quod negligenter persequitur. Quibus similia sunt quæ habet Hilarius: post quæ ita concludit: *Deus ergo non auferit nisi non habenti; secundum quod neque repellit nisi negligentem: adeo autem bonitate plenus est, ut habentem abundantiam muneretur: adeo verò non vult quemquam non habere; ut non habenti ipsum quod habet adimat. Neminem igitur nisi obnitentem repellit, neminem nisi negligentem reijcit.* Opportunè ergo Vates Regius, auxiliu Dei petiturus, præmisit, se totum Deo addictum, nec quidquam in rerum humanarum curas esse partitum: nam si secus fuisset, iure à diuinis mandatis repelleretur.*

11. *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.*] Vbi D. Ambrosius Serm. 2. *Peccat, inquit, Deo, qui commissa sibi secreta mysteria putauerit indignis esse vulganda. Periculum itaque non est falsa solam dicere, sed etiam vera, si quis ea insinuet, quibus non oportet.* Hinc Euangelium comparatur thesauro abscondito in agro. Nam sicut qui thesaurum inconsultè prodit omnino perdit; (ut videre est in Ezechia, qui cum thesauros domus suæ Legatis Babylonij ostendit amisit;) ita qui verbum Dei indignis prædicat, illius fructibus priuatur. Vnde qui hunc thesaurum inuenit prudens homo, abscondit illum (inquit D. Ambrosius citatus) in corde suo, nec dimulgat eum, sciens, quia si dimulgaerit Babylonij thesaurum Dei, magnam offensam contrahet; ut dicatur ei sermone prophético: *Auferentur omnia quæ in domo tua sunt, & de filijs tuis tollent, & erunt Eunuchi in palatio Regis Babylonis. Per quæ significatur, quod is qui prodiderit diuina mysteria,*

Matth. 23,
29.

Qui verbum Dei indignis prædicat, eius fructum amisit.
Matth. 23,
44.

Isaie 39, 4.

stria, pasteritate anima sua seminariumque uirulentum habere non possit.

Rem hanc pulchrâ similitudine illustrat Nouarinus lib. 1. Sacrorum Electorum cap. 10. Sect. 2. Sicuti, inquit, ouum tegi debet & probè foueri, ut nascatur ex eo pullus; sic scientiæ ouum tegi in cordis sinu debet & ocludi, ut postmodum ad aliorum utilitatem pullus erumpat. Ab ista cautione illi abeunt, qui statim ea quæ didicerunt exponunt, nec sinunt in mentis & cordis sinu foueri & caleferi; ut non mirum sit, si nullus operis pullus, nullus ferè utilitatis fructus ex doctrinæ ouo ita congelato producat. Alia Daudis mens, & melior, qui antequam alijs verba proferret, corde fouebat prius, prius mentis nido calefaciebat: hinc illæ illius voces: *In corde meo abscondi eloquia tua.* En verbum velut ouum, quod in cordis nido tegitur & fouetur. Postea verò pullum erupisse indicat, dum paulò post subdit: *In labijs meis pronuntians omnia iudicia oris tui.* Probus ordo, nec inuertendus. Prius cordis nido foueatur, sermo; prius amoris & meditationis vapore calefcat, ut postea erumpat: prius humilitate tegatur scientia, deinde alijs communicetur. Omnia hæc felitissimè habet S. Bonauentura in huius Psalmi Commentario ad illa verba, *In corde meo abscondi eloquia tua,* &c. *Qui,* inquit, *ea per dilectionem suscipit, per memoriam retinet, per humilitatem tegit: oportet enim ut quandoque tegantur; unde dicit, In corde meo abscondi eloquia tua: & ut quandoque manifestentur; unde dicit, In labijs meis pronuntians. Nam si nunquam regeantur, nunquam fouerentur, & si nunquam manifestarentur, nunquam multiplicarentur: utrumque ergo necessarium est.* Sic ille. Probè tegit scientiam qui humilitate eam cooperit. Pergit sanctus Pater, & in oui pulli- que similitudine ita ludit: *Nota, cor est nidus, verbum ouum; bonum opus pullus qui fouetur, nutritur: non iustificabitur, nisi nutriatur. Absconde in corde verbum scilicet, in nido ouum: nam peccas si non recipis; peccas si receptum eijcis; peccas si receptum ante tempus exponas; primò duritiâ, secundò negligentia, tertio superbiâ.* Hactenus S. Bonauentura. Eant nunc inanes scientiæ iactatores, qui discunt, ut sciantur & laudentur; qui doctrinæ ouum fouere nolunt cordis nido, nec quibusdam humilitatis plumis tegere quæ didicerunt: statim exponunt, statim in publicum efferunt, & iactant; ut non mirum, si nullus ferè fructus ex scientiæ ouo ita præproperè exposito prodeat.

12. *Doce me iustificationes tuas.*] Quæ verba primâ fronte cum præcedenti versu cohære minimè videntur: cur enim edoceri poscat quæ in corde seruabat? Nempe nouerat Propheta Dei verba memoriâ nudè condi posse, intelligi verò & aperiri quæ obscura & clausa sunt, nisi Deo docente non posse. Rectè hoc loco Apollinarius, qui ad hanc mentem ait: *Ὁ ὃ εἰδὸς αὐτὸ ἢ μνήμης ἢ οὐκ εἶς, ἀλλ' ἕν τὸ θεῖον φωτισμὸν.* hoc est: *Non enim statim à memoria existis intelligens, sed ab illustratione Dei.* Obscura sacrarum Litterarum mysteria ignorabit, qui supernâ luce non perfunditur, & Deum ducem non habuerit. Aberrant hæretici, aberrant tumidi quique, & dum suo ingenio ac viribus temerè ad has fa-

cras Litteras accedunt, errorum vertigine in- ANNŌ- uoluntur. Rectam insistit viam, qui celesti TATIO- auxilio munitus, diuinâ ope fultus legis iter le- NES COR- git. Propheta item hîc discere cupiebat moribus DERII. & vitâ quæ nudâ scientiâ tenebat, uti pulchrè exponit S. Augustinus Serm. 5. in hunc Psal- mum: *Doce me, dixit, iustificationes tuas quomodo eas discunt qui faciunt; non quomodo hi, qui ut habeant quod loquantur, tantummodo meminerunt. Nam utique iam dixerat: In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Quid ergo adhuc ea queris discere quæ abscon- dita iam custodit in corde? quod utique non fecisset, nisi ea didicisset. Ut quid ergo addit & dicit; Doce me iustificationes tuas; nisi quia eas vult faciendo discere, non loquendo, vel memo- ria retinendo?*

15. *In mandatis tuis exercebor.*] Græcè *ἄσκησις*: quod S. Augustinus vertit *garriam*, ut delectatio significetur, quâ quis perfunditur, dum de Dei verbis loquitur, & ex ijs exerceatur. Sic enim lectiones has inter se aptat S. Augustinus dum ita scribit Serm. 6. in hunc Psalmum: *Quod Græcus, inquit, habet ἀσκήσις, Latini interpretes quidam garriam quidam exercebor interpretati sunt: quæ duo inter se videntur diuersa; sed si exercitatio intelligatur ingenij cum quadam delectatione disputationis, utrumque coniungitur, & quasi ex utroque unum aliquid temperatur.* Sic ille. Nempe garritus cum exercitatio iungitur, quia delectatio rerum diuinarum disputationem sequitur. Idem habet Sermone 14. ad illud, *Et exercebar in iustificationibus tuis:* ubi aliqui Interpretes verterunt *lata- bar*, aut *garriebam*. *Exercebor quippe in exercitacionibus Dei lætus, qui mandata eius quæ diligit & cogitandi & operandi delectatione custodit.*

16. *In iustificationibus tuis meditabor.*] In Hebræo est *deliciabor*, vel, ut vertit Bellarminus, *oblectabo meipsum* velut in grata & iucunda lusione; ut intelligamus in pijs & deuotis hominibus meditari nihil esse aliud nisi delicias capere & mirificam mentis oblectationem. Iustinus Martyr illud quoque testimonio suo comprobat, qui cum in Dialogo contra Tryphonem ageret de diuinis oraculis & sermonibus Seruatoris ita subdit: *Ἀπάυσις δὲ ἡδύνη γίνεται τοῖς ἐκμαρτυροῦσι αὐτοῦς, Illis & suauissima quadam animi recreatio contingit qui in eis meditantur.* Est enim in honestarum & celestium rerum consideratione liquidæ voluptatis & humanissimæ delectatio, quæ reficit puros animos vberiusque recreat: qualem Theodoretus in Historia sua lib. 5. cap. 36. describit, cum de sororibus Theodosij Imperatoris loquitur: *Existimabant, inquit, τρυφὴν μεγίστην τῶν τῶν θεῶν λόγων μελέτῃ, esse delicias maximas diuinorum oraculorum meditationem.* S. Hilarius in Psalmum primum meditationi tribuit Christianæ vitæ coronidem & perfectionem: *Beatum, inquit, virum continna legis meditatio & indefesse consummata.* Cuius item viderat vim Periander, sapientiâ nobilitatus in Græcia & omnium famâ celebratus, & effato suo expressit, quod est apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Stromatum: *Μελέτη πάντα καθαίρει, Meditatio vincit expiatque omnia.* Vel, ut est apud Stobæum Serm. 3. *μελέτη*

Doctrina ouum humilitate tegi debet.

Verbum Dei corde fouendum, & charitate calefaciendum antequam foris producat.

Cor nidus, verbum ouum, opus pullus.

Supernâ illustratione opus ad Scripturas intelligendas & explicandas.

Exercitatio spiritualis cum delectatione coniuncta est.

Meditatio rerum diuinarum plenè aliquando voluptatibus.

Quantus sit fructus meditationis.

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.
Ezech. 8,
3.

τὸ πᾶν, *Omnia-fita esse in meditatione. Sanè mentem diuinis assuetam, scoria nudam, & expolitam, super omnem terræ globum & labentium rerum cursum attollit. Quod Ezechiel in arcanis symbolis suis pinxit in hunc modum: Apprehendit me in cincinnis capitis mei, & eleuauit me spiritus inter terram & caluum. Vbi*

S. Gregorius Magnus lib. 31. Moral. cap. 7. cincinnum capitis ait esse cogitationes mentis, quibus à diuino spiritu animus effertur ab imis & deorsum fluentibus curis, & velut inter caelum & terram statuitur, quâ plenè quidem adhuc ad superiora non permeat, sed iam tamen ima dereliquit.

PARAPHRASIS ANONYMI.

GIMEL. 17. **R**EMEMBRARE tibi seruo tuo, & viuifica me; & custodiam sermones tuos.

Erit autem, inquit, bonorum operum remuneratio, vt possim suauiter viuere, & in ijs locis versari, in quibus liceat custodire mandata tua.

18. Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.

Id est; Concede igitur oculis meis videre reatum, ac frui mirabilibus tuis, quibus fruuntur illi qui legem tuam custodiunt. Nam quodd pro reatu roget etiam sequentia indicant.

19. Incola ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua.

Cum, inquit, in hoc incolatu neque sacrificia, neque holocausta, quæ lex præcipit, tibi offerre possim, noli me his priuare, sed redde me templo tuo & legittimis tuis.

20. Concupiuit anima mea desiderare iudicia tua in omni tempore.

* *Vulgata-
iustificatio-
nes tuas*

Vehementer, inquit, desidero in omni tempore facere quæ præcepisti & virtutis curam gerere.

21. Increpasti superbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.

*Petit ut
Babylonij
punitur.*

Id est, *Increpa* (tempus enim variatum est) & puni, inquit, Babylonios, sicut promissisti; verpote qui nullam decori rationem habeant. Et quid inde?

22. Aufer à me opprobrium & contemptum; quia testimonia tua exquisiui.

17. **Α**ΝΤΑΠΟΔΟΣ. τὸ δὲ ἄλωσῃ, ζήσόν με ἐξ ἰσχυροῦ λαζώτες λόγους σου.

Ἐσαμ δέ, φησιν, ἀντίδοσις τῆς ἡμῶν ἐργασίας μοι, τὸ ἡδέως ζῆν, καὶ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις εἶναι, ἐν οἷς ἔχεις φυλάττειν τὰς ἐπιτολάς σου.

18. Ἰη. Ἀποκάλυψον τὰς ὀφθαλμούς μου καὶ κατανόησω τὰ θαυμάσια ἐκ τῶν νόμων σου.

Ἀντὶ τῆς δόξης ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς μου ἰδεῖν τὴν ἐπάνοδον, καὶ ἀπολαύσαι τῆς θαυμασίω σου, ὡς ἀπολαύσει οἱ τὸν νόμον σου φυλάττοντες. ὅτι γὰρ ὁ Θεὸς τῆς ἐπάνοδος ὁ Θεὸς καλεῖται καὶ τὸ εἶναι σημαίνει.

19. Ἰθ. Πάροικος ἐγὼ εἰμι ἐν τῇ γῆ· μὴ ἀποκρύψῃς ἀπ' ἐμοῦ τὰς ἐπιτολάς σου.

Ἐπεὶ, φησιν, ἐν τῇ παροικίᾳ ταύτῃ ἐστὶν θυσίας σοι προσενεῖκῃν, ἐπὶ ὀλοκαυτώματι δυνάμει, ἀὐτόνομος προσάττει, μὴ σιρήσης με τέτων, ἀλλ' ἀπόδος τῷ σὺ τῶν καὶ τοῖς σοῖς με νομίμοις.

20. Ἰκ. Ἐπεπόθησεν ἡ ψυχὴ μου ἐπιθυμῆσαι τὰ κείμενά σου ἐν παντὶ καιρῷ.

Σφόδρα, φησιν, ἐπιθυμῶ τὸ ἐν παντὶ καιρῷ ποιεῖν ἀ προστάξας καὶ ἐπιμελεῖσθαι ἀρετῆς.

21. Ἰλ. Ἐπέτιμησας ὑπερηφάνους: ἔπικατάρησας οἱ ἐκκλίνοντες ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου.

Ἀντὶ τῆς ἐπιτιμῆσιν (ἐνήλλαξ) γὰρ ὁ χεῖρ ἰσχυροῦ καὶ πμάρησας, φησιν, Βαβυλωνίους, καθὼς ἐπηγγείλω. ὡς εἶδεν ἄλλοθεν πικρῶς τὸ προσήκουσθαι. Καὶ τί ἐκ τούτων;

22. Ἰμ. Περίελε ἀπ' ἐμοῦ ὄνειδος καὶ ἐξεδένωσιν ὅτι τὰ μαρτύριά σου ἐξεζήτησα.

Τέτυ

Τέταρον γὰρ ἡγορήθη, φησὶ, ἀξιοῦσθαι ταί με πᾶς ὄνειδος ἔκ παῶσα ἀτιμία, ἐν ἀπαλλαγῇ τῆς αἰχμαλωσίας. Ἀπὸ γὰρ τῶν θείων γραφῶν, φησὶ, ζητήσας, δεῖται ὡς εἰσαρχθῆσονται δίκας οἱ αἰχμαλωτῶσάντες ἡμᾶς.

κγ'. Καὶ γὰρ ἐκάθισαν ἀρχόντες, ἔκατ' ἐμὲ ἐλάλησεν· ὁ δὲ δούλος σου ἠδολέγει ἐν τοῖς δικαίωμασί σου.

Ἀντὶ τῆς, συναχθέντες οἱ ἄρχοντες βελῶ ἐσκέψαντο κατ' ἐμὲ ποικίλῃ· ἀλλ' ἐγώ, φησὶ, τῆς μελέτης τῆς δικαιοσύνης σου ἐκ ἀπίστῳ.

κδ'. Καὶ γὰρ τὰ μαρτύριά σου μελέτη μου ἐστίν·

Ἀντὶ τῆς, ἐκ ἄλλῳ πᾶσι μελέτῳ ἐποιέμῳ, ἐδὲ ἄλλῳ εἶχον ἀσπιδῶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐπιβουλῆς, ἢ τὰ σὲ θεωροῦσαν.

Καὶ ἡ συμβουλίᾳ μου τὰ δικαίωματά σου.

Ἐμαυτῷ γάρ, φησὶ, καλῶς συμβούλευσεν ἐν τῷ καιρῷ τῆς κινδύων, τῷ σὲ μὴ λυποῦμαι, μηδὲ ἐκλείπειν τὴν θεωροῦσαν τὴν σὺν· ὑπερῷ πῆρξε δίκαιος.

κε'. Ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχὴ μου· ζῆσόν με κτὶ τὸν λόγον σου.

Καὶ γάρ, φησὶ, ἐπὶ τὸ ἔδαφος κλῶσθαι ἐμαυτὸν ὥστε ἐδιδόμῳ σου· μυριάκις γὰρ αἰρήμαι θύραι, ἢ μίαν ἡμέραν μὴ ζῆσαι κτὶ τὸν λόγον σου.

κς'. Τὰς ὁδοὺς μου ἐξηγήσει, καὶ ἐπήκουσάς μου· διδάξόν με τὰ δικαίωματά σου.

Ἐπειδὴ γάρ, φησὶ, τῆτο ἐδίδον, πολλῶν μοι παρέστη ἡ γὰρ ἀγαθῶν, καὶ ἐν δόξα σου με πεποιθίας ὡς ἦταν, ὥστε καὶ τὸ ἐξῆς.

κζ'. Ὁδὸν δικαιομάτων σου συνέτισόν μου· καὶ ἀδολεγήσω ἐν τοῖς θαύμασί σου.

Τῆτισθαι, ἐν δόξα σου ἐγρόμῳ ὡς ἐξήπισται· δεῖται ἡγορεύω λοιπὸν εἰς τὸ διηγῆσθαι τὰ θαύμασι σου.

κη'. Ἐνύσταξεν ἡ ψυχὴ μου διὰ ἀκηδίας· ἐβεβαίωσόν μου ἐν τοῖς λόγοις σου.

Hoc enim pacto, inquit, à me omne opprobrium & contemptus auferetur, si à captiuitate fuero liberatus. Diuinas enim, inquit, Scripturas indagando reperi, illos qui in captiuitatem nos abduxerunt poenas luituros.

23. Etenim federunt Principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.

Id est, Principes congregati aduersum me prauum consilium excogitarunt; verumtamen-ego, inquit, à iustificationum tuarum meditatione non destiti.

24. Nam & testimonia tua meditatio mea est:

Id est, Tempore insidiatum non faciebam aliam meditationem, neque aliud studium habebam, nisi tibi seruiendi.

Et consilium meum iustificationes tuæ.

Præclare enim, inquit, mihi ipsi consilebam tempore periculorum, ne discederem à te, neque cultum tuum desererem; quod iustum erat.

25. Adhæsit pavimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum.

Enimuerò, inquit, ad pavementum me inclinans ita te rogabam: millies enim optotius mori, quàm vnâ die non viuere secundum verbum tuum.

26. Vias meas enuntiaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.

Cùm enim, inquit, hoc rogauerim, multa mihi bona suppeditasti, & concessisti vt petitis fruerer, sic & consequenter.

27. Viam iustificationum tuam instrue me; & exercebor in mirabilibus tuis.

Id est, Consecutus sum ea quæ quaesiu; vnde in posterum vacauì mirabilibus tuis enarrandis.

28. Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.

PARAPHRASIS ANONYMI.

DALITH. Exponit ingenium desiderium quod habet viuendi secundum legem Dei.

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

Hæc iterum populus religiosus, Mor-
ti, inquit, proximi fuimus imminencia
nobis mala contemntes: sed tu, in-
quit, confirma nos secundum promissionem
tuam nos ad propria reducendo.

29. Viam iniquitatis amoue
à me; & * lege tua miserere
mei.

* Vulgata
addit de

Viam iniquitatis vocat captiuitatem; &
pulchrè subiunxit, *Lege tuâ miserere mei.*
Id est, Plecte Babylonios; quandoquidem lex
iubebat iniquè agentem plecti, & similia
subire insidiantem.

30. Viam veritatis elegi: iudicia
tua non sum oblitus.

Cum enim, inquit, ex calamitatibus me-
lior euaserim, & bonum propositum ha-
beam omnia quæcumque præcepisti pera-
gendi, restitue me proprijs meis.

31. Adhæsi testimonijs tuis Do-
mine: noli me confundere.

Illud *Adhæsi*, id est, Valdè desidero in
posterum facere mandata tua. Da igitur, in-
quit, finem desiderio meo.

32. Viam mandatorum tuo-
rum cucurri, cum dilatasti cor
meum.

Hoc est promittentis, se cum in prospe-
ritate fuerit omnia mandata studiosè imple-
turum. Nam illud *cucurri*, id est curro.
Cum igitur, inquit, dilates me, id est, in
prosperitate constituas, alacriter pietatis cur-
sum decurro.

Ταῦτα πάλιν ὁ λαὸς ἤϊδ' ἀσεβῶν, πλη-
σίον, φησὶν, ἐγγύμεθα ἔθανάτε ὀλιγορήσαν-
τες, ὡρὸς τὰ ἐπιχειρήματα ἡμῶν κακὰ· ἀλλ' αὐ-
τὸς, φησὶν, ἡμᾶς στήριξον καὶ τὴν ἐπαγγελίαν
σε ἀναγαγὼν ἡμᾶς εἰς τὰ οἰκεία.

κθ'. Ὁ δὸν ἀδικίας ἀπόστηθον
ἀπ' ἐμοῦ· καὶ τῷ νόμῳ σε ἐλέη-
σὸν με.

Ὁ δὸν ἀδικίας καλεῖ τὴν ἀιχμαλωσίαν·
καὶ πάλιν ἐπιτήρησεν, τῷ νόμῳ σε ἐλέησον με.
ἀντὶ τῆς πμώρησας βαβυλωνίως· ἐπειδὴ γὰρ
ὁ νόμος εἶχε πμωρεῖσθαι τὸν ἀδικεῖντα, καὶ
τὰ ὁμοία πάχων τὸν ἐπιβεβλῶντα.

λ'. Ὁ δὸν ἀληθείας ἤρετε ζάμνω
τὰ κέρματα· σε ἐκ ἐπελαθόμην.

Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, ἐκ ἡβ' συμφορῶν
ἰβελπώθην, καὶ ὡρὸς τὸν ἔχω καλῶ τῆ
πάντα ποιεῖν ὅσα ὡρὸς τὰς, ἀποκατα-
σῆσόν με τοῖς οἰκείοις.

λα'. Ἐκολλήθη τῆς μαρτυρίοις σε
κύριε· μή με κατασχέωης.

Τὸ ἐκολλήθην, ἀντὶ τῆς ἀγαν ἐπιθυμῶ
ποιεῖν λοιπὸν τὰς ἐπιτολάς σε, δὲς ἔτι, φησὶ,
τῆ ἐπιθυμία τὸ πῆρας.

λβ'. Ὁ δὸν ἐπιτολῶν σε ἔδρα-
μον, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρ-
δίαν μου.

Τὸ ἐπιτολῶν καλεῖται ὅτι, ὡς ἐν ἀθηναῖς
γνώμην μὴ ἀπεδοῖς πάσας πληροσῆ
τὰς ἐπιτολάς. τὸ γὰρ ἔδραμον, ἀντὶ τῆς δρα-
μῆμα, ἰὰ ἔτι, φησὶ, πλατύνῃς μοι, ταῦτα
ἐν ἀθηναῖς με καταστήσῃς δραμῆμα, ὡρὸς
δύμω τὸν δρόμον τῆς δισβεβείας.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

GIMEL. 17.



RETRIBVE SERVO TVO.]

Ceterum, inquit, hæc erit mihi
bonorum operum retributio, ut
iucundè viuam, idque in locis illis ubi potero
seruare mandata tua. Nemo autem peruersè
uiuens remunerationem exquirat, ne suppli-
cium recipiat pro peccatis: quin potiùs talis
à Deo misericordiam consecutus dicet, Non
secundum iniquitates nostras fecit nobis.
Ad superbiam autem fugiendam apponitur
illud *seruo tuo*; cui subiungitur, *Viuam, &*
custodiam; veram vitam illam futuram intel-

17.



ΝΤΑΠΟΔΟΣ ΤΩ ΔΟΥ-

ΛΩ ΣΟΥ.] Ἐσαυ δέ, φησὶν,

ἀναπώδοις τῆς ἡβ' καλῶν
ἐργασίας μοι, τὸ ἡδῶος ζῆν, καὶ ἐν τόποις ἐν οἷς
ἔστι φυλάττειν τὰς ἐπιτολάς σε. ὡρὸς δὲ
πονηρία σου ἀντιπώδοσον ἕκαστῆ, ἵνα μὴ
λάβῃ κόλασιν ἀντὶ τῶν ἡμαρτιῶν. ἐρεῖ δὲ
μᾶλλον ὁ ποιῶν ἰληθεῖς ὑπὸ θεῶν, εἰ κα-
τὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῶν. εἰς
δοποφυγῆν δὲ ἀλαζονείας τὸ τῷ δέλω
σε ὡρὸς σκεταί· ὡρὸς ἀκολουθεῖ τὸ ζῆσθαι, &
φυλάξω τὴν ἀληθῆ ζῶν λέγων ἔμηνει-
σαι.

σαν. ο καθαρον εν εχρον καρδιαν λεγει τε-
το, και ο καθαροτε χρωμα. λογιμοις.
Υπολαύσαι δε σε της επικυριας τον της
αμαρτίας διαφθοραμ θάνατον, και τη
φολακην ην εντολα θε ου αντηρηθησονται.
Αος εν φησι, τοις οφθαλμοις μου ιδεν η επα-
νοδον, & υπολαυσα εν ην θανάσιαν σε, αν
Υπολαυσα εν τον ιδμον αυ φυλακων τον.
Οπ γδ εθε τις επανδρε φησι εν αγει.

θ. ΠΑΡΟΙΚΟΣ ΕΓΩ ΕΙΜΙ
ΕΝ ΤΗ ΓΗ.] Επει, φησι, εν τη πα-
ροικία ταυτη εν θυσιας σου προσενηλθον
επι ολκαυτων ημε δαυαλα, εθ' ο υβρι-
ωρος εβητε, μη ερηση με τετων, αλλ
Υπολαυσα εν σε ταυ & τοις τοις με νομι-
μοις. Ευσ' οχως δε και το παροικου. ε γδ
καταπαυω πλα γου, αλλα παροικου, κ
μακρον θωδανητε, παρερχομεθα. αιτει εν τ
ην ετολων ηρωσιν ωρη ιαταση. Δεοις γδ
εν πολλας εθλας, και ροιμωιας ειρημωιας
κ εν τη παλαια κ εν τη νεα εν τη παλαια
ηδ' ετας τε εθε θυσιας κ εορτη, κ καθα-
ρον και εθαυασην, και τα εθετε, μεθ' τη
εγδοη ημερα εν δε τη νεα, ο αν ετη τε
δωματα με καταβατω ερα τα εν της οι-
κίας, κ το εθε τε νεκρος θαυα τις εαυ-
τη νεκρος.

κ. ΕΠΕΠΟΘΗΣΕΝ Η ΨΥΧΗ
ΜΟΥ.] Πόθον μω και επιθυμιας το αυτο
λεγει. βεληται δε ειπειν οπ σφοδρα επι-
θυμω τε εν παντι καιρο ποιην α εροσ' ετα-
ξας, και επιμελειδ' αρετη. Επιτιμωσον εν,
φησι, τοις υπερηφανοις λεγα δε τοις βαβυλω-
νοις και καθως επιησειλω ημωρησαι, ως
εδ' ετα λογον τε εροσηκον ποιημενες. ε
ημοιμω ερωρηθησεται με τε ονειδ
και πασα εθελεια. αιτα δε ταυτα, επει-
τηρ υπο ην θελω ζητητας γεφωδ' ερον
ως ειαρω χηθονται ετα. Μηδ' εν δε τετο
εργασαντο. η επει μητηρ ωδ' ερομιας
η υπερηφανα, πειθεσα μη υπακειν
θειοις ερος αγμοσι, και οι ερω βαίνοντις
ε τον ιδμον υπο καταρα εισι, δεικνυσι
δε τλω εαυτε ερωθυμιας ερος τλω ην
ετολων τηρησιν, εκ τε της εκκλησιτας
ταλαιζειν. καλον δε το εκκλησιτας. επει
η ετολα κυρι εθετα εθι, και βραχυ
δε μωσιν εκκλησιαν, και ε παυλας πι-
σειν, υπο καταρα τιθησιν. Επει δε οι
αυθεβεις ειωθασι της ερατης εθεδεν, εν

ligens. Qui dicit purum cor habet dicit il-
lud, & qui mundis vixit cogitationibus.
Porro auxilio tuo fretus effugiam mortem
peccati, & mandatorum tuorum custodia
conservabor. Da igitur, inquit, in oculis
meis reditu appietam, & in mirabilibus
tuis, quibus perfertuntur illi qui legem tuam
contemnunt. Quod enim de reditu agat
Aubiangetur opo αυθημωσιν σου αλλη

19. IN VELA EGOS VMI INTER-
KA.] Cum, inquit, in hoc nichilata neque
sacrificia neque holocausta, quae lex præci-
pit, tibi offerre valeam, noli me his frustra-
re, sed redde me templo tuo & legitimis
tuis. Aptè autem dixit incolà. Neque enim
terram hanc ut domum propriam inhabitā-
mus, sed in ea vestiti in diversorio excipi-
mur, & ubi paululum vixerimus, pertransi-
mus. Petit igitur notitiam mandatorum
priusquam transferatur. Multa namque man-
data reperies tam in veteri quam in noua le-
ge dictata esse: in veteri quidem de sacrificijs
& solemnitatibus, & de mundis atque im-
mundis, & circumcissione octaua die: in no-
ua verò, Qui in tecto non descendat tollere
aliquid de domo sua. Et demitte mortuos se-
pelire mortuos suos.

20. CONCVPIVIT ANIMA MEA.]
Desiderium quidem & concupiscentiam
idem dicit. Vult autem dicere: Quoniam val-
de cupio in omni tempore facere quae præce-
pisti, & virtutis curam gerere. Increpa igitur,
inquit, superbos; intelligit autem Baby-
lonios; & sicut promisisti supplicio affice, ut-
pote qui nullam decori rationem habuerint.
Quo facto auferetur à me opprobrium om-
niumque contemptus. Hæc autem postulo,
quandoquidem diuinas Scripturas inquirens
reperi ipsos supplicia luituros. Hæc autem
Medi itrogarunt. Vel cum superbia mater
fit iniquitatis, quæ suadet non obedire di-
uinis mandatis, illi verò qui legem violant
sub maledicto sint, ostendit suam ad man-
datorum obseruationem alacritatem, ed
quod declinantes miseros pronuntiet. Pul-
chrè autem dixit declinantes. Quia manda-
tum Domini rectum est, & vel modicum
dumtaxat declinare, ac non omnino cadere,
maledicto reddit obnoxium. Ceterum cum
impij virtute præditos extenuare soleant, in

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

Hæc vita
tantum in-
solatus est.

Math. 24,
17.
Math. 8,
22.

Superbia
mater in-
iquitatis.

COM- MENTA- RIYS HE- RACLEO- NIS. tempore persecutionis diuinam opem implo- rat, vt inania reddantur, opprobria aduer- sus eum.

23. ETENIM SEDERVNT PRINCIPES.] Etenim Dauidi, Saül, & Abner, & Achitophel, & ijs qui in Babylone erant, regionis illius Principes obloquebantur, sicut Danieli ac tribus pueris amuli eorum. Verumptamen, inquit, illis hoc agentibus, ego quid feci? A meditatione justificationum tuarum non destiti, & insidiarum tempore, nullum aliud mihi studium erat nisi seruendi tibi: nam mihi ipsi consulebam, ne tempore periculorum te desererem: quod iustum erat. Vel idcirco, inquit, petij vt contemptio auferretur, quia hoc eorum opus erat vt aduersum me loquerentur, ego autem non desistebam à justificationibus tuis, sed ad hoc mihi sermones tui suffragabantur, nullum prauum consiliarium admittens. Deinde ait etiam quid fecerit Deum colens.

25. ADHÆSIT PAVIMENTO ANIMA MEA.] Id est, Ego ipse. Hoc autem dicens suam cum corpore communionem declarat, quæ est ex pavimento & de puluere, siue spontaneam suam humiliationem, quam ostendit pro peccatis suis: per quam etiam viuit secundum Domini sermonem, expectans eum qui humiliantem se exaltat. Vel quia negligentem iudiciorum Dei tractationem sequitur, vt anima nostra pavimento, id est, terrens & porcinis affectionibus, adhaerescat. (Omnis enim anima quæ peccat pavimento agglutinetur.) Vel idem est ac si dicat: Si quando ea quæ carnis sunt sapui, nunc conuersus rogo vt seruet secundum verbum tuum.

26. VIAS MEAS ENVNTIAVI, ET EXAUDI- STI ME.] Quandoquidem, inquit, rogavi vt viuerem secundum legem tuam, & propo- situm meum manifestavi, exaudisti me, & fecisti vt petitis fruerer. Vel vias vocat viuendi instituta; vt in illo, Et omnes vias meas pra- uidisti. Omnes, inquit, actiones meas tibi manifestavi. Hoc idem est cum illo: Dixi, Pronuntiabo aduersum me. id est, Rogo vt docear iustificationes tuas. Diuinâ enim cog- nitione opus est, vt virtutem secundum legem exerceamus, & vt is qui benignitate vti- tur non respiciat ad vanam gloriam, & vir- tutis studiosus humanam laudem minimè

Tempore tentatio- num non deserenda meditatio.

DALITH.

Anima peccatrix terra ad- haeret.

Psal. 134.

Psal. 31, 5.

Cognitio ad legem cu- stodiam ne- cessaria est.

καιροσ διαγωμ̄ αυτε̄ θ̄ειωσ αντιληψ̄ο, να μεταμᾱ ζ̄ωσονται τᾱ κατ' αυτη̄ ο- νειδ̄ο.

23. ΚΑΙ ΕΑΡ ΕΚΑΘΙΣΑΝ ΑΡ- ΧΟΝΤΕΣ.] Καὶ ὁ π̄ρ. Δαβιδ̄ Σαυλ, καὶ Αβνηρ, & Αχιτοφελ, & τ̄οις ἐν Βαβυλων̄, οἱ τ̄ις χωρ̄οις ἀρχοντες ἐπαυλ̄ων, ὡσπερ τ̄ο Δαυιδ̄ & τ̄οις τ̄ρισι παιδ̄οις ἀφ' ὁδοσ̄ ἠαυτων̄. ἀλλ' ἐκε̄ων, φησι, τ̄ιτᾱ ποῑουσιν, ἐγὼ τ̄ι ἔπραττον, ἢ μὴ τ̄ις τ̄ο δικαιομᾱτων̄ σου ἐκ ἀπίστ̄ου, καὶ ἐκ ἀλλ̄ου, καὶ ἐποῑομεν σ̄ωσθ̄ω ἐν τ̄ο τ̄ις ἐπιθυμ̄αις καιροσ̄ ἢ τ̄ο ἀθεσπ̄ασις̄ συμβουλ̄ων ὁδ̄οιμᾱτων̄, μὴ δαπο- σ̄ωσ̄αι σου ἐν τ̄ο τ̄οις κ̄ρισμᾱτων̄ καιροσ̄. ὁπωρ̄ ἔπ̄ηρχ̄ε δ̄ικαιοσ̄, ἢ ὁδ̄ο, τ̄ιτᾱ, φησι, ἢ τ̄οισι πε- ραιρησ̄ται, τ̄ιτω̄ ἀφ' ὁδοσ̄, ἐπεῑ ἔργον ἔχον τ̄ο λαλε̄ν κατ' ἐμ̄. ἐγὼ δ' ἐκ ἀφ̄- σαμ̄ων τ̄ο δικαιομᾱτων̄ σου, ἀλλ' ἀσ̄υμβουλ̄οις ἔχον σ̄ωσ̄αι τ̄οισι λόγοσ̄ σου, ἰδ̄ενα π̄- τ̄ον ὁδοσ̄ ἀφ' ὁδοσ̄ ἀσ̄υμβουλ̄οις. ἢ τ̄ιτω̄ λόγ̄οι καὶ τ̄ι ἔπ̄ηρ̄ε θεσπ̄ασις̄ τ̄ο θε̄ου.

25. ΕΚΘΑΛΗΘΗ ΤΟ ΚΑΛΩΣΤΗ- ΤΥΧΗ ΜΟΥ.] Ἀγ̄τ̄ο τ̄ο, ἐγὼ αὐτοσ̄. Ἔγω δ' ὁ λέγων τ̄ω σ̄ωσ̄αι τ̄ο σ̄ωμ̄οσ̄ κοσ̄μ̄οσ̄ δ̄η- λοσ̄, ἐκ τ̄ο ἰδαφ̄οσ̄ ἡσ̄οσ̄ καὶ τ̄ο χαρ̄οσ̄, ἢ τ̄ω ἰκ̄ουσι τ̄ο περ̄ισσ̄οσ̄ ἰαυτ̄ο, ἰαυτ̄ο ὡσ̄ ἡμαρ̄- τ̄ο ἐπεδείξατο. δι' αὐτ̄οσ̄ καὶ ζ̄η̄ καὶ τ̄ο τ̄ο κ̄ουλοσ̄ λόγοσ̄, σ̄ωσ̄οδοσ̄σ̄αι τ̄ο τ̄οισι τ̄οισι- τᾱ ἰαυτ̄ον ὑψ̄ωσ̄. ἢ ἐπεῑ τ̄ο βαθυμ̄ια τ̄οσ̄ μεταχερ̄ισσ̄οσ̄ τ̄ο τ̄ο θε̄ο κ̄ελεσ̄ται, ἰπακολευσ̄ τ̄ο κολλ̄αδα τ̄ω ψ̄υχ̄ω ἡμ̄οσ̄ τ̄ο ἰδαφ̄οσ̄, τ̄οισι γ̄η̄οισι καὶ χοιρ̄α- δ̄οισι πάθ̄οις (π̄ασ̄α ὁ ψ̄υχ̄ω ἀμαρ̄τ̄ιασ̄ τ̄ο ἰδαφ̄οσ̄ κ̄εκόλληται) ἢ αὐτ̄ο. τ̄ο εἶπ̄οσ̄ πεφ̄εσ̄ται τ̄ο σαρκ̄οσ̄, μὴ ὁπιστ̄έψ̄αι ἀφ' ὁδοσ̄ σ̄ωθ̄ηται καὶ τ̄οισι λόγοσ̄ σου.

26. ΤΑΣ ΟΔΟΥΣ ΜΟΥ ΕΞΗΓ- ΓΕΙΔΑ, ΚΑΙ ΕΠΗΚΟΥΣΑΣ ΜΟΥ.] Εἶπ̄οσ̄, φησι, ἐγὼ τ̄ο ἰδῑθ̄ωσ̄ ὡσ̄ ζ̄η̄οσ̄ καὶ τ̄ο τ̄ο νόμον̄ σου, καὶ τ̄ω σ̄ωσ̄οσ̄ ἡμ̄οσ̄ ἰπ̄οίω- σα φανερᾱ, ἐπ̄ηκουσ̄αι με, & ἐν δαυλᾱοσ̄ ἡμ̄οσ̄ ἰπ̄οίωσ̄αι ὡσ̄ ἦταν̄. ἢ ὁδ̄οσ̄ τ̄ο δ̄ικαιοσ̄ δ̄ε- ματ̄οσ̄ φησι. ὡσ̄ ἐπ̄ τ̄ο, Καὶ π̄ασ̄οσ̄ τ̄οισι ὁδ̄οσ̄ ἡμ̄οσ̄ σ̄ωσ̄οσ̄αι σου, φησι, τ̄οισι ἡμ̄οσ̄ ἰδ̄η- λωσ̄α σ̄ωσ̄οσ̄αι σου. ἢ τ̄ο, Εἶπα, ἀφ' ὁδοσ̄, δ̄ωμοσ̄ διδ̄αχθ̄ησ̄αι σου τ̄ο δικαιομᾱτα. θε̄ιασ̄ ὁδ̄οσ̄ σ̄ωσ̄οσ̄αι σου, ὡσ̄ ἐπ̄ τ̄ο νόμον̄ τ̄ο ἀφ' ὁδοσ̄ μεταλθ̄ειν, καὶ τ̄οισι φιλᾱθεσ̄- π̄ιασ̄ χ̄ερ̄οσ̄, μὴ σ̄ωσ̄αι κ̄εκοσ̄σ̄αι ἰδ̄ε̄ν, μ̄ηδ̄ε τ̄ο ἀσ̄υμβουλ̄οσ̄ ἰπ̄οίωσ̄αι σ̄ωσ̄οσ̄αι σου,

πνον, καὶ τὸ σὺ φρονεῖ δι' αὐτὸ τὸ κελόν, ἀλλὰ μὴ δι' ἀγαθὸν μνησθῆναι τὸ ἐπιτηδὸν ἡμῶν, ἢς ὁ προσφῶντες μεταλαχρεῖν ἄξιοι, ὡς αὐτὸ ἐξ ἡμετέρας ἀποδοῦναι τὰ θεῖα θαυμάσια.

κβ. ΕΝΤΕΤΑΛΕΝ Ἡ ΨΥΧΗ ΜΟΥ.] Πλασίον, φασὶν, ἐξηρώματι τὸ θανάτου, ἀλιζαρῖους ἀπὸ τῆς ἐπιτομῆς καὶ κρημνῶν ἀλλ' αὐτὸς μαρτυροῦν ἐπὶ τῆς ἐπιτομῆς ἡ ἐπιτομῆς ἀμαρτίας χαίρουσιν τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἀκρίβειαν ἐργάζονται. ὁ δὲ Σύμμαχος ἔχει Ἀκύλας καὶ τίταξεν εἶπεν ἢ δὲ πῶς, ἡδοναίς ἰσχυρῶν ἢ ψυχῆ μου. καὶ Ωριγῆνης τὸ ἐνύσταξεν ἡμαρτηθῆναι φησὶν ἕως εἰρημίας. Καὶ οἰομαὶ μὴ νοήσας πῶς τὸ ἰσχυρῶν, τίθειται τὸ ἐνύσταξεν; οἷον ὅτι ὁ πῶς ψυχῶν ἐν ἀκρίβειᾳ ἐκ λυπῆς ἔχον γίνεται ἐν ἰσχυρῶν. οἱ δὲ δυσσεβῆται πῶς τῶν πολλῶν μαρτυριῶν ἐκ δὲ δωκῶν τὸ ἰσχυρῶν, ὅτι νοήσας, ὅτι πεπυκνωμένη ἔστι, καὶ ἐξ ἑαυτῆς δυναμένη ἢ τὴν δικαίαν ψυχῆν, ὡς μὴ ἐν αὐτῆς ἀποβῆναι ἢ δὲ τὴν φωνὴν ἀραμαί, καὶ ἀσφῆρασα, ὡς μὴ ἐξ ἑαυτῆς λόγον θεοῦ διδασκῶνται. τοῦτων δὲ ἐπὶ τὴν ἀμαρτωλότητα, προσέχον ἡμῶν τῶν ἀμαρτωλῶν, ἡμῶν ὡς ἀμαρτωλῶν. ἀλλὰ καὶ ὁ ἰσχυρῶν ἐξ ἑαυτῆς τῶν βέλτεται τὸ βεβαίως με, ὁ γὰρ ἐκλυμῶν τὸ πῶς ἡμῶν αὐτῶν ἀποδοῦναι αἰτεῖ ἔσμενος.

κγ. Ο ΔΟΝ ΑΔΙΚΙΑΣ ΑΠΟΣΤΗΣΟΝ ΑΠ ΕΜΟΥ.] Οὐκ εἶπεν, ἐπὶ ἀποδοῦναι αὐτῆς, ἀλλ' αὐτῶν ἐπ' ἐμῶν, ὡς ἐνυπαρξασάν μου, ἢ δὲ καὶ διομῶν τῶν ἀπὸ τῆς ἐξέλευσιν. καὶ τὸ ἰσχυρῶν σε, φησὶν, ἰσχυρῶν με. ὡς αἰ τῆς ἀπὸ τῆς ἰατρῆς, ἐκ τῆς ἀποδοῦναι μου τῶν ἰσχυρῶν τῆς ἰατρῆς, ἐπὶ τομῆς, ἐπὶ κωντῆρον, ἐπὶ ἀλλοίως πῶς. τῶν δὲ ὁ μὴ Ἀκύλας ὁ δὲ ἰσχυρῶν ἀποδοῦναι. ὁ δὲ Σύμμαχος, ὁ δὲ ἰσχυρῶν ἀποδοῦναι. καὶ οἷον προσφῶντες, ἐπει καὶ ὁ ἰσχυρῶν ἐξ ἑαυτῆς τῶν ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῆς ἀποδοῦναι ἀποδοῦναι ἀποδοῦναι δεικνύς τὸ ἀποδοῦναι. ὁ δὲ γὰρ φησὶν, ἀποδοῦναι ἡρεπῶν. σάμην τῶν πῶς φιλαλήθης ἐρεπῶν. ὁ δὲ δὲ ἀποδοῦναι οἷον οἷον ὁ δὲ ἀποδοῦναι ἀποδοῦναι ἀποδοῦναι. ἀποδοῦναι εἶπεν ὡς ἀποδοῦναι ἀποδοῦναι ἀποδοῦναι, φησὶν, τῶν μαρτυριῶν σε. ἢ ἀποδοῦναι ὡς μὴ ὡς ἐπὶ τῶν βεβαίως με ἀποδοῦναι. ὁ δὲ, μὴ με κατασχέω. ὅτι ἐπὶ τῶν ἀποδοῦναι ἐπὶ τῆς καὶ θεοῦ ἀποδοῦναι. ἐξ ἀποδοῦναι

lectetur, & vir temperans propter ipsam honestatem, sed non propter pudorem hoc vivendi institutum teneat, quod Propheta consequi rogat, ut habeat ortam divina mirabilia enarrandi.

28. DORMITAVIT ANIMA MEA.] Factus sum, inquit, mortis vicinus, negligens imminetia mihi mala: sed tu ipse, inquit, me confirma promissione tua. Vel quoniam sepe numero adiectio peccati seghem reddit rationem, & acediam operatur. Symmachus autem & Aquila *Distillavit* dixerunt; Quinta verò Editio, *Stillavit anima mea*. Et Origenes illud *Dormitavit* erratum esse ait sic dicens: Et existimo quempiam cum non intelligeret illud *Stillavit* posuisse *Dormitavit*; quia nimirum is qui præ mœrore animo deficit dormitabundus fit. Qui verò reverentur testimonium plurimorum exponentium *Stillavit*, sic intelligunt, quod anima iusti solida fit, & se continere valeat, ita ut nihil ipsius diffluat; improbi verò mollis sit ac fluxa, ita ut verbum Dei quod edocetur minimè contineat. Sic utique nos etiam oportet multò magis attendere ijs quæ audienda sunt, ne unquam diffluamus. Sed & adiunctus versiculus hoc postulat: *Confirma me*. Nam dissolutus firmitatem atque constantiam sibi dari postulat.

COM-MENTARIVS HERACLEONTIS.

Peccatum acediam generat.

29. VIAM INIQUITATIS AMOVE A ME.] Non dixit, Me remove ab ea, sed ipsam me, tamquam mihi pridem insitam; ita ut Deo opus sit ad eius expulsionem. Et legitur, inquit, *miserere me*. Ac si quis dicat Medico, Cura me ex lege medica, siue scissuris, siue vstulationibus, siue alio quovis modo. Hoc autem Aquila quidem *viam mendacij* exposuit; Symmachus verò, *viam mendacem aufer*. Quod etiam puto probabilius, quandoquidem sequens versiculus contrariam mendacio opponat veritatem declarans sequelam. *Viam enim, inquit, veritatis elegi*. Hoc dicet omnis qui amat veritatem. Vide autem ex qualibus in qualia secundum Deum proficiens venerit. Nam cum superius dixisset *Adhasit pavimento*, nunc ait, *Adhasi testimonijs tuis*. Et superius quidem quasi statu carens ait, *Confirma me*; hic verò, *Noli me confundere*: quod est excidentis profectu secundum Deum. Non simpliciter

Viam iniquitatis canonoda.

CATE-
NA PA-
TRVM.

autem dixit, *Secutus sum*, sed *Adhæsi*, id est, Ne ad modicum quidem distuli.

Via man-
datorum
currenda.

32. VIAM MANDATORVM TVORVM CV-
CVRRI.] Viam, inquit, mandatorum tuorum sine impedimento percurri, à te currendi faci-
cilitatem accipiens. Hoc enim vocat dilata-
tionem. Salomon quoque ait: *Sapientia in*
exitibus canitur, in plateis autem cum liber-
tate agit. Plateis autem, non vijs, sed gordi-
bus, quæ dilatat. Deus Angustum enim cor non capit mansionem Patris, & Filij & Spi-
ritus sancti. Quin & aliter; Sermones man-
datorum dilatantes cor facilem ipsi reddunt viam actionis.

Prou. 1, 20.

C A T E N A P A T R V M.

CIMEL.

RETRIBVE SERVO TVO.] **Q**UONIAM GENESIS: Danti retribuit sicut Abrahamo Isaacum, & ei qui attulit: decem mnas illas ipsas præbuit illi Dominus.

THEODORI. Retribue, inquit, seruo tuo, ne sine mercede videar fecisse iustificationes tuas. Retribue mihi diuinam ac beatam vitam, vt secundum illam viuens custodia sermones tuos. Post eorum enim com-
memorationem, consequitur obseruatio.

Solius iusti
est petere à
Deo resti-
butionem.

ANONYMI. Nos qui non sumus mundi corde, nec habemus conscientiam, quæ ad Deum fiduciam habere possit, dum oramus minimè dicimus, *Retribue seruo tuo*: nam si retribueris, puniet nos propter peccata nostra, Is igitur qui ad instar nostri à Deo misericordiam consecutus est dicit, *Non secundum iniquitates nostras fecit nobis, neque secundum peccata nostra retribuit nobis. Qui verò fiduciam habet ad Deum, conscientie suæ confusus ait, Retribue seruo tuo*; eò quod nil poenâ dignum gesserit. Ne autem hic sermo videretur esse arrogans, habet aliquid fecuritatis. Non enim dixit *Retribue mihi*, sed *Retribue seruo tuo*. Si quis est seruus tuus et iam seruiet tibi. Illud autem *Viuisca me* ad tempus futurum vitam refert. Non enim arbitror quod tamquam iam pridem viuens dicat illud, *Viuisca me*; sed verosimiliter refert ad vitam veram. Vnde subdit: *Ex custodia sermone tuos.* Vita enim vera est custodia legis.

Psal. 103, 10.

Vita vera
est custodia
legis.

δι εἶπεν, ἠκολούθησα, ἀλλ' ἐκολληθῆλω. ἀντὶ τῆ, εἰς τὸ πρὸς βραχὺ ἀνεχώρησα.

57. *Portio mea es Domine, &c.*] S. Ambrosius hæc verba exponens, in hunc modum de Ecclesiasticis, quos Ministros altaris appellat, sermonem instituit: *Quam rarus in terris qui potest dicere, Portio mea Dominus, quam alienus a vitiis, quam segregatus ab omni labe peccati, qui nihil habeat commune cum saeculo, nihil mundi huius vendicet sibi, cui non sit corporaliu[m] possessio cupiditatum, quem non inflammet libido, non stimulet auaritia, non lascinia effeminet, non luxuria decoloret, non sternat ambitio, non maceret inuidia, non aliqua secularium negotiorum cura sollicitet. Verus minister altaris Deo, non sibi natus.* Ad eandem rem explicandam adducit nominis *Lemi* tacitum mysterium; vnde Leuiticus ordo & augustus Sacerdotij cultus manauit. *Lemi* enim ipse mihi assumptus, vel ipse meus significat. Quod longè antè Philo Hebræus in monumentis suis prodidit: Est enim, inquit, *Lemi* auris mot, ipse mihi, vel ipse meus. Addit verò institutum esse Leuitarum, omnia hæc caduca & inferiora despiciere, vno Deo contentum esse, vno Deo lætari; adfertque exemplum antiqui Philosophi, qui viso magnificentissimæ pompæ apparatu; *Quam multis*, inquit, *non egeo.* Sed longè præclariùs hoc verbo & exemplo docuit Philosophus verè Christianus S. Paulinus Nolæ Episcopus, quem eloquentia & multiplex inter homines eruditio, quem diuitiæ, quem splendor & dignitas, quem illustis familiæ decora & nobilitas commendabant: quibus omnibus Dei causâ repudiatis, proque nihilo habitis, religiosissimæ mentis pietatem anteposuit, Ecclesiæ se mancipauit, Christum solum pro parte & opima hereditate sua delegit. Audiamus igitur tantum Mystam in Epistola ad Aprum suauissimè & libero fastidio resonantem: *Sibi, inquit, habeant litteras suas Oratores, sibi sapientiam suam Philosophi, sibi diuitias suas diuites, sibi Regna sua Reges; nobis gloria & possessio & Regnum Christus est: nobis sapientia in stultitia prædicationis, nobis virtus in infirmitate carnis, nobis gloria in crucis scandalo, quo mihi mundus occiditur, & ego mundo, ut viuam Deo, non autem ego, sed in me Christus.* O mentem aris dignam & mysteriorum diuinorum curatione! Quid hac hominum Ecclesiasticorum perfectione dici mirabilius illustriusque possit? Homines in mundo reperire mundi exules, & mundo superiores, qui corpus ferant, sed ab ipsius labe & contagione seuocentur, in carne viuant, & Angelorum imitentur castimoniam, in rerum humanarum commotione non magis quàm Romanus Terminus loco cedant, & è quadro solidæ virtutis & religionis amoneantur; qui laborem quieti, penuriam opulentia, laudi & gloriæ humilitatem ignominiamque præferant, Christum denique omnium loco deliciarum & commodorum partem habeant & vnicam possessionem. Ita disertè & pulchrè Cresollus noster lib. 3. Mytagogi cap. 2.

Solus Dominus debet esse portio Ecclesiasticorum.

Lemi quid significet, & quod sit institutum Leuitarum.

S. Paulini pars & portio Christianus.

Quanta debeas esse perfectio Ecclesiasticorum.

Misericordia in se postulanda peccantis.

teram Prophetæ, iuxta quam non misericordiam, sed iustitiam exposcit. Nam qui publicam personam gerit aded stimulari debet zelo vindictæ, vt vel contra seipsum pœnas irrogari velit. Itaque dum Dauid peccatorum suorum pœnitentiam ageret, non nudam misericordiam deposcebat, sed etiam rigorem & iustitiam: quem imitari debent quotquot suorum peccatorum verè pœnitent, neque ægrè ferre, si Sacerdos grauiùs in eos agat, vt pœnitentis errata castiget, ne ex nimia indulgentia delinquendi licentia foueatur. *Facilitas enim venia* (inquit Ambrosius ad hunc locum) *incentiuum tribuit delinquendi.* Hoc ideo dictum est, vt sciamus secundum verbum Dei, secundum rationem dispensandam esse misericordiam debitoribus. Et paucis interiectis: *Propheta igitur in isto versiculo diuidit causas, vt & misericordiam quasi homo postulet, quia nemo sine sorde peccati, & iustitiam quasi Propheta deposcat. Vel certè, quoniam licet peccauerit sicut homo, & quasi peccator misericordiam egeat, tamen correxit errorem, pœnitentiam gessit, abstinuit à temulentia delinquendi sobrietate virtutis.* Petit ergo iustitiam secundum Verbum Dei; quia Verbi Dei scientia est, vt conuersis venia donetur, si legitima est facta conuersio. Ita S. Ambrosius.

ANNO-TATIONES COR- DERII.

59. *Cogitavi vias meas, & conuersi pedes meos in testimonia tua.*] Notat R. P. Nolter Claudius Aquauia examen conscientia & fructus eiusdem hoc versiculo apertissimè contineri: Nam cogitare vias suas, inquit, nihil est aliud quàm seipsum accuratè explorare ac perscrutari: fructus verò quod sequitur: *Conuersi pedes meos in testimonia tua.* Ad hoc enim quisque peruestigare se & examinare debet, vt vias suas corrigat, & conuertat pedes suos in testimonia Dei. Sic enim deslere mala debemus quæ admittimus, vt manu sanctæ sollicitudinis abstergamus. Plura de conscientiaë examinis ratione vide apud P. N. Claudium ad hunc versum.

Examinanda conscientia, & defectus emendandi.

60. *Paratus sum, & non sum turbatus, &c.*] Paratus, inquit, ad omnia quæcumque præceperis, & tibi plenè subiectus, emergentibus impedimentis non turbor, sed pacatè tua mandata custodio. Cùm enim meipsum non quæram, sed tuam voluntatem implere cupiam, nec afflictionibus, nec detractionibus, nec terroribus quattior, nec à via perfectionis dimoueor, quia tibi subesse, quod solum quærebam, inuenio. Ex hoc loco S. Basilius Hom. de ira pulchrè docet aduersus impotentes animi commotiones habendas esse quasdam, vt ipse vocat, *προεπαυδαὶ ἢ διαβίαι, preparationes & animi dispositiones*, quæ, inquit, exilientis cordis pulsus & vehementes concitationes reprimunt, & mentem ad firmitudinem quamdam generosæ constantia & tranquillitatem deducunt.

Non turbatur qui ad omnem Dei voluntatem paratus est.

61. *Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus.*] Funium nomine non tam insidias ab iniquis paratas, quàm deprauatæ naturæ ad malum propensiones ex primis peccatoribus ac parentibus nostris per propagationem nobis ingeneratas hoc loco intelligendas censeo. Quare magna laus est, Deique ingens beneficium, si legem Dei non obliuiscatur is, quem tales funes & catenæ constringunt. Quoties enim legem diuinam violamus, dum

Præparatio propensiones sunt peccatorum funes.

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

his funibus ad malum trahimur? Quoties, dum conamur dissolui, reperimus nos indissolubiliori nodo ligatos, & maiori difficultate constrictos? De his vinculis videtur locutus Ambrosius Serm. 8. in hunc Psalmum cum ait: *Isti sunt funes, quibus trahuntur peccata ut fune longo, & ut loro ingi vitula iniquitatis. Vitula enim indomita plus se iactat & excutit cum tenetur, nec acquiescit imperio, nec stringitur vinculo, sed magis cum loro retrahitur exasperatur: itaque nec coacta se subycit: nec tamen libera vinculo- rum est. Sicut ergo trahit vitula loro ingi, qua etsi non tenetur è proximo, tenetur tamen, nec se explicat & absoluit: ita trahit unusquisque peccator indomitis moribus iniquitatis, qui putat se liberum, quia non est ingo subditus subiectusque iudicio, & nescit quod non sit exutus, sed magis, ut illa vitula, & ipse se implicat suorum nexibus peccatorum. Hi sunt ergo funes delictorum nostrorum, quibus inuolnimur & ligamur, quemadmodum sunt & vincula delictorum. Et ideo Saluator, qui habet in potestate*

peccatum dimittere, dicit ys qui sunt in vinculis, Exite: utinam & mihi dicat: Exi de vinculis tuis, exi de nexibus peccatorum tuorum, solve funes erroris tui, quibus circumdatus & ligatus es. Hæc ille. Opus est ergo Dei, quod ab affectibus expediamur, & nos virtutibus moderemur. Qui autem funes hîc dicuntur circumplectentes vel implicantes, ab Isaia dicuntur funiculi vanitatis, & vincula plaustrî: quo plaustrô scelere cretibus rectâ in orcum inuehitur. Va qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustrî peccatum. Eleganter S. Augustinus in Plal. 139. Optimè, inquit, dicitur vestis peccatorum. Vt enim torqueatur vestis additur & non adduntur recta fila, sed torta, &c. Ad hos funes perumpendos Samsonis heroicâ vi opus est, qui Spiritus sancti dono & munere fortis, & diuinâ constantiâ præditus, Philistæorum funes conscidit, & vt fila araneorum in frustra comminuit. Peccator autem funes suos in dies corroborat, quibus vt victima & infelix piamentum trahitur ad necem.

Isaie 5, 18.

PARAPHRASIS ANONYMI.

YETH.

65. **B**ONITATEM fecisti cum seruo tuo Domine secundum verbum tuum.

Illud fecisti secundum tempus mutatum est: ponitur enim pro fac. q. d. Benignitatem igitur tuam nobis largire, prout promissisti. Hoc enim ait, secundum verbum tuum.

66. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

Vt, inquit, castigatio quam sustinemus benignitas inueniatur, ad noticiam tuam adducens. Non enim ignoro, inquit, quod pro peccatis poenas pendo. vnde subdit:

67. Priusquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui.

Hanc autem, inquit, humiliationem & ærumnam meam præcessit peccatum, atque ideo sustinui & sustineo flagella, sciens hæc infligi pro peccatis, vt post eorundem tolerantiam boni quidpiam consequar. vnde subiungit:

68. Bonus es tu Domine: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.

Id est: Maior in te bonitas est quam

* Vulgata omisit.

Bonitas in Deo excelsit iustitiam.

Ξ΄. ΧΡΗΣΙΟΤΗΤΑ ΕΠΟΙΗΣΑΣ ΜΕ, & ΔΕΛΕΩΣΕ ΚΥΡΕΙΕ ΚΥ Τὸν ΛΟΓΟΝ ΣΕ.

Τὸ ἐποίησας ἐνήλλαυται καὶ τὸν χρονον ἐστὶ γὰρ ἀντὶ τῆς ποιήσας. ἵνα εἴπῃ ὅτι πλὴν χρησιότητα ἐν τῷ σὺν ἡμῶν χείρας, καθὼς ἐπηγείλω. τὸ γὰρ λέγει, καὶ τὸν λόγον σε.

Ξ΄. Χρησιότητα καὶ παιδείαν καὶ γνώσιν διδάξόν με ὅτι ταῖς ἐπιτάλαις σε ἐπίσθουσα.

Ὡστε, φησὶ, τῷ παιδέωσιν καὶ ὑπομῶνομα χρησιότητα διδόναι, εἰς γνώσιν τῷ σὺν ὁδηγῶσαν. Οὐ γὰρ ἀγνοῶ, φησὶ, ὅτι ὑπὸ ἀμαρτημάτων τῶν δικαίων ὄντων ἐπιφέρει.

Ξζ. Πρὸς με ταπεινωθεῖναι ἐγὼ ἐπλημμέλησα· διὰ τῶν λόγων σου ἐφύλαξα.

Τῆς δὲ ταπεινώσεώς μου, φησὶ, τῆς ἐπιταύθα καὶ τῆς συμφορῆς ἠγήσατο ἀμαρτία, καὶ διὰ τῶν ὑπέμεινα καὶ ὑπεμείνω τὰς μέσους, εἰδὼς ὡς ὑπὸ ἀμαρτημάτων αὐτὰ γίνονται, ὅτι τὰ με χρεῖται πρὸς ἀπολαύσασιν καὶ τῷ ὑπομῶν. ὅθεν ἐπάγει.

Ξη. Χειρὸς εἶσὺ κύριε· καὶ ἐν τῇ χρησιότητι σε διδάξόν με τὰ δικαιώματά σου.

Ἀντὶ τῆς πλείων ὄντων σοὶ χρησιότητος τὸ δικαιο-

δικαιοσύνης. εἰ τόντω δὲ ἢ δικαιοσύνην
ἐπιωρῶσαι, δὲ τὴν χεῖρ ὄντα συγχώρησον
μπανοῦσι. τὴν δὲ λέγει πάλιν τὸ δίδαξέ
με τὰ δικαιώματά σου. ἀντὶ τῆς ἐν λυ-
γαύσῃ με κρίσεις τῆς σῆς γλώσσῃς.

Ξθ'. Ἐπλήθυνθη ἐπ' ἐμὲ ἀδι-
κία ὑπερηφάνων· ἐγὼ δὲ ἐν ὅλῃ
καρδίᾳ μου ἐξερευνησάτω τὰς ἐντο-
λάς σου.

Ἄλλως τί, φησιν, ἐπειδὴ καὶ τὸν σκο-
πῶν σε παρῆλθον οἱ Βαβυλώνιοι (πλείον
δὲ ἡμᾶς τιμωροῦνται ἢ αὐτοὶ ἠβελή-
θης) καὶ ἔτας ἡμεῖς ὑπομνήσθημεν . δι'
ἀμφοτέρωθεν εἰ σαθεὶ ἡμᾶς, δὲ τί τὴν
ἐκείνων ὑπερηφάνια, δὲ τί τὴν ἡμετέ-
ραν ὑπομνήσθημεν . εἰ δὲ ἐξέστη ἡμᾶς τῆ
προσέκωτος ἢ πλείον ἀδικία, λογιζομένης
ὡς ἐφορᾷς, καὶ μισεῖς τὸ πλείον ἐν τιμωρίᾳ,
καὶ τὴν ἀρχὴν καὶ γλώσσῃ σου πάχου-
σιν οἱ πάχοντες. καὶ αὐτὸ λέγειν ἐκ ὧρα-
λάου ἐπάγει.

θ'. Ἐπρώθη ὡς γάλα ἡ καρ-
διά αὐτῶν· ἐγὼ δὲ τὸν νόμον σου
ἐμελέτησα.

Τύρωσον πάλιν καλεῖ τὸ πυκνὸν καὶ ἀνέν-
δοτον. βύβεται εἰ εἰπέω, ὡς ἐδὲ μία ὧρα
βαβυλωνίαν ἔστιν ἰσοδοῦς ἢ χάλυασις γλώ-
σσῃς, ἀλλὰ πεπύκνωται, καὶ τινάσσεται ὡς
τὸ κακὸς ποιεῖν τὴς ἀιχμαλώτους.

θα'. Ἀγαθὸν μοι ὅτι ἐταπείνω-
σάς με· ὅπως αὖ μαθῶ τὰ δικαιώ-
ματά σου.

Ἄλλ' ἐμοί, φησιν, ἢ ἐκείνων ὁμοίως καὶ
τὸ αἰτιόδοτον ὡρὸς ἀγαθῆς γίνονται· ἐκ τῆς
δὲ συλλογῆς ὡρὸς τὸ σφόδρα σε ζη-
τεῖν, καὶ τὴν ὧρα σου ἀναμνήσθη βοήθειαν. εἰ
μὴ εἰ κακῶς τὸ σκοπεῖ ἐποίησεν, καὶ χάλυα
εἶχον αὐτοῖς, ὅτι κινῶσι σε δὲ τῆς ὡρὸς
ἀντιπάθειαν, εἰς τὸ παρτὶ τῶν πῶ σαθεῖ
τὴς κακῶς πάχοντας παρ' αὐτῶν.

οβ'. Ἀγαθός μοι ὁ νόμος σου
σώματός σου, ὑπὲρ χιλιάδας χρυ-
σίδος, καὶ ἀργυροῦ.

Ἄλλὰ πλείον, φησιν, ὁμοίως ἀλλ'
ἐμοὶ ἀγαθὸν ἔστιν ἢ σὺ νόμον ἐπιτολή, καὶ ἢ
δὲ τῶν ἠδεια ἢ παρτὸς πλείον ὡρῃ-
μοτίως.

iustitia. Si igitur propter iustitiam me pu-
niueris, propter bonitatem condona pœni-
tentibus. Hoc enim iterum dicit: *Doce me
iustificaciones tuas.* id est, Fac me frui tua
sententiâ.

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

69. Multiplicata est super me
iniquitas superborum; ego autem
in toto corde meo scrutabor man-
data tua.

Aliàs etiam, inquit, cum Babylonij quo-
que tuum terminum transgressi sint (plus
enim nos puniunt quàm ipse volueris) etiam
sic nos sustinemus. Propter utraque igitur [in-
quit] serua nos, tum propter illorum super-
biam, tum propter nostram patientiam.
Neque enim maior illa iniuria nos exorbita-
re fecit à decore, cogitantes quomodo aspi-
cias, & oderis nimiam vindictam, licet sub
initium ex mente perpetiantur hi qui illam
sustinent. Atque id ipsum per comparatio-
nem exponens subdit:

70. Coagulatum est sicut lac
cor eorum: ego * autem legem
tuam meditatus sum.

* Vulgata
verò

Coagulationem rursus appellat densita-
tem & feueritatem. Vult igitur dicere, Baby-
lonijs nullam esse clementiam aut mentis
remissionem, sed illos animum obfirmasse,
& intendisse ad mala captiuis irroganda.

71. Bonum mihi quia humili-
asti me: vt discam iustificaciones
tuas.

Verum mihi, inquit, eorum crudelitas &
feueritas in bonum cedit: exinde enim im-
pellor ad vehementer te querendum, & auxi-
lium tuum prestolandum. Nisi utique malo
hoc sine fecissent, etiam gratiam ipsis habuis-
sem, quod per hoc te moueant ad auersio-
nem, vt omni modo serues eos qui ab ipsis
malè affliguntur.

72. * Bona mihi lex oris tui,
super millia auri, & argenti.

* Vulgata
Bonum

Ceterum ditescunt, inquit, illi: sed mihi
bonum est legis tue mandatum, & pau-
pertas propter eam diuitijs omnibus præfe-
renda est.

Legis custo-
dia a diuitijs
preferenda.

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.
I O D.

73. Manus tuæ fecerunt me, & psalmauerunt me: da mihi intellectum, & discam mandata tua.

Sicut, inquit, nos facere nosti, ita & id, quod conducit nobis. Quocirca etiam da nobis intellectum: id est, Redde nos intelligentes, ut legem tuam iniquis diuitijs præferamus.

74. Qui timent te videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua supersperaui.

Cum igitur, inquit, plurimi sint qui eandem mecum mentem habent, & in me respiciunt, fac mihi benè, ut lætentur hi qui eiusdem mecum sententiæ sunt, certiores facti, quia minimè negligis sperantes in te.

75. Cognoui Domine, quia * iustitia iudicia tua: & * veritate humiliasti me.

* Vulgata
æquitas
* in veritate tua

Et ad hoc, inquit, respice Domine, quomodo captiuitatis causam non ignorauerim; scio enim illam esse peccata: vnde non sustinisti me, sed tamquam iustus & verax humiliasti me, donec peccatum meum agnoscam.

76. Fiat * nunc misericordia tua vt consoletur me, secundum eloquium tuum seruo tuo.

* Absq̃ à
Vulgata.
Imploras
Dei misericordiam.

Quemadmodum igitur, inquit, peccantem me humiliasti, ita miserere pœnitentis.

77. Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam: quia lex tua meditatio mea est.

Vtique, inquit, dignus sum miserationibus, qui curam gero custodiæ legis tuæ, & in captiuitate existo.

78. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

Si autem, inquit, me clementiâ dignum censēs, utpote pœnitentem, & mandata tua meditantem, puni Babylonios, tamquam plus æquo iniuriam inferentes.

79. Conuertantur * ad me qui

* Vulgata
mihi timentes

ογ'. Αἱ χεῖρες σε ἐποίησαν με, καὶ ἐπλασαν με· σωέψον με, καὶ μαθήσομαι τὰς ἐντολάς σε.

Ὡς ποιῆσαι ἡμᾶς, φησι, γνώσκεις, καὶ τὸ συμφέρον ἡμῶν. διὸ καὶ σωέψου ἡμᾶς· ἀντὶ τῆς σωετίας ποιήσου, τὴν φρονημαίαν τὸν νόμον σε ἀδίκως πλάτεις.

οδ'. Οἱ φοβέμενοί σε ὄψονται με, καὶ διφρακθήσονται· ὅτι εἰς τὰς λόγους σε ἐπήλπισα.

Ἐπεὶ εἶ, φησι, πολλοὶ εἰσιν οἱ τὴν αὐτῷ μοι γνώμῳ ἔχοντες, καὶ ἀφορῶσι εἰς ἐμὲ, ποιήσου μοι καλῶς, ὡς ἀν διφρακθεῖν οἱ ὁμογνώμονες, πιστῆσθῶμεν, ὡς ἐκ ἀμελείας ἢ ἐλπίζοντες ἐπὶ σε.

οε'. Ἐγὼν κύριε, ὅτι δηαιοσύνη τὰ κέματα σε· καὶ ἀληθεία ἐταπείνωσάς με.

Καὶ πρὸς τὸτό, φησι, ἀπόβλεψον δέσποτα, ὡς τῆς ἀιχμαλωσίας τὴν αἰτίαν ἐκ ἠγνόησαι· ἐπίσταμαι γὰρ εἶν αὐτῷ δι' ἀμαρτίας· εἶδον ἐδὲ πνέχον με, ἀλλ' ὡς δίκαιος καὶ ἀληθὴς ἐταπείνωσάς με, ἕως ἀν ἐπιγνώ με τὸ ἀμάρτημα.

ος'. Γενηθήτω δὴ τὸ ἔλεός σε· ἐπαρκαλέσασα με, καὶ τὸ λόγιόν σε πρὸς δέλω σε.

Οὐκᾶν, φησι, ὡς περ ἡμαρτηκότα ἐταπείνωσάς με, ἔγω μετανοῶντα ἐλείψου.

οζ'. Ἐλθέτωσαν οἱ οἰκτιρμοί σε, καὶ ζήσομαι· ὅτι ὁ νόμος σε μελέτη μου ἐστίν.

Οὐκᾶν, φησι, οἰκτιρῶν ἀξιός εἰμι, ὁ τῆς φυλακῆς τὴν νόμον σε φρονητίας, καὶ ἐν ἀιχμαλωσίᾳ ὑπάρχων.

οη'. Αἰγυνοθήτωσαν ὑπερήφανοι, ὅτι ἀδίκως ἠνόμησαν εἰς ἐμὲ· ἐγὼ δὲ ἀδολεσχίσω ἐν ταῖς ἐντολαῖς σε.

Εἰ δὲ ἐμὲ, φησι, ἀξιός φιλαφροσύνας, ὡς μετανοήσαντα, καὶ τὴν μελέτην ἔχοντα εἰς τὰς σεὰς ἐντολάς, πμάρησαι Βαβυλωνίους, ὡς πλείον τὴν δέοντ' ἢ δικηκτίας.

οθ'. Ἐπισρεψάτωσαν με οἱ φοβέμενοί

βέβημοί σε, καὶ οἱ γινώσκοντες τὰ μαρτύριά σε.

timent te, & qui * cognoscunt testimonia tua.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.
* Vulgata
nouerunt

Εἴ π, φησὶ, & χρεώσῃ ἐπ' ημιωρηθῆναι, παρ' ἰδίων ἀρχόντων τὸ το πάρεσσ διδύκην-
σον, ἐπαναγαγών με, & μὴ ὡσαύτ' Βαβυλωνί-
ων, οἱ τὸ δίκαιον ἐκ ἴσασιν. ὑπὸ γὰρ ἑσῶ
ἰδίων ημιωρηθῆναι σκοπῶν τὴν γῆρας βελ-
τίων. ὅθεν ἐπαύσα.

Si quid, inquit, adhuc pœnz debeam, complaceat tibi vt à proprijs Principibus id perpetiar, cùm me reduxeris, & non à Babylonijs, qui nesciunt æquitatem. Nam à proprijs punitus conor melior euadere. vnde subdit:

π'. Γενηθήτω ἡ καρδία μου ἄμωμ' ἐν τῆς δικαιομασί σε, ὅπως αὐτὴ μὴ αἰχμηθῶ.

80. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vt non confundar.

Τότε γὰρ ἔσαι, φησὶν, ἡ καρδία μου ἄμω-
μ' & βελτιωθήτω τὴν μὴ τοῖς οἰκείοις ἁμαρ-
τησί, ὅς ὡς αἰχμηθῆναι προσγίγνεται.

Tunc enim, inquit, erit cor meum immaculatum, cùm fuerit emendatum à proprijs lapsibus, à quibus pudor progignitur.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Ξ'. ΠΡΩΤΟΤΗΤΑ ΕΠΟΙΗΣΑΣ.] Πείρασ γὰρ λαβών σου τῆς χρηστότητος, καὶ αὐτῆς πάντας ὑπολαύσας ὡσαύτα καλῶς. προσεμί-
μῶν δὲ τὸ, καὶ λόγιόν σου, δηλοῖ ὡς σου λόγος καὶ αἰτία πῶς γίνεται ἡ τὴν καρδίαν χρη-
στότης διὸ αὐτὸν ἀξίως γῆρας διδάσκαλον, ἵνα σου αὐτῆς & παιδείας & γνώσεως μάθω. παιδείας μὲν τὴν ἠθικῶν, γνώσεως δὲ τὴν θεωρητικῶν. ἢ οἶδεν ὁ προσφύτης τῆς παιδείας τὸ χρησιμὸν ἔχειν ἑξαιτεῖ μὲν χρηστότητος ἐπαχθῆναι πάντως αὐτῶν. ὁ δὲ Συμμαχ' ἀντὶ τῆς χρηστότητος ἐποίησας, διεργάσας τὸν δούλον σου, ἔξιδωκε. διδασκόμεθα δὲ μὴ ἀνασθηταῖς διακρίσας πρὸς τῆς θείας διεργασίας. καλῶς δὲ πρὸς τὴν παρρησί-
ας τὴν πλημμέλειαν ἔθηκε. πρὸς γὰρ τὴν παρρησίαν πλῆρες ἔσμεν ἁμαρτίας, πρὸς πλημμελίαν ἡμεῖς ἐκ τῆς ἀμετρείας ῥαθυμίας, δύρα ἀνοήτοις τῶν πρὸς ἡμᾶς διαβόλων, καὶ διαβόλων τῶν ἀνοήτων ποιῶντες κατ' ἡμῶν. ἴσῃσι δὲ, ὡς ὁ δίκαιος, καὶ ἡ τὰ συμβαίνοντα λυπηθῶ, λέγει τὸς θεῶν, χρεώσῃς εἶσὺν ἡμῶν.

65. BENIGNITATEM FECISTI.] ΤΕΤΗ.

BENIGNITATEM FECISTI.] Nam cùm benignitatis tuæ periculum fecerim, rursus etiam vt hanc consequar precor. Id autem quod additur, secundum eloquium tuum, declarat quomodo Domini benignitas cum ratione & causa aliqua fiat; quapropter ipsum rogo vt præceptor meus sit, vt cum ipsa simul & disciplinam & scientiam discam; disciplinam quidem moralem, scientiam verò speculatiuam. Vel agnouit Propheta disciplinæ utilitatem; quapropter expetit vt hanc ipsi cum benignitate irroget. Symmachus autem pro *Benignitatem fecisti* edidit, *Benefecisti seruo tuo*. Docemur autem ne diuinis beneficijs ingrati existamus. Pulchrè autem ante humiliationem delictum posuit. Antequam enim perfectè peccatum perpetiamur, prius ex socordia nostra delinquimus, ostium apertientes diabolo qui tyrannicè nos tractat, & ipsum aduersus nos audaciorem reddentes. Porro sciendum, quomodo iustus, tametsi tristitia acciderint, Deo dicat, *Bonus es tu Domine*.

Quid in-
teresse inter
disciplinam
& scientiam.

ΞΣ'. ΕΠΑΝΕΤΗΝΕΝ ΕΠ ΕΜΕ ΑΔΙΚΙΑ.] Πολλῆ, φησὶ, χρεώσῃ κατ' ἐμὴ ἀδικία ἔξ ὑπερηφανίας, ἀλλ' ἐγὼ πρὸς ἁμωμίας ἐκ ἐρεθίζομαι ταῖς σεῖς ἐπιβολαῖς ῥυθμιζόμενος. τὸ δὲ ἐπεροβηθῆναι τῶν ἰσκληρωθῆναι ἡ καρδία Φαραῶν, καὶ, ἐπαχθῆναι ἡ καρδία τῶν λαῶν τῶν. ἀντὶ τῆς ἐκείνοι μὲν ἀντίτυποι ἐχθροὶ τῶν καρδίας ἐγὼ δὲ

69. MULTIPPLICATA EST SUPER ME INIQUITAS.] Ex superbia, inquit, multa aduersum me iniquitate vtuntur, sed ego ad vindictam non moueor mandatis tuis directus. Illud autem *coagulatum* simile est isti, *Induratum est cor Pharaonis, &, In-
crassatum est cor populi huius*. Id est: Illi qui-
dem cor refractarium habuerunt; ego autem

Afflictio-
nibus im-
probi indu-
rantur,
probi emen-
dantur.

Exod. 4.
22.
Matth. 13,
15.

H h h 3 medi-

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

meditationi legis tuæ animum adieci. Agit autem gratias ob austeram Medici remedia, hinc discens fructum se retulisse; quapropter ait: *Bonum mihi quia humiliasti me.* Symmachus verò legit hoc modo: *Consultit mihi quòd afflictuus fuerim, ut discerem præcepta tua.* Hæ autem voces sunt grati animi, & in omnibus etiam aduersis diuinam prouidentiam agnoscentis, atque eandem boni consulentis, quemadmodum Paulus, qui in infirmitatibus & contumelijs gaudebat. Quando enim impinguati fuerimus, exultamus, & gaudium quod in tribulationibus colligimus, illud in rebus prosperis dissoluimus. Idcirco, inquit, lex oris tui antiquior mihi est cunctis diuitijs, omniq̄ue excellentiâ, & omnibus quæ in mundo sunt delicijs: quæ per aurum & argentum insinuauit.

100.

73. MANVS TVÆ FECERVNT ME.]

De cura erga hominem admonet Creatorem; & tamquam qui plurimum affectum erga figmentum hoc ostenderit, rogat Conditorem, vt etiam intellectum ei præbeat. Ac nonnulli quidem verbum *fecerunt* de anima, *plasmaverunt* verò de corpore dictum accipiunt: alij verò illud *fecerunt* de prima creatione, sed illud *plasmaverunt* de regeneratione per lauacrum & de reformatione dictum volunt. Existimo autem vtrumque idem significare. Siquidem hominem non tantum fecit sicut ceteras creaturas, verum etiam per semetipsum plasmavit, ipsum propriâ suâ formatione honorans. Manus autem Dei fuerint Filius ac Spiritus, per quos omnia creata sunt. Valdè autem consentaneum quoque erat vt à Creatore intellectum postularer, qui ad mandatorum executionem impellit. Sed & timentibus, inquit, te lætitiâ adferam, conformem spei tuæ finem reperiens.

Quid inter-
uertit inter
facere &
plasmare.

75. COGNОВI DOMINE, QUIA

IUSTITIA.] Noui, inquit, quàm iustè me omnis generis calamitatibus obieceris: sed deinceps hinc clementiæ & consolationis tempus edocemur, quia iustè nobis omnia eueniunt: & necessarium est vt in castigatibus animum minimè despondeamus. Vel sic: q. d. Ad consolationem & solatium rogo vt misericordia tua fiat secundum eloquium tuum seruo tuo: nam poenitentibus beneuo-

In calami-
tatis
animum
minimè de-
sponden-
dam.

τη τῆ σὺ νόμῳ μελέτη προσέτιμα. χάρις δὲ προσομολογῆ τῆς ἀσπερητέρας τῆ ἰατρῆς φαρμάκῳ, τὴν ἐπιτύθειν νοσηθῆναι ἀφίλῳ ἀμμοθάρσαν. διδὸ λέγει. Ἀγαθὸν μοι ὅτι ἐπαπεινώσας με, ὁ δὲ Σὺμμαχος ἔτας. Συνήγηκέ μοι ὅτι ἐπαπεινώθην, ἵνα τῆ μαθεῖν τὰ προσάγματα σου. διαρτισμῶν δὲ καὶ τοῖς περὶ σπουδαῖς, καὶ ἐν πᾶσιν ἀποδοχομένῳ τὴν θείαν προνοίαν αἰ φωνῆται, καὶ ἀγαπᾶν τὸ σωτῆρα ἀλθῆσαι, ὡς ὁ δὲ δοκῶν ἐν ἀδυναμίαις, καὶ ἐν ὑβριστοῖς Παύλῳ, ἵνα γὰρ λιπαρὸν ὄν, σικρῶν ἔσθῃ, καὶ ἡδὲ ἐν θλίψεσι συλλογόμεθα χαρῶν, πῶς τὴν δὲ προσέτιμα καταλύμεν. δεῖ τῆς, ὅσον, ὁ τῆ σὺ εὐμαρτῆς νόμῳ προσετιμῆται μοι παντὸς πλάτῃ, καὶ ὑπερβῆς, ἐν πάντων τῆς ἐν κόσμῳ ἡδύων. ἀ δεῖ τῆ χρυσῆ καὶ ἀργυρεῖ ἠνέχαστο.

ΟΥ. ΑΙ ΧΕΙΡΕΣ ΣΟΥ ΕΠΟΙΗΣΑΝ ΜΕ.]

Τῆς οὐδὲ τὸν ἀνθρώπου κη-
δισμούσας ἀναμμοθάρσαι τὸν ποίησαντα. καὶ ὡς πλείονα δεῖθῆσιν εἰς τὸ ποίημα τῆς ἐν-
δεξάμενον, ἵνα δὲ τὸν δεῖθῆσιν, χορηγήσῃ ἐ σωίας. καὶ τῆς μὲν τὸ ποίη-
σαν οὐδὲ τῆς ψυχῆς εἰρήνῃ φασὶ, τὸ δὲ ἐπλασαν ὅτι τῆ σώματι. ἀλλὰ δὲ τὸ ποίησαν ὅτι τῆς πρώτης δημιουργίας φασὶ εἰρήνῃ, τὸ δὲ ἐπλασαν ὅτι τῆς τῆ λυτρῆς παλιγγενεσίας καὶ ἀναπλασῆς. νομίζω δὲ ἐν παρρησίᾳ τὸ αὐτὸ σημαίνει. τὸν γὰρ ἀνθρώπου ἐ μίαν ποίησιν ὡς τὰ λοιπὰ κτίσματα, ἀλλὰ καὶ ἐπλασαν δὲ ἑαυτῷ, τῆ αὐτοργίας τιμῆς ἑαυτῶν. Χεῖρες δὲ εἶναι θεῷ ὁ γὰρ καὶ τὸ ποίημα, δι' ὧν πάντα δεδημιέργηται. ἀκόλουθον δὲ λέγει καὶ τὸ οὐδὲ τῆ ποίησαντα αἰτεῖν σωίας, ἢ πρὸς τὴν ποίησιν τῆς ἐπιτύθειν σωίας. καὶ τοῖς φοβημένοις δὲ σε, φασὶν, ἀφροσύνης προσέτιμος ἵσται, κατὰλληλον ὁρῶν τῆ εἰς σὲ ἐλπίδι τὸ τίλῃ.

ΟΙ. ΕΓΝΩΝ ΚΥΡΙΕ, ΟΤΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ.]

Οἶδά, φασὶν, ὡς δικαίως κατεψάφισα με ταῖς παντοδυναμῆς περὶ βαλῶν συμφορῶν· ἀλλὰ φιλανθρωπίας λοιπὸν καὶ ψυχαιωγίας καιρὸς ἐπιτύθειν διωτασθῆναι, ὡς δικαίως ἡμῖν ἀπαντα ἐπέρχεται καὶ ἀναγκαῖον μὴ ὀλιγορῆν ἐν ταῖς παιδείαις. ἢ ἔτας· ἐπὶ ὅσων κλήσει καὶ ὅσων μὴ τὸ εἰσὶ σε γημίωσαι δέομαι καὶ τὸ λόγιόν σου τῆ δὲ λῶ σου τῆς γὰρ μετανοῶσιν ἐπιγυγίλω

γείλω διμύβησαι. & κατάρχηται δὲ τ' ἰχθῆσιν
 αἰχμηθήτωσαν λέγων, ἀλλ' ὑπερέχεται. ἢ
 γὰρ αἰχμὴν σωτηρίαν παραγματούεται, εἰς
 σωαίδησον ἀγνοῦσιν τὸν ἀμαρτάνοντα.
 ἠκείτωσαν ἔν, φησιν, ἐπὶ τὸ αἰχμηθῆσαι
 καὶ μαρτυρῆσαι ὡς ἀδίκως ἠνόμησαν εἰς
 ἐμέ, ἐμὲ μηδὲν ποιῆντ, ἀλλ' ἀδολοχῶν-
 ται ταῖς ἐπιτολαῖς σου.

οθ'. ΕΠΙΣΤΡΕΨΑΤΩΣΑΝ ΜΕ ΟΙ
 ΦΟΒΟΥΜΕΝΟΙ ΣΕ.] Τῆς ὡδ' α'
 ἤδ' ὅσων οἰκτιρῶν τύχοιμι παιδείας, καὶ
 ἐκείνοί με ἐπιστρέψατωσαν πρόσω γρη-
 ημιμόν αὐτῶν. ἢ, ὡς ὁ Σύμμαχος, ἀνα-
 στρέψατωσάν με οἱ πλεῖστοι τὸν φόβον τὸν
 σὸν, ὡς αὐτὸ ἄμωμ' ἤγινται ἡ καρδία
 μου, καὶ αἰχμῆς ἀπαλλαγῶ τ' ἐφ' οἷς ἐσωλη-
 μίσσα. αἰχμῆς γὰρ αἴτιον ἢ ἀμαρτία. ἔπειθε
 δὲ ἀντὶ τῆ ἀμωμ' τελεία εἶπεν.

lentiam promissisti. Ceterum cum dicit *Con-*
fundantur, non imprecatur inimicis, sed pro
 ipsis preces fundit. Nam confusio salutem
 operatur, dum peccantem adducit ad com-
 punctionem. Confundantur igitur, inquit, &
 discant quam iniuste aduersus me deliqu-
 erint, cum ego nihil fecerim; sed in mandatis
 tuis exercecer.

79. CONVERTANTVR AD ME QUI
 TIMENT TE.] Familiarium tuorum con-
 sequar castigationem, atque illi me procul
 ab ipsis elongatum conuertant. Vel, vt Sym-
 machus ait, *Reuertantur ad me qui habent*
timorem tuum, ut immaculatum fiat cor
meum, & liberer à confusione quam pro de-
lictis incurri. Peccatum enim est causa con-
 fusionis. Alius autem pro *immaculatum* dixit
perfectum.

CATE-
 NA PA-
 TRVM.

Castigatio
 Dei amicos
 ad ipsum
 conuertit.

C A T E N A P A T R V M.

ΞΙ. ΠΡΩΤΟΤΗΤΑ ΕΠΟΙΗ-
 ΣΑΣ ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΔΟΥ-
 ΛΟΥ.] ΔΙΔΑΧΜΟΙ. Ἀντὶ
 τῆ χρηστότητα ἐποίησας, διεργάτησας τὸν δὲ-
 λόν σου, εἰδὼσάν ὁ Σύμμαχος. διδάσκει
 δὲ ὁ πατὴρ θεῖα πεπαιδευμένον, μὴ ἀναιδή-
 τως ἔχῃ τῆς εἰς αὐτὸν γρημημιόνης τῆ θεῶ
 διεργασίας. εἰδῶσάν δὲ, ὅτι χρηστότη-
 τας θεῶ φθάνουσιν εἰς αὐτὸν κατ' ἐξίω, δὲ ἐλ-
 χηματίσασιν θεῶ, καὶ τὸν λόγον αὐτῶ γρημι-
 οῦ, ἥσπερ ἐπὶ τὸν θεὸν χρηστότος ἐξο-
 τιμίας, καὶ τὸν Ἀπόστολον. ἢ μὴ χρηστότης
 γίνεται ἐπὶ τῆς ἐσηκότητας τῆ πίστες, ἢ δὲ ἐξο-
 τιμία ἐστὶν ἐπὶ τῆς ἀπιστηκότητας αὐτῆς. ἐπεὶ
 ἔν ὁ ἀγ' ἰσβαίωτο ἐν τῆ πίστι χρηστότη-
 τα, εἶπεν, ἐποίησας μὲν τῆ δέλυ σου. σὺ δὲ
 ἔρη, ὡδ' α' ἤσασιν βυβλίω, μὴ καὶ ἀποκλή-
 ρουσιν γρημιόλι μετὰ πνος ἢ χρηστότητα τῆ
 θεῶ, ἀλλὰ μὲν τῆ δελότος αὐτῶ, ὅς τις ποτ'
 αὐτὸ ἔτος. τὸ δὲ καὶ τὸ λόγον σου παρασκεύ-
 αζον, δηλοῖ, σὺν λόγῳ καὶ αἰτία λογικῆ
 γίνεσθ μετὰ π' τὴν τῆ κρείε χρηστότη-
 τα, παιδείαν μὲν τὴν ἠδικῶν, γὰρ σὺν δὲ
 τὴν διεργασίαν ἀρετῶν καλῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΙ. Ἐπεὶ δὲ, φησιν, ὀρθῶς ἐ δι-
 καίως ταῖς ὡδ' α' ἐπιτολαῖς παρασελθῶν
 ἐπίστυσσα αὐταῖς, ὡς τηρῶσιν αὐταῖς ὀρεξῶ
 μοι σοφίας, διδάξας με χρηστότητα ἐ παι-
 δείας καὶ γῶσιν. σὺ αἰδεῖς τέτοις τὸ, ἔπει-

65. B O N I T A T E M F E C I S T I
 C V M S E R V O T V O .] D I -
 D Y M I . Pro Bonitatem fecisti
 Symmachus exposuit, *Benefecisti seruo tuo.*
 Docetur autem is qui diuinis instructus est,
 ne insensate se gerat pro beneficio ipsi à Deo
 praestito; sed sciat, quòd bonitate Dei ipsum
 praeueniente dignus sit habitus vocari seruus
 Dei, secundum verbum eius talis effectus,
 cum apud Deum sit benignitas & seueritas,
 iuxta Apostolum. Siquidem benignitas fit in
 illos qui stant fide, seueritas verò in eos qui
 ab illa destiterunt. Cum igitur hic sanctus in
 fide confirmatus esset, *Bonitatem*, inquit, *fe-*
cisti cum seruo tuo. Tuo autem dixit, osten-
 dere volens, bonitatem Dei non per fortitio-
 nem cum aliquo factam esse, sed cum seruo
 eius, qualiscumque tandem is fuerit. Illud
 autem quod adiungitur, *Secundum elo-*
quium tuum, declarat, cum ratione & cau-
 sa rationabili bonitatem Dei cum ali-
 quo fieri, *disciplinam* quidem moralem,
scientiam verò mentalem virtutem appel-
 lans.

A N O N Y M I . Ceterum, inquit, cum
 rectè ac iuste ad mandata tua accedens cre-
 diderim, vt ea obseruarem praebe mihi sa-
 pientiam, docens me bonitatem & discipli-
 nam & scientiam. Consonat his illud, *Con-*
cupisti

Dei in ser-
 uos suos
 benignitas.

Ecclesi. 1, 33.

CATE-
NA PA-
TRVM.

*cupisti sapientiam? serua mandata; & Do-
minus præbebit tibi eam.*

67. PRIVS QVAM HVMIILIARER.]

Quantia sit
tyrannis
primorum
motuum
natura
corrupta.

ORIGENIS. In primis enim mentis mo-
tibus, & vt sic dicam, primis naturalium co-
gitationum intentionibus, tyrannis tentato-
ris intolerabilior existit, & antequam nos à
diabolo humiliationem sustineamus, præde-
linquimus, interiorum euersionem ipso insul-
tu hostili antiquiorem intelligentes.

THEODORI. Antequam humilie-
mur perfectè peccatum perpetramus, con-
scientiâ cogitationum illud honorantes &
admittentes, atque per ipsum ingressus lo-
cum satanæ præbentes. Ceterum hæc pas-
sio typus & imago erit facinoris ipsius pro-
ditoris.

DIDYMI. Propter priora, inquit, pec-
cata quæ commiseram traditus humiliabar,
Dei iudicio hæc perpessus. Quam ob causam
quoque disciplinæ traditus rogo erudiri, vt
agnoscam hanc humiliationem quæ mihi ac-
cidit per bonitatem & disciplinam eue-
nisse.

EUSEBII. Ostendit humiliationem ac-
cidere ad nostram utilitatem. Et si priusquam
quidem humiliaremur delinquamus, humi-
liati certè non tantum à delictis abstinemus,
verum etiam eloquia Dei exequimur. *Quem
enim diligit Dominus castigat; flagellat au-
tem omnem filium quem suscipit.*

Hebr. 12,
6.

68. BONVS ES TV DOMINE.] HE-
SYCHI. Opus iusti est, in omnibus quæ
accidunt contentum à prouidentiâ hilariter
accipiendo, etiam in ijs quæ acerbiora repu-
tantur Deo dicere illud, *Bonus es tu;* item

Psal. 33, 1.

illud, *Benedicam Dominum in omni tempore,*
idem animi propositum retinendo.
APOLINARI. Pro *Benignus es tu,*
etiam reliquæ editiones *Bonus es tu* inter-
pretatæ sunt. Scio igitur, inquit, & nequa-
quam ambigo de natura tua, quod nimirum
ipsa bonitas sit, sed opus habeo disciplinâ
iustificationum tuarum, quam rogo vt me
doceas. Opus enim est eruditione ad sermo-
nes de superbis cognoscendos.

69. MULTPLICATA EST SVPER ME INI-
QVITAS.] ORIGENIS. Quantum iustus ali-
quis Deo magis afficitur, & in ipso pax Dei
multiplicatur, tantumdem, tamquam aduer-

σύμματος σοφίας; δεκτήρησον ἐν ἑλάϊς. & κύ-
ει. ὁ χορηγῆσόν σοι αὐτῶν.

ΞΖ'. ΠΡΟ ΤΟΥ ΜΕ ΤΑΠΕΙΝΩΘΗΝΑΙ.]
ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐν γὰρ ταῖς τῷ νῦν ὡροπα-
θείαις, &, ἢ ἕτως εἶπω, ὡροπατιοῦ ἐφέσεις
ταῖς διασηματικῶν φυσικῶν, ἢ τῆς περιελάττουτος
τυραννὸς ἀφορητοτέρα γίνεσθαι, καὶ ὡρὴν ὑπομει-
ναὶ τῷ ὡρῶν τῆς δεξιῶν ταπεινώσει, ὡροπατι-
μελιῶν ἡμεῖς, ὡροπατιότερα τῆς ἐφόδου τῶν
εἰς τὸ ἔσω νοῦν κατασεσῶν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Πρὸ τῷ γὰρ ταπεινω-
θῆναι πλείους τῶν ἀμαρτιῶν ὡροπατιοῦ
μελιῶν, ἡμεῖς τῆς σωφίας τῆς λογισμῶν π-
μῶν τῆς αὐτῶν καὶ καταδεχόμενοι, καὶ
τόποι εἰσόδου διδόντες δεξιῶν τῶν σατανῶν.
ἔσα δὲ τῷ πῶν καὶ εἰκῶν τῶν ὡροπατι-
τῶν ὡροπατι τὸ πάθος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Διὰ τὰς ὡροπατίας μοι,
φθοῖ, ὡροπαθίαις ἀμαρτίας ὡροπαθίαις
ἐταπεινώθην, κείνη δὲ ταῦτα παθῶν. ἔ-
δὴ & χάρις παιδείας ὡροπαθίαις δόμοι
διδασκαλίας, ὡς ἀνὴρ γὰρ ὅτι ἡ ταπεινώσει
ἢ ἡμελιῶν μοι καὶ χρηστότητα καὶ παιδείας
ἐχρήσθη.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Δείκνυσθαι ὅτι ὡροπατι-
φθοῖ ἡμῶν ἡ ταπεινώσει γίνεσθαι. εἰ γὰρ ὡροπα-
τῶν ταπεινώθην πλεμμελιῶν, ταπεινω-
θῆναι δὲ ἐμῶν πλεμμελιῶν ἀποχό-
μεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῷ θεῷ καταρθῶμεν τὰ λό-
για. ὡς δὲ ἀγαπᾷ κείνη παιδεύει μα-
στοῖ δὲ πάντα ἡδὲ ὡροπαθίαις δεξιῶν.

ΞΗ'. ΧΡΗΣΤΟΣ ΕΙ ΣΥ ΚΥΡΙΒ.] ΗΕΥ-
ΣΙΟΥ. Δικαίαι ἔργου ὅσον, ὅτι πᾶσι συμβαίνου-
σιν διαρῆς ἐμῶν ἀπὸ τῆς ὡροπατίας ἰλαροῦς
δεχόμενοι λέγειν, & ὅτι ταῖς πικροτέροις ἐπὶ
τοῖς ὡροπαθίαις τῶν θεῶν τὸ, Χρησὸς εἶ σὺ. & τὸ,
ἀλογίσου τὸν κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, ὅτι αὐ-
τῆς ἐχόμενοι ὡροπαθίαις.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἀντὶ τῶν χρησὸς
εἶ σὺ, καὶ αἱ λοιπαὶ ἐμῶν. ἀγαθὸς εἶ σὺ
ἡμελιῶν. οἶδα μὲν ἔν, φθοῖ, καὶ ἐκ ἀμφι-
βάλλω ὡροπατι τῆς σῆς ἐσίας, ὅτι δὴ αὐτὸ τὸ
ἀγαθὸν πέφυκον, ἀλλὰ δόμοι διδασκα-
λίας τῆς δικαιωμάτων σου, ὡς ἀξίως δι-
δάξαι με. διδασκαλίας γὰρ μοι δεῖ εἰς τὸ
γινῆναι τῶν ὡροπαθίαις ὑπερηφάνων λόγους.

ΞΘ'. ΕΠΛΗΘΥΝΘΗ ΕΠ' ΕΜΕ ΑΔΙΚΙΑ.]
ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὅσον δικαίως καὶ ὅσον ὡροπαθί-
ων ὅτι πλείον τῶν θεῶν, καὶ πληθυνέσθαι
ἐν αὐτῶν ἡ εἰρήνη τῶν θεῶν, ὅτι τοῦτον, ὡς
ὅτι

ἐπὶ ἀθλητῶν μείζονα, ἐπ' αὐτῷ πληθύνεται ἢ τῷ ἀδικεῖν αὐτὸν θελοῦσαν ἰσχυροφάνων, εἴτε διωδιμὸν ἀντικειμένων, εἴτε ἀνθρώπων ἀδικία. τέτυξ δὲ γνομένη, ἐδὲ καὶ τὸ πικρὸν ἐδίδωσι, τῷ μὴ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐξεριωῶν τὰς ἐπιτάλας τῷ θεῷ, πρὸς τὸ ποιῆσαι αὐτάς.

superbiam maiorem athletam, super ipsum superbiorum, siue virtutum aduersariarum, siue hominum ipsi nocere cupientium iniquitas multiplicatur. Verum cum hoc fit, nequam tamen vel in minimo remissior euadit, quo minus in toto corde scrutetur mandata Dei, ut faciat ea.

CATE-
NA PA-
TRVM.

ὁ. ΕΤΥΡΩΘΗ ΩΣ ΓΑΛΛΑ Η ΚΑΡΔΙΑ ΑΙΤΩΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πρὸ μὲν γὰρ ὑπερηφανίας δύνανται πνεῖς καὶ ἀπαλοὶ ἦσαν τῶν καρδίας καὶ πόπμοι, ὡς γάλακτι ὡδὸν βάλαντος τρυφισμῶτά τε· ἠνίκα δὲ ὑπερηφανία ἐσπύσατο, πάντες σκληρωθέντες, οἰοῦνται ἅπασι γάλακτος εἰς τυρὸν μεταβεβλήκασιν.

70. COAGULATVM EST SICVT LAC COEURVM.] ANONYMI. Nonnulli enim ante superbiam quidem strenui erant & corde simplici atque potabili, ita ut cum lacte delicatissimo compararetur; postquam autem superbiam induerunt, omnes indurati, quasi e lacte in caseum transmutati sunt.

Superbia
facit corda
coagulari.

Θ Ε Ο Δ Α Ρ Ο Υ. Ἀντὶ δὲ τῷ ἐτυρωθῆναι ὁ μὲν Ακύλας φησὶν, ἐλυπαίνθη ὡς σῆαρ ἢ καρδία αὐτῷ· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐμωαλώθη ὡς σῆαρ ἢ καρδία αὐτῷ. πάλιν ἀλλ' εἰ κἀκεῖνοι ἐν τέτοις ἦσαν, ἐγὼ τὸν ἐμοὶ προσκείμενον, ἐκ αὐτῶν ἐχώρησα, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐξεριωῶν τὰς ἐπιτάλας σου, ἅπασι τῆς τέτυκτο ἱερωῆς τῆ γλώσσης τῆς φωνῆς καὶ τῆ καθάλας διοικήσεως θεοφρόνου. Ἐτ' μὲν ἢ καρδία ἐλυπαίνετο ἐν τῇ παράσῃ αὐτοῖς τρυφῇ, ἐγὼ δὲ τὸν νόμον σου ἐμελέτησα.

THEODORI. Pro coagulatum Aquila quidem ait, Impinguatum est sicut adeps eorum; Symmachus verò, Medullatum est sicut adeps cor eorum. Verumtamen licet illi in his versarentur, ego propositum minimè deserui, in toto corde scrutans mandata tua, ex eorumdem inuestigatione prouidentiae totiusque gubernationis tuae notitiam indagans. Atque illorum quidem cor impinguatum est praesenti cibo eorum, ego verò legem tuam meditatus sum.

οά. ΑΓΑΘΟΝ ΜΟΙ ΟΤΙ ΕΤΑΠΕΙΝΩΣΑΣ ΜΕ.] ΟΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εὐαριστέμην τοῖς ἐπιπόνοις πρὸς τὰς ἐπιτάλας, ἅπαντα ἔθλοσ ταπεινώσων ὀνομαζέσθαι, ταῦτά φησιν. ὡσεὶ ἔλεγχον δίδωκα ἐν ἀδυναμίαις, ἐν ὑβρισσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διασφομαῖς, ἐν στωχωρίαις, ἢ ἐν τῷ ταῦτα ὑπομυθρηπείναι ἀξιωματικῶς τῷ μανθάνειν τὰ δικαιώματά σου, ἐδένος ἑνὸς εἰσομύθου μὴ πρὸς τὰς πεπωθῆσιν, καὶ ἐν πολλοῖς θλιβέντων.

71. BONVM MIHI QVIA HVMI-
LIASTI ME.] ΟΡΙΓΕΝΟΥΣ. Boni consulens laboriosas tentationes atque pericula, quae humiliationem appellare solet, haec dicit. q. d. Contentus sum in infirmitatibus, in iniurijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs, ut istiusmodi tolerando dignus iudicer discere iustificationes tuas, quas nemo nouit nisi prius humiliatus fuerit, & in pluribus tribulatus.

οβ. ΑΓΑΘΟΣ ΜΟΙ Ο ΝΟΜΟΣ ΤΟΥ ΣΤΟΜΑΤΟΣ ΣΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διὰ τί, ἐπεὶ δὲ ὁ νόμος τῷ θεῷ πῶς προσέχεσθαι παρέχει τὸ αὐταρκείας χρυσίον δὲ ἐργασίαν χιλιάδες εἰς ὄρεσιν πλέτες ἐπλεονεξίας ὀπιθυμία τὸν κακῶν δεικνύσων ἐκπεριβίβουσι καὶ ἐδένος ὁ πικρὸς ἀπηνδύσων ἀδυναμίας, ὀπιθυμῶν τῷ πλείοντι καὶ ὅλα τὰ ἐν ἐνείῃ καὶ ὑπερηφανίᾳ γίνεται.

72. BONA MIHI LEX ORIS TVI.] ANONYMI. Ad quid? Quia lex Dei ijs qui illi attendunt praebet id quod ipsis sufficiat. Millia verò auri & argenti eorum qui illa possident appetitum irritat ad ampliores diuitias desiderandas: & numquam talis non indigus reperitur, cum plura semper concupiscat, atque idcirco in penuria & egestate existat.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀντὶ τῷ ἀγαθῷ μοι ὁ νόμος ὅτι ἅπασι τῷ στόματός σου ἐλάλησας· στόμα δὲ σου ὁ Χριστός ἐστι. κατὰ φρονῶν γὰρ χιλιάδων χρυσίου ἐργασίαν, ἅπασι τῷ στόματός σου ὅλα τὰ ἐν ἐνείῃ καὶ ὑπερηφανίᾳ γίνεται καὶ ἀδυναμίας καὶ ἀπηνδύσων ἀδυναμίας καὶ ὀπιθυμῶν τῷ πλείοντι καὶ ὅλα τὰ ἐν ἐνείῃ καὶ ὑπερηφανίᾳ γίνεται.

DIDYMI. Id est, Bona mihi lex quam ore tuo pronuntiasti: os autem tuum Christus est. Despicio enim millia auri & argenti, ut fruatur lege oris tui. Potest quis etiam legem oris dicere ordinem eorum quae pronuntiantur & dicuntur per os

Bona lex
oris Dei
sufficit
animum
concupiscit.

CATE-
NA PA-
TRVM.

Dei, quorum prima recitantur in ijs qui primùm instituuntur, & posteriora ijs qui priora susceperint, & sic deinceps, donec perfecti euaserint.

Galat. 3,
19.

EVSEBII. Cùm duplex sit lex, vna quidem spiritualis, & secundùm intelligentiam, alia verò secundùm litteram & vmbra ordinata per Angelos in manu mediatoris. Hic Propheta bonam sibi dicit legem oris diuini super omnia mundi delectabilia, quæ per millia auri & argenti declarauit. Secundùm theoriam autem accipiendum est argentum pro sermone, aurum verò pro sensu.

100.

73. MANVS TVÆ FECERVNT ME.] ANONYMI. Cùm Deus cælum & terram & omnia quæ in eis sunt verbo & præcepto condidisset, quando venit ad hominem dixit:

Gen. 1.

Cui Deus
in creatione
hominis
dixerit, Fa-
ciamus ho-
minem.
Iob 10, 8.

Faciamus hominem ad imaginem nostram & ad similitudinem. Cui autem alteri dicit *Faciamus hominem* nisi Filio suo vnigenito Spirituique sancto, quos etiam manus modò appellat. Sed & in Iobo scriptum est: *Manus tua fecerunt me, & plasmauerunt me, postea mutatus me diuo modo crucias, renouans in me quaestionem meam.* Itaque manus Dei fecerunt & plasmauerunt. Et Origenes quidem & nonnulli alij verbum *fecerunt* de anima dictum existimant; *plasmauerunt* autem de corpore. Alij porrò *fecerunt* de priore illa creatione dictum asserunt; *plasmauerunt* verò de lauacro regenerationis ac reformationis.

THEODORI. Ceterùm hæc postulatio consentanea est vt ad Conditorem fiat. q. d. Figmenti tui curam gere, & intelligentiã perfice animal intellectuale, & quod ad familiaritatem tuam destinasti, hoc per confiliorum tuorum noticiam tibi intimum redde: quandoquidem homo etiam ab initio opus habuit præcepto, quo muniretur facilitas eius contra deceptionem: & certè cum ab illo aberrauerit, pluribus indiget quæ maiorem eius suppleant egestatem. Tamquam igitur à Deo formatus, rogat vt ab illo erudiat, & intelligentiam accipiat.

74. QUI TIMENT TE VIDEBUNT ME.] ORIGENIS. Qui Deum timent, cùm nihil ipsis desit, perfecti sunt: tales autem existentes boni sunt per timorem quem habent; quapropter etiam omnes volunt proficere &

Deũ, ἵνα πρώτων τοῖς εισαγομένοις λειτουργήσῃ, καὶ δεύτερον τοῖς τὰ δεύτερα ἀνελκόμενοι, ἕως ἑτελεύτησι θάσῃ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διττοῦ ὄντος τοῦ νόμου, τὸ μὲν πνευματικῶν, ἔπειτα δὲ πρὸς τὸ γράμμα ἔτι τὸ σῶμα δευτερευόντος δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου. ὁ προσφῆτης φησὶν αὐτῷ λέγει τὸν νόμον τῷ θεῷ ἑβραϊστὶ ἕως πάντα τὸ κόσμον ἕδρα, ἀλλὰ χιλιάδων χρυσοῦ καὶ ἀργυροῦ ἐδήλωσε. πρὸς θιωείας δὲ λακτίον τὸ ἀργύριον ἀντὶ λόγου, τὸ δὲ χρυσοῦν ἀντὶ νοῦ.

οὐ. Αἱ χεῖρες σου ἐποίησαν με.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ θεὸς ἕρανος καὶ γῆ καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς λόγοις δημιουργήσας ἔπειτα ἔργον, ὅτι ἦλθεν ἐπὶ τὸ ἀνθρώπον εἰς ποιήσασθαι ἀνθρώπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν ἑαυτοῦ ἡμῶν. τίτι δὲ ἄλλω λέγει ποιήσασθαι ἀνθρώπον ἢ τὸ μοιοῦσθαι αὐτὸ ἕως καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἕως καὶ χεῖρας νοῦ ὑποκαταστήσας. ἔτι τὸ Ἰωβ δὲ γέγραπται· αἱ χεῖρές σου ἐποίησαν με, ἔπλασαν με, καὶ ταῦτα μεταβαλὼν με θένος ὀλίσης, ἱπποκαυτίζων ἐπ' ἐμὸν ἔτασαν με. Οὐκ ἔστι αἱ χεῖρές τῷ θεῷ ἐποίησαν καὶ ἔπλασαν. Καὶ Ὀριγῆνης μὲν καὶ ἐπερὶ τῆς τοῦ ἐποίησαν ἐπὶ τῆς ψυχῆς εἰρηδῆ φασὶν· τὸ δὲ ἔπλασαν με ἐπὶ τῷ σώματι. ἄλλοι δὲ τὸ μὲν ποιήσασθαι ἐπὶ τῆς πρώτης δημιουργίας φασὶν εἰρηδῆ· τὸ δὲ ἔπλασαν ἐπὶ τῆς τῷ ὑποκαταστήσας ἑαυτοῦ ἀναπλασῆς.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀκόλυθον δὲ ὡς πρὸς δημιουργὸν τὸ αἶτημα. οἶον· τὸ σὺ φρόνησον ποιήματι, καὶ τελέωσον τῆ νοήσῃ τὸ ζῆλον τὸ νοητικόν, καὶ ὁ πρὸς οἰκείωσιν τὸ σὺ ὡς ἡσυχασίας, τὸτο δὲ τῆς σῆς γνώσεως ἵνα βελτιώσῃς οἰκείωσαι· ἐπεὶ καὶ ἔξ ἀρχῆς πρὸς ἄγματος ὁ ἀνθρώπος, ἐδήθη δευτερευόντως τὸ ἄγαν δόκλον πρὸς δειλασμόν· καὶ δὲ ὑποσφαλείς ἐπέσει, πλείονα δὲ εἶται ἵνα τὸ μείζονα πληρωῖται ἕδρα. ὡς ἐν ὡς θεῷ πλασθεῖς, παρ' αὐτῷ μαθητεύσασθαι προσβύεται, καὶ σωῖται λαβεῖν.

οὐ. Οἱ φοβούμενοι σε οὐκ ἔσονται με.] ΟΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ θεοὶ φοβούμενοι, τὸ μὲν αὐτῶν ὑπερῶν, τέλει εἶσιν· ὅτις δὲ τῶν ἀγαθῶν τυγχάνουσι καὶ τὸν ἕχουσι φόβον· διὸ ἔπασσας βέλονται πρὸς ἑαυτοὺς ὡς ἑαυτοὺς

ωφέλειαν ἔχειν, καὶ διφραδύονται ἐπὶ τοῖς
διαιρητοῖσι θεῶ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐ πάντες οἱ βλέποντες
τὴν δίκαιον διφραδύονται βαρύνει γὰρ πρὸς ἐξ
ἐβλεπόμεν, ὅτι ἀνόμοιοι τοῖς ἄλλοις
ὁ βίος αὐτῶν, καὶ ἐξηλλαγμέναι αἱ εἴβηαι αὐτῶν,
καὶ οὐκ ἔτι ἐχ' ἠδέως αὐτὸν ἐθεῶν. ὡς περ
διὲ τῶν βαρύνει ἐβλεπόμεν, ἕτως
διφραδύονται τοῖς δισσεβέσι. τὸ δὲ βλέπειν ἢ
αἰσθητικῶς νοεῖται καὶ κατὰ τὸ ὁρατὸν ὁρα-
σασθαι, ἢ νοητικῶς κατὰ τὴν ψυχὴν, ἵνα εἴπη
τὸν λόγον αὐτῶν, τὰ νοήματα αὐτῶν, τὴν σο-
φίαν ἣν ἔχει. Ζητήσωμεν εἰ ἕτως αὐτὸν ἰδεῖν,
καὶ διφραδύονται πάντες τῆ νοήσῃ.

οἷ. ΕΓΝΩΝ ΚΥΡΙΕ, ΟΤΙ ΔΙ-
ΚΑΙΟΣ ΕΣΥΝΗ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ὅτι
δικαιοσύνην ἔχει τὰ κείμενα τῆ θεῶ ὁ πι-
στος πιστῶν, ἀλλ' ἐκ αὐτῶν εἰ μὴ ἔλαβε
λόγον γνώσεως ὁ δὲ ἀπίστος ἐδὲ πεπίσδυ-
κας, ἀλλ' ἐγκαλεῖ τῆ θεωρία. ὡς τῶν
εἰ τῶν κειμένων ὁ μὲν τις πεπίσδυκας, ὁ
δὲ ἀπίστος ὁ δὲ βελτίων ἐ πεπίσδυκα μό-
νον, ἀλλὰ ἐ ἔγνω, τίς ἢ ἐ τῶν κείσῃ τῆ
θεῶ. καὶ κατὰ συμβαίνοντα τοῖς ἀνθερόποις
ταύτῃ τὴν γνώσῃ ἀειλήφει ὁ φροφήτης.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Πολλάκις δὲ ἐτήρησα,
ὅτι τὸ ἐταπείνωσάς με λέγεται πολλάκις καὶ
μάλιστά ἐ τῶν ψαλμοῖς ἀντὶ τῶν πειρασμοῖς
θεοβελτίων με. χαλεπὸς γὰρ τῆς ἐσ πολλοῖς
διωκτοῖς γυμνασίας, καὶ τῆς παρ' ἐλπίδα
γνωμῆς θεῶ βοθησίας, ἐκ ἐσ βεβαίως ἀν-
θεροπον ἐσ ἀρετῆ παρηΐται.

οἷ. ΓΕΝΗΘΗΤΩ ΔΗ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΣΟΥ.]
ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐλεος γὰρ τῆ Πατρὸς ὁ ὕψος,
ὅς καὶ παρακάλεσεν ἡμῶν τὰς καρδίας τυραν-
νευόμενους ἐπὶ τῆ σατανα. ἕ ἕτως δέομαι, κατὰ
τὸν σὸν λόγον ἐμοὶ τῶ δέλω σε ἐπὶ ὡδρα-
κλήσῃ καὶ ὡδραμυθία τὸ ἐλός σε γνέω. πολ-
λοὶ γὰρ ὡδρακλήσῃ τυχόντες ἀπατάνται,
ὡς ἐξ ἰδίας φρονήσεως καὶ ἀπὸ λογισμῶ τῶ
ἐγκλίσει, ὅπως εἰ μὴ ὡσαύτως τῶν πλάτη-
θῶ, ἐμοὶ τῶ δέλω σε τὸ ἐλεος σε γνέω.

οἷ. ΕΛΘΕΤΩΣΑΝ ΜΟΙ ΟΙ
ΟΙΚΤΙΡΜΟΙ ΣΟΥ.] ΤΙΜΟΘΕΟΥ. Ὁ φροφήτης ὡς γυμναστὴ ἀθλη-
τῆς, καὶ μεμαθηκῶς φέρει τὰ συμβαίνοντα,
ἀσχετα ἐκ ἀποσῆναι τὰ λυπῆντα αὐτὸν,
ἀλλὰ δεθῆναι αὐτῶ ἐ τῶ καιρῶ τῶ πει-
ρασμῶν λόγον ἰχυροῦν ὡδρακλήσεως, τὸν
διωκόμενον αὐτῶ χαλεπῶς μὲ πάσης ἐν-

ΤΟΜΟΣ III.

vigilantem referre, & recreantur ijs quæ Deo
placent.

DIDYMI. Non omnes qui vident iu-
stum lætantur: nonnullis enim etiam *gravis*
est ad videndum, quoniam dissimilis est alijs
vita illius, & immutata sunt via eius, & id-
circo non libenter illum vident. Sicut autem
illis *gravis* est ad videndum, ita pijs est læti-
tia. Illa porro visio vel sensibilibiter accipitur
& secundum faciem quæ videtur, vel intel-
ligibilibiter secundum animam, ac si dicat ser-
monem ipsius, cogitationes eius, sapientiam
quam habet. Hoc modo igitur quæramus
eum videre, & hac cognitione lætari.

75. COGNОВI DOMINE, QVIA IVSTITIA.]
APOLINARII. Fidelis iudicia Dei iustitiam
esse credit, sed minimè cognovit nisi acce-
perit sermonem scientiæ: infidelis verò ne
quidem credidit, sed incusat providentiam.
His igitur iudicijs alius quidem credidit, alius
verò fidem denegat: probatior autem non
solum credidit, verum etiam agnovit, quod-
nam in his sit iudicium Dei. Et secundum ea
quæ hominibus accidunt hæc notitiam Pro-
pheta accepit.

EIVSDEM. Sæpenumerò autem ob-
servavi, illa verba *Humiliasti me* frequenter
& potissimum in Psalmis dici pro Tentatio-
nibus me circumdedisti. Nam nisi quis in
plurimis molestijs exerceatur, & præter spem
Dei auxilium adsit, non potest homo firmi-
ter in virtute stabiliri.

76. FIAT NUNC MISERICORDIA TVA.]
ATHANASII. Misericordia enim Patris est
Filius, qui & consolatus est corda nostra à
satana tyrannizata: & sic rogo, vt secundum
verbum tuum mihi seruo tuo in solatium &
consolationem misericordia tua accidat. Plu-
rimi enim solatium adepti decipiuntur, quasi
ex propria industria & fatiocinatione illud
obtinerint. Ne igitur similiter atque illi de-
cipiar, fiat mihi seruo tuo misericordia tua.

77. VENIANT MIHI MISERA-
TIONES TVÆ.] ΤΙΜΟΘΗΙ. Hic Pro-
pheta tamquam generosus athleta, & qui
quæcumque euenerint ferre didicerit, rogat
non auferantur ea quæ ipsum affligunt, sed
vt in tempore tentationum detur illi potens
verbum consolationis, quod vires illi sug-
gerat ad id quod euenerit cum omni alacri-

I i 2 tate

CATE-
NA PA-
TRVM.

Sap. 2, 15.
Iustus bo-
nis gratus,
improbus
gravis est
ad viden-
dum.

Filius Dei
est miseri-
cordia Pa-
tris.

CATE-
NA PA-
TRVM.

tate & absque perturbatione ferendum. In hoc enim, inquit, miserere mei, vt fiat mihi solatium & consolatio.

Confusio
utilis est
superbū.

78. CONFVNDANTVR SVPERBI.] THEODORI. Orat Propheta non aduersus superbos qui ipsi iniuriam fecerant, sed hæc pro illis dicit. Qui enim peccat, quamdiu non sentit se peccasse, minimè erubescit; quando verò peccatorum suorum sensum acceperit, tunc veretur. Adducantur igitur, inquit, ad confusionem, & discant se iniuste contra me deliquisse, cum ego nihil aliud fecerim quàm vacare mandatis tuis.

79. CONVERTANTVR AD ME QUI TIMENTE.] ORIGENIS. Vult Propheta vt hi qui timent Deum conuertantur, & ad se veniant, vt suæ gratiæ illos participes efficiat.

ATHANASII. Compos sim doctrinæ feruorum tuorum: erit autem istiusmodi, qualis possit animas conuertere, eò quod contineat timorem tuum.

Psal. 50.

80. FIAT COR MEVM IMMACVLATVM.] DIDYMI. Hoc simile est isti, *Cor mundum crea in me Deus.*

Perfectius
se extra
metum.

THEODORI. Omnia enim peccata confusione digna sunt. Quousque igitur cor imperfectum existit, multa illi sollicitudo & contentio est, ne fortè infirmetur & semetipso deterior euadat: quando autem ad apicem perfectionis attigerit, in virtutis habitu constitutum, fiet extra omnem metum, non ampliùs titubans, ne fortè confundatur.

ANONYMI. Propheta nos docet desiderare Verbum, & amare salutare Dei.

θυμίας & ἀπαρχίας φέρειν τὸ συμβεβηκός. ἐν τύτῳ γὰρ με, φησὶν, ἐλέησον, ἵνα ἡγήνηται μοι ᾠδᾶ κλησὶς & ᾠδᾶ μουδία.

οἱ. Αἰσχυνθῆτωσαν ὑπερηφάνοι.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Εὐχεται ὁ προφήτης ἐκ τῆς αὐτῶν ἀδικούντων ὑπερηφάνων, ἀλλὰ ταῦτα ἕως αὐτῆς φησὶν. ὁ ἀμαρτάνων γὰρ ὅσον μὲν ἀναιδῶν τῆς ἡμαρτηκείας, ἐκ ἐρυθραῖ. ὅταν δὲ εἰς συλαίωσιν ἔλθῃ τῆς οἰκειῶν ἀμαρτημάτων, τότε αἰδῶται. ἠέκτισσαν ἐν, φησὶν, ὅτι τὸ αἰχμῶδες, ἐκ μανθανέτωσαν ὅτι ἀδίκως ἠνόμισαν εἰς ἐμὲ, ἐμὰ ἐδὲν ἄλλο ποιεῖν τῷ ἢ ἀδολοχῆν τῷ ἐν ταῖς ἐπιτολαῖς σου.

οἱ. ΕΠΙΣΤΡΕΨΑΤΩΣΑΝ ΜΕ ΟΙ ΦΟΒΟΥΜΕΝΟΙ ΣΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Βύλεται ὁ προφήτης τὰς φοβούμενας τὸ θεὸν ὁπιστρέψαι, πρὸς αὐτὸν & οἰκεῖν, ἢ αὐτοῖς μεταδῶν τὸ χάρισμα τῶ ἐν αὐτῷ.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τῆς ᾠδᾶς τῆς σάν οἰκείῃ διδασκαλίᾳ τύχοιμεν ἑαυτῶν τοιαύτη, οἷα ἐπιστρέψω εἰδῶ ψυχᾶς, ὅτι τὸ πλατεῖν τὸν φόβον τὸν σὸν.

π'. ΓΕΝΗΘῆΤΩ Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ ΑΜΩΜΟΣ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Παράκλησις τῶ, Καρδίας καθαροῦ κτίσει ἐν ἐμοὶ ὁ θεός.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Πάντα γὰρ τὰ ἀμαρτημάτων αἰχμῶδες ἐστὶν ἀξία. ἕως μὲν ἐν ἡ καρδία ἀτελής τυχεῖν, πολλὰ φροντὶς καὶ ἀγωνία, μήτις ἄρα καὶ ἀδελφότης καὶ χεῖρον ἑαυτῆς ἡγήνηται. ὅτι δὲ εἰς ἀκρον φθάσῃ τελειότητι, ἐν ἔξει ἀρετῆς καταστάσει, ἔξω ἡγήνηται παντὸς φόβου, ἐκ τῆ ἀμφοιβήσεως, μήποτε ἄρα καταχυθῆ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διδάσκει ἡμᾶς ὁ προφήτης ὁπισθόμεν τὸ λόγῳ, καὶ ἰερῶν ἔχει πρὸς τὸ σωτήριον τῶ θεῷ.

ANNOTATIONES CORDERII.

ΤΕΤΗ.
Sanctitas
cum scien-
tia coniun-
genda.

66. **B**ONITATEM, & disciplinam, & scientiam doce me.] Vbi notandum vt primò bonitatem & sanctitatem quærat, & propter illam disciplinam & scientiam acquirat; quæ dum hoc sine quæritur, & ipsa scientiæ acquisitio instrumentum virtutis efficitur, mirâ scientiæ scētator pulchritudine mentis decoratur: nam dum intellectum instruit, voluntatem regit, affectus dirigit, sensusque moderatur, & quidquid à rectitudine deuiat mirâ sedulitate componit. Egreγιè sanè Bernardus Serm. 37. in Cant. ait: *Non dico contemnendam aut negligendam scientiam litterarum, qua ornat animam, & erudit eam, & facit vt possit etiam alios erudire. Sed duo*

illa oportet & expedit vt precedant, in quibus summam salutis constitui superior ratio declarauit. Et vide si non intuebatur, & non docebat hunc ordinem, qui dicebat: *Seminate vobis ad iustitiam, metite spem vite, & illuminate vobis lumen scientiæ. Vltimam posuit scientiam tamquam picturam, qua statum habere nequeat super inane: & inde illa duo pramissit, & subiicit illi, tamquam si solidum aliquid pictura suberneret. Ita igitur scientiæ studendum, vt virtutis maiorem rationem habeamus; inò & ipsam scientiam adiumentum virtutis atque instrumentum sanctitatis faciamus: quod utique fiet, si eius præsidio non solum intellectum instruamus, verùm etiam affectum ad bonum diligens-*

Osæc 10.

Virtutis
maior
quàm scien-
tia est ha-
benda ra-
tio.

diligendum & malum odiendum excitemus: Hoc pulchrè expendit B. Laurentius Iustinianus de Casto conubio cap. 14. sic scribens: *Res quidem sancta est scientia, si diligendo operatur quod nonit: per se enim non sufficit. Hinc non solum scientiam à Domino poposcit Prophetas; sed bonitatem, inquit, & disciplinam & scientiam doce me.* Per bonitatem exponit S. Ambrosius Dei clementiam, per disciplinam autem eiusdem timorem. Ergo vtrumque simul doceri exposcit Dauid, nempe *bonitatem & disciplinam*; ne solum misericordiam absque iustitia contempleretur, néve solum iustitiam absque misericordia, sed vtramque simul. Unde (ait Ambrosius) *bonitatem Dei ab ipso querit doceri, ne forte quis persunctorie accipiens bonum Deum esse, in erroribus perseveret, quod per misericordiam Dei impunitatem suis posset dare peccatis. Cum est indulget Dominus, tamen facta est conuersatio, in criminibus semper herere. Non ergo bonitas ista vulgaris est, sed qua semper disciplina expectat profectum; ideoque qui intelligit aptam Dei esse bonitatem, doceri desiderat etiam disciplinam.* Sic ille. Felix nimirum doctrinæ & bonitatis nexus, suavis vitæ sermonisque harmonia, grata Dei, grata hominum auribus; alioquin absonus sonus est, vbi vita discordat à lingua, & mores ab ore.

Dauid sentiens peccatam, facebatur culpam, & veniam confitebatur.

Prou. 18, 17.

1. Maccha. 7, 18.

Dan. 3, 29, & 31.

67. *Prinquam humiliarer ego deliqui.* Quasi diceret: Propterea secuta est humiliatio, quia delictum antecessit. Ex qua confessione sibi remedium comparauit. Nam, vt benè D. Ambrosius Serm. 9. in eundem Psalmum, *Si peccatis tuis, inquit, attribuas quod humiliatus es; quidquid acciderit in te retorques, & ex reo incipis esse iustus, qui teipsum condemnas. Iustus enim accusator est sui in exordio sermonu.* Sic vnus è septem Macchabæis cum torqueretur, *Nos, inquit, propter nosmetipsos hoc patimur peccantes in Deum nostrum.* Vbi iam martyrio coronandus oculos à proprijs peccatis non auertebat; vt prius suis se lacrymis quam effuso cruore expiaret. Nec aliter Azarias inter flammam Babilonicæ fornacis: *Peccauimus, inquit, & iniquo egimus, &c. omnia ergo qua induxisti super nos; & vniuersa qua fecisti nobis, vero iudicio fecisti.* Dum animi noxas effusis lacrymis extinxit, ignis flammam illæso veltigio calcavit.

68. *Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.* S. Augustinus paulò aliter legit: *Suavis es Domine, & in tua suauitate doce me iustitias tuas.* Quæ verba de V. Eucharistia exponit Serm. 4. de verbis Apostoli. Ac si dicat: Magistri flagris & virgâ adigunt discipulos suos ad doctrinam, ast tu Domine multâ suauitate & epulis concessis suauissimis me ad sapientiam protrahis. Sicut enim parentes datis placentulis & offulis mellitis filios paruulos ad ludum litterarium pertrahunt; non aliter tu, ô suauissime Pater, dato pane cælesti nos trahis ad Christiana dogmata haurienda, & ad labores perferendos. Ita S. Augustinus, cuius hæc sunt verba: *In tua suauitate doce me. Tunc disco vt faciam, si in tua suauitate doceas me. Ceterum, quamuis blanditur iniquitas, & dulcis est iniquitas, amara est veritas. In tua veritate doce me, vt suavis sit veritas: dulcedine tuâ contemnatur iniquitas, &c.*

69. *Multiplicata est super me iniquitas superborum.* Id est, Multorum hominum in me inuidiam laceffiui, dum ad exactiorem viuendi rationem adspiro. Vnde D. Ambrosius Serm. 9. in hunc Psalmum: *Quanto magis, inquit, quis Deo seruire desiderat, tanto magis in se excitat aduersarios; & tamquam athleta fortis coronam iustitiae reportare desiderans, irruat in se plurimos, & laceffit qui inuidens nostro profectui.* Sic etiam Christus Dominus cum seuerioris vitæ exempla edidit orando, pernoctando & ieiunando, tunc diriora sustinuit dæmonis tentamenta: nam statim accessit tentator, nec alius quidem quam ipse lucifer, vt D. Augustinus lib. 9. de Ciuitate cap. 21. testatur; seu, vt vocat D. Chrysostomus in Psal. 2. *archidæmon*: vt sicut nobilitate naturæ ceteris anteibat, ita & tentandi potestate actior defæuere. Nec semel tantum, sed sæpius diabolum tentatorem passus est; iuxta illud Marci, *Tentabatur à satana*; & illud Lucæ, *Tentabatur à diabolo.* Vbi verbum illud *tentabatur* non vnum actum, sed frequentiam designat. Imò non ab vno tantum dæmone, sed à pluribus tentationes patiebatur, vt Eusebius lib. 9. Demonstrationum cap. 7. testatur. Vbi epim maiora virtutum indicia exhibentur, ibi plures ad tentandum dæmones congregiuntur.

ANNO-TATIONES COR- DERII. Dum crescit studium profectus crescit etiam aduersarij.

Matth. 4, 3.

Marc. 1, 13. Lucæ 4, 2.

70. *Coagulatum est sicut lac cor eorum.* Sub hac metaphora inuehitur in homines immiseri- cordes, qui scilicet stipem mendicantibus negant. Lac enim naturâ suâ fluidum est, & facile dilabitur; si verò coaguletur, & in calcem subsistat, durefcit illicò, neque amplius effluit. Non aliter natura humana quodam naturali ductu fertur ad succurrendum pauperi. Mouemur enim proprijs miserijs; vt alijs opem feramus. Quorundam autem inhumanum est ingenium, & durefcit instar calci. In hoc ergo istiusmodi hominum perditionem iure merito refert Dauid; quia sicut dare libenter eleëmofynam, ad omnem pietatem efformat hominem; non aliter imitem esse ad succurrendum pauperi, in omnem inducit impietatem. Hæc est mens S. Ambrosij in hunc locum sic scribentis: *Coagulato enim lacte fit quadam concoctio, nec suauitatem habens eandem, nec gratiam. Ergo coagulatum est per superbiam cor, & per inuidiam, qua lenitatem natura fluentem & benenolentiam malitia concoctione vitiat.*

Vitium cor coagulat & indurat.

71. *Bonum mihi quia humiliasti me.* Hoc est, Amarum tribulationis poculum obtulisti; quod quia libenter exhausti, ad salutem fuit, & sanitatem mihi attulit. Huc vocanda Theodoretî paraphrasis: sic enim ille hæc verba exponit: *Gratias agit Vates ob seuera remedia; hinc discens sanitatem, quam consecutus est, processisse.* Salubre pharmacum afflictio & humiliatio fuit Prophetæ; erit & nobis si voluerimus, & hanc medicinam dementiâ correpti non reicerimus. Nam, vt benè notauit peritus ille animorum Medicus Idiota lib. 2. de Vera patientia, Medicorum aphorisma ad Christi scholam in hunc modum traducens: *Scio, quod sicut in medicamentis illa communiter sunt utiliora, qua amariora sunt, sic mundi attritio, carreptio & tribulatio, quamuis sensualitati & carni sit medicina amara, tamen anima & spiritui est*

Afflictio bonum pharmacum ad salutem.

ANNO-
TATIO-
NES CO-
DERIT.
Humilitas
in magna
utilitas.

utilis & proficua, medicinalis & fructuosa. Ceterum oportet ut quis lubens suscipiat ea quæ ipsam deprimunt, ut ipsa humilitas hominem aliquid faciat. Multa ad hoc institutum congerit S. Bernardus Serm. 34 in Cant. atque inter cetera hunc versiculum: *Bonum mihi quia humiliasti me.* Non ait, Patienter tuli, quia humiliasti me; sed, *Bonum mihi*; id est, lucundum & gratum fuit mihi, quod humiliasti me. Sed quid inde emolumentum? *Ut discam iustificationem tuam.* id est, Abdita mysteriorum tuorum tenet te opere mandata tua sum executus. En tibi quantum apicem euchitur, quia lubens humilis est. *Vides* (inquit Bernardus) *quia humilitas iustificat, & non humiliatio. Quanti humiliantur, & humiles non sunt? Alij cum rancore humiliantur; alij patienter, alij libenter. Primi res sunt, sequentes innocui, ultimi iusti.* Insuper adducit illud Iacobi: *Humilibus autem datur gratia.* Non ait humiliatis, id est ijs qui patienter ferunt, & amant humiliari, his vberem gratiam Deus instillat. Talis fuit Rex David cui hoc beneficium maius omnibus visum est, de hoc amplissimè gratias agens: *Bonum mihi*, inquit, *quia humiliasti me.* Dixerit Ioseph suo Pharaoni, Bonum mihi quia exaltasti me: dixerit Ruth suo Bozio, Bonum mihi quia ditasti me: dixerit Esther coniugi regio, Bonum mihi quia coronasti me: dixerit Mardocheus Assuero, Bonum mihi quia honorasti me: dixerit Tobias Angelo, Bonum mihi quia illuminasti me: dixerit Natanael Eliseo, Bonum mihi quia mundasti me: dixerit claudus Petro, Bonum mihi quia sanasti me: dixerit Lazarus Christo, Bonum mihi quia ad vitam reuocasti me. At Rex David inter maxima beneficia reponens, *Bonum*, inquit, *mihi; quia humiliasti me:* bonum mihi, bonum omnino: nam hoc mihi longè vtilius, idè & eharis, quàm si aureos à te montes accepissem. Cur hoc obsecro huic Regi tam bonum? *Ut discam iustificationes tuas.* Hactenus, ait, cælestis curiz stylum non satis intellexi, quid diuini iuris esset ignoravi; nunc demum Iureconsultus fio, sed in Academia patientiz: hic nemo doctus, nisi humiliatus. Iure merito itaque David maximas refert gratias, non quòd ditatus & exaltatus, sed quòd humiliatus sit. Humiliatio siquidem & afflictio homini longè vtilissima est: hæc fortitudinem & fidelitatem, hæc commiserationem & abstinentiam, hæc orationem & mortificationem, hæc prudentiam & modestiam exactè docet. ut verum sit illud: *Quæ nocent docent.* quod Græci tam breuiter quàm eleganter: *Παθήματα μαθήματα.*

10 D.

73. *Manus tua fecerunt me, &c.*] Hoc commendationis, inquit Ambrosius, vitur Psalter exordio, ut opus Dei se esse diceret, quòd faciliùs circa operis sui gratiam fauor inclinaretur auctoris. Subdit proinde: *Da mihi intellectum, & discam mandata tua.* Quid est quòd Prophetæ, qui abditarum rerum reuelationem acceperat, & arcanorum cognitionem, qui secreta nature fuerat rimatus, nunc intellectum petat? Vide quid præmiserat: *Manus tua fecerunt me, & plasmauerunt me.* Sux nature cognitionem expetit: quapropter dari sibi intellectum exoptat. Difficile enim est, ut quis seipsum nouerit, & in suæ vilitatis cognitionem descendat. Vnde,

Intellectus
opus est ut
quis se no-
uerit.

quamuis multam diuinarum & humanarum rerum cognitionem acceperit quis, attamen in se inspiciendo & despiciendo adhuc tyro est, & vix è primo limine suæ humilitatis scientiam salutauit. Quamobrem David cum de sui cognitione agit, tamquam paruulus clamat: *Da mihi intellectum.* Non modò cognitionem petit, sed ipsam potentiam, quâ habenda sit cognitio. Siquidem ad inspicientiam & despicientiam nostram omnes sumus rudes, & veluti sine intellectu amentes & excordes. Ergo difficillimum est studium humilitatis & propriæ cognitionis. Huius doctrinæ S. Ambrosium idoneum auctorem accipe, cuius hæc sunt verbain hunc locum: *Intellectum petit, ut ipse se nouerit, & natura sua possit scire rationem. At illi qui de rerum natura disputant, cali scrutantur plagas, qui se ipsos scire non possunt, putant intelligentiam sine Dei dono posse concedi. Vnde & nos humilitatem debemus sumere, ne extollamur.* David ergo licet die ac nocte in Dei lege meditaretur, hîc tamen intellectum petit, significans hominis studium laboremque in diuinis Litteris perscrutandis nihil prodesse nisi Dei auxilium accedat, qui clausa referet & aperiat. Vnde prudenter Cassiodorus Præfatione in lib. 1. de Diuinis lectionibus: *Oremus, inquit, ut nobis aperiantur illa quæ clausa sunt, & à studio legendi nullatenus abscedamus. Nam & David cum esses in lege Domini ingiter occupatus, tamen clamabat ad Dominum dicens, Da mihi intellectum, ut discam mandata tua.* Iungatur itaque humanus labor cum gratia diuina, & nostri studij imbecillitas diuini auxiliij basi nitatur; alioquin ruet, nosque ingenti exitio obruet atque sepeliet.

74. *Qui timent te videbunt me, & latibuntur.*] Quasi ex solo iusti aspectu, ut malus ac durus, qui numquam in virtutem pronus est, ex onere conscientiz contristatur & dolet, ita qui virtuti studet maximè lætetur, siue quòd viz socium ac ducem, quo incitetur, inuenerit; siue quòd virtutis lineamenta in eius ore videns, in illius amorem accendatur. Audi S. Ambrosium Serm. 10. in hunc Psalmum: *Plerisque enim iusti aspectus admonitio correctionis est, perfectioribus verò lætitia est. Quàm pulchrum ergo, si videaris & profis? &c. Nam si tanta est vis in naturalibus, ut animal visum proficit iteris, ita ut mortui quoque cornu eius animantis prodesse dicatur, si fuerit demonstratum is qui in huiusmodi incidit passionem, dubitare possumus, quòd iusti sanet aspectus?* Similia habet S. Hilarius ad hunc locum, & S. Bernardus Serm. 14. in Cantica, vbi de se ingenuè fatetur, cum aliquando in virtutis studio frigeret atque torperet, solo viri alicuius (spiritualis aspectu ad perfectionem vehementius incensum ac inflammatum fuisse.

75. *Cognoui Domine, quia iustitia iudicia tua, &c.*] Quasi dicat, Iudicia tua & rationes prouidentiz tuæ occultæ esse possunt & absconditæ ab oculis hominum, sed iniustæ esse non possunt: non potest ab æquitate (quæ tu ipse es) nisi rectitudo & æquitas exoriri. Ceterum, inquit, veritate ipsâ me deijs, & ad humilitatem trahis, quia dum meipsum agnosco, dum abyssum meæ impotentiz considero, statim (te dominante, & iudicia tua exercente) meipsum ex hu-

Sine Dei
dono & ad-
iutorio nil
possumus.

Iusti as-
pectus con-
tristat
& lætificat
probos.

Iudicia Dei
recta &
iusta.

militate despicio. Vnde subdit: *Et in veritate tua humiliasti me.* Quorum verborum hic est sensus, si Ambrosio credimus, ac si dicat: Vt mihi cognitionem rerum abditarum veracem inderes, me prius per humilitatem solidasti. Difficile enim quis rerum humanarum aut diuinarum intelligentiam assequi potest, nisi prius humilitate fundetur.

Pressura fugienda non sunt, sed querendum à Deo solamen.

76. *Fiat misericordia tua, &c.*] Misericordiam querit, qui se in miserijs & ærumnis esse cogitat; sed in quem finem? An vt à tribulationibus liberetur & à pressuris? Minimè; sed cur? Ipsemet exponit cum subdit: *Vt consoletur me.* Quàm fortis, quàm prudens! Non querit vt prementia Deus mala auferat, solamen postulat & refrigerium. Id quod eleganter expendit S. Ambrosius ad hunc locum: *Egregiam, inquit, & singularem Propheta expectato virtutem. Alius enim humilitatis ærumnis posceret vt circa eum tentamenta desinerent, & sedare Dominus aduersa dignaretur, ne tribulationum procella in eum semiret; iste autem quasi athleta fortis & sapiens, qui exerceri & angere animam suam tribulationibus nosset, non tristitia dimouere, non impugnantia declinare desiderat, sed magis in tempore laboris sui aduersus tentationum procellas dari sibi verbum consolationis exposcit, vt possit qua ingruunt mente tolerare.* Cum itaque aduersa nos premunt, & in nos ærumnæ delatuiunt, virili fortisque animo omnia ferenda sunt, non fugienda; & diuinum auxilium ac superum querendum solamen.

Sola vita æterna vitæ nomen meretur.

77. *Veniant mihi miserationes tuae, & vitam.*] Ac si non viueret, qui tamen loquebatur: viuebat, sed hac vitâ, quæ morti similior quàm vitæ, vt meritò speraret se victurum verâ scilicet vitâ, quæ æterna, quæ beata. Ita S. Augustinus

ad hunc locum dicens: *Tunc verè vitam, quantum nihil poterit imere, ne moriar. Ipsa enim & sine ullo additamento dicitur vita, nec intelligitur nisi æterna & beata, tamquam sola dicenda sit vita, in cuius comparatione ista quam ducimus mors potius sit appellanda quàm vita. Quale illud est in Evangelio: Si vis venire ad vitam, serua mandata. Neque hic ait, In æternum vitam, vel, Beatè vitam; quasi aliud non sit vivere, quàm sine ullo sine & sine vlla miseria vivere.* Rectâ igitur loquendi formulâ vsus est Dauid cum dixit, *Veniant mihi miserationes tuae, & vitam;* ac si vita quam ducebat non esset vita, sed mors; vita verò quam expectabat vera vita existeret, vt pote æterna & beata.

ANNO-TATIO-NES COR-DE-RII.

IBIDEM. *Quia lex tua meditatio mea est.*] Non putandum est illud ob aridam & celerem meditationem legis diuinam miserationem poposcisse, sed ob illam, quæ ita sapienter diuinam voluntatem considerat, vt ad eam amplectendam & opere complendam inducat: ad quod confirmandum pulchrè dicit S. Augustinus Serm. 19. in hunc Psalm. *Hac meditatio nisi esset in fide qua per dilectionem operatur, nunquam propter eam posset ad illam vitam quispiam peruenire. Hoc dicendum putari, ne quisquam, cum totam legem memoria mandauerit, eamque creberrimâ recordatione cantauerit, non tacens se fecisse quod legis; quia lex tua meditatio mea est; & hinc se adepturum existimet, quod verbis superioribus propter hoc meritum postulauit, ubi dictum est: Veniant super me miserationes tuae, & vitam.* Hæc meditatio amantis est cogitatio, & tantum amantis, vt charitas non frigeat huius meditationis sua quantalibet abundantia conspiciatur iniquitatis aliena, &c.

Qualis meditatio diuinam conciliet miserationem.

P A R A P H R A S I S A N O N Y M I.

π α . **Κ**ΛΕΙΠΕΙ εἰς τὸ σω-
τήριον σε ἡ ψυχὴ
μου· εἰς τὸν λόγον
σε ἐπὶ ἠλπίσα.

π β . Εξέλειπον αἱ ὀφθαλμοί
μου εἰς τὸ λόγιόν σου, λέγοντες·
πότε παρακαλέσεις με;

Ἐπεὶ ἐν, φησιν, ἐπιθυμῶ παιδῶσεως
ἀγαθῆς (τὸ τοῦ δὲ κλείπει ἡ ψυχὴ μου) μὴ
τερήσης με ὡς ἐπιθυμῶ. ταύτῳ δὲ μόνῳ
τῷ ἐλπίδα εἰς ὠδὴν ἀγαθῆν ἀναρῶ.

π γ . Ὅτι ἐχρησθήην ὡς ἀσκός
ἐν πάχνῃ· τὰ δικαιώματά σου ἐκ
ἐπελαθόμην.

Ἀντὶ τῷ, ὑπὸ ἡῶν συμφορῶν ἐπα-
χρώθην καὶ τὰς ἐκ αἰδαιολογίας ἀσκάς,
ὁ αἰδαιολογῶ. Καὶ ὁμῶς αἱ ποσαῦται
συμφοραὶ ἐκ ἐπιποσῶν με ἐπλαθῶσα,

81. **D**E F E C I T in salutare
tuum anima mea: * in
verbum tuum super-
speraui.

C A P H.

* Vulgata
addit &c

82. Defecerunt oculi mei in
eloquium tuum; dicentes: Quan-
do consolaberis me?

Cum igitur, inquit, bonam correptionem
desiderem (in hoc enim deficit anima mea)
ne frustres me ijs quæ desidero. Hanc enim
solam spem ad solatium expecto.

83. Quia factus sum sicut vter
in pruina: iustificationes tuas non
sum oblitus.

Id est, A calamitatibus congelatus sum tam-
quam vtres insensibiles, cum sensu præditus
sim. Attamen istiusmodi calamitates non red-
diderunt me immemorem promissorum tuo-
rum,

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.
* Abest à
Vulgata.

rum, quibus me vivum reducturú te recepisti.
84. Quot sunt dies serui tui?
Quando facies * mihi de perse-
quentibus me iudicium?

Ego autem, inquit, iam non inter viuen-
tes verfor, quia infrigidatus sum: attamen
nondum desperavi. Accelera igitur clemen-
tiam tuam: etenim exigui temporis me feci-
sti. Etsi hic consumpsero potissimam partem
vitæ meæ, quantum temporis mihi residui
erit ad lætitiã?

85. Narrauerunt mihi iniqui
fabulationes; sed non vt lex tua
* Domine.

* Vulgata
omisit.

86. Omnia mandata tua ve-
ritas:

Cum susque deque leges suas proposue-
rit; ac si quispiam opponeret etiam Babylo-
nijs esse leges, subiunxit tamquam in com-
paratione, quod sint quidem, sed iniquæ, &
nugis plenæ. Nam nostræ [inquit] refertæ
sunt iustitiã & religione, illorum verò, quo-
modo iniuriam inferant & plura possideant.
vnde subdit:

* Vulgata
Iniquè

* Iniustè persecuti sunt me, ad-
iuua me:

87. Paulò minùs consumma-
uerunt me in terra: ego autem non
dereliqui mandata tua.

Et huius, inquit, argumentum sum ego
& res meæ. Tantam enim [inquit] iniuriam
mihi fecerunt, vt sine vllò conscientiz re-
morsu res meas abstulerint, neque cessarent
cum semel iniuriam intulissent, sed instarent
donec morti me traderent. Ego autem mihi
persuasi, illorum inhumanitatem clementiã
tuã haudquaquam maiore fore. vnde subdit:

88. Secundùm misericordiam
tuam vivifica me: & custodiam
testimonia oris tui.

Pulehrè *Secundùm misericordiam tuam.*
id est, Secundùm fortitudinem quam obti-
nes habes quoque misericordiam, neque vlla
natio te potentior est. Secundùm hanc igitur,
inquit, misericordiam tuam vivifica me, vt
memor quibus liberatus sim, totum me le-
gitimis tuis addicam.

ὡν ἐπηγγείλω ζῶντά με ἐπαναγαγεῖν.
πδ'. Πόσαι εἰσὶν αἱ ἡμέραι
τῆ δ' ἔλασ σε, πότε ποιήσεις μοι ἐκ
τῶν καταδικόντων με κρείσιν;

Εἰγὼ δέ, φησὶν, ἐκ ἐν ζῶσιν ἤδη εἰμι,
ὅθεν τὸ ἐπιγγέλαι· ὅμως ἔγω ἀπλήπι-
σα. Τάχωνον ἐν τῷ φιλανθρωπίας σε·
καὶ γὰρ ὀλιγοχρόνιον με ἐποίησας. καὶ ἐὰν
ἐνταῦθα ἀναλώσω τὸ πλεον τῆς ζωῆς
μου, πότε ἔσοι μοι ἔσσι ὁ τῆς δυσφορίας
κρείσιν;

πέ. Διηγῆσαντό μοι παράνομοι
ἀδολεγίας· ἀλλ' ἐχ' ὡς ὁ νόμος
σε κύριε.

πς'. Πᾶσαι αἱ ἐντολαί σε
ἀλήθεια·

Εἴπει ἀνὰ καὶ κατὰ τὰς νόμους περι-
βάλλετο τὰς ἰδίους ὡς ἀπιπθῆναι πρὸς
ὅτι καὶ Βαβυλωνίαν εἰσὶ νόμοι, ἐπιπληρῶν ὡς
ἐν συγκρίσει, ὅτι εἰσὶ μὲν, ἀλλὰ ὡς ἀνό-
μοι, καὶ ἀδολεγίας πλήρεις. οἱ μὲν γὰρ
δικαιοσύνης εἰσὶ πεπληρομένοι καὶ δικαιο-
σύνης· οἱ δὲ, ὅπως αὐτὸ ἀδικοῦν καὶ πλεονε-
κτοῦν. ὅθεν ἐπάγει·

Ἀδίκως κατεδίωξάν με, βοή-
θησον με.

πζ'. Παρὰ βραχὺ σωτέ-
λεσάν με ἐν τῇ γῆ· ἐγὼ δὲ ἐκ
ἐγκατέλιπον τὰς ἐντολάς σε.

Καὶ τότε, φησὶν, ἀποδείξεις ἐγὼ καὶ τὰ
εἰς ἐμέ. Οὕτως γὰρ ἠδίκησαν ἐμὲ καὶ ἀφείλον
τὰ ἐμά, ὡς μὲν δὲ πηπτόμοι τὸ σωεῖδος,
καὶ ἐδὲ ἀδικήσαντες ἀπαξ ἀπέστησαν, ἀλλ'
ὁπρὸς μὲν, ἕως ὡς ἀποδοῦναι θανάτῳ με.
Εἰγὼ δὲ ἔπεσα ἑαυτὸν, ὡς ἐκ ἔσσι ἡ τέ-
των ἀπανθρωπία τῆς φιλανθρωπίας σε
μείζων. ὅθεν ἐπάγει·

πή. Κατὰ τὸ ἔλεός σε ζῆσον
με· καὶ φυλάξω τὰ μαρτύρια τῆ
σώματός σε.

Καλῶς καὶ τὸ ἔλεός σε. ἀντὶ τῆ, κα-
τὰ τῶν ἰσχυρῶν ἐμὲ κέκτησαι καὶ τὸ ἐλεῖ
ἔχει, καὶ ἐδὲ ἐν ἑνὶ ἰσχυρότερόν σε.
καὶ τῆτον ἐν, φησὶ, τὸν ἔλεόν σε ζῆσον
με, ὡς αὐτὸ μνημονεύον ὡς ἀπληγῶν,
ὅθεν ἑαυτὸν τοῖς σοῖς νομίμοις ἀνα-
θήσω.

πθ'. Εἰς

πθ'. Εἰς τὸν αἰῶνα κύριε ὁ λόγος σου διαμῦναι ἐν τῷ οὐρανῷ.

89. In æternum Domine verbum tuum permanet in celo.

PARAPHRASIS ANONYMI. LA M E D .

ς'. Εἰς γενεάν τε γυνεάν ἢ ἀληθείᾳ σου ἐθεμελίωσας τὴν γῆν, τε διαμῦναι.

90. In generationem & generationem veritas tua: fundasti terram, & permanet.

σα'. Τῇ διατάξει σου διαμῦναι ἡ ἡμέρα· ὅπ τὰ σύμπαντα δέξονται σα'.

91. Ordinatione tuâ persequatur dies; quoniam omnia seruiunt tibi.

Ordinatio. Die. Del. ex. et a. subst. sunt.

Εἰς πίσωσιν τῶ ἰδικωτέρῃ εἰς τὸ κοινὸν ἐξήλθα. ἀντὶ τῆ, τὸ πρῶτον γὰρ σου τὸ πρὸ τῆ γῆς ἐθετο ἐν αὐτῷ θεωρεῖται· ἐπειδὴ γὰρ ἐκέλευσας ἐξ αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα, αὐτὸ τὸ διαμῦναι εἰς τὸ αἰετὸν τὴν δυνάμιν σου διασαφεί. Ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν διακρίνειν παρεσιδύσας, καὶ μῦναι ἀσάλευτον κρημαμῦναι ὑπὲρ τοῦ οὐρανοῦ. τὸ ὅμοιον δὲ ἔστω καὶ ἡμέρα, τε νύξ, τε πᾶν εἶπ ἐστὶ σῶμα σὸ πρῶτον ἀγαπῆ ἔση, καὶ τοῖς σοῖς εἰκὴ νύξμασιν.

Ad rem particularem confirmandam digressus est ad communem. q. d. Præceptum tuum circa cæli conditionem in hoc ipso cernitur: cum enim iusseris ut in æternum esset, illud ipsum quod perpetuò maneat potentiam tuam declarat. Sed & terram perennare fecisti, ac manere inconcussam super nihilum suspensam. Consimili autem modo & dies, & nox, & quodlibet corpus iussu tuo subsistit, tuisque nutibus obedit.

σβ'. Εἰ μὴ ὅπ ὀνόματός σου μελέτημα ἔστι· τότε ἀν ἀπωλόμην ἐν τῇ ταπεινώσει μου.

92. Nisi quòd lex tua meditatio mea est; tunc * utique perissem in humilitate mea.

* Vulgata fonte

σγ'. Εἰς τὸν αἰῶνα ἐμὴ ἰσχυρολογία τῶν δικαιωμάτων σου ὅπ ἐν αὐτοῖς ἐζήσάς με.

93. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas; quia in ipsis viuificasti me.

Καμὲ ἐν, φησὶ, τῷ πρῶτον ἀγαπῆ σου ἐπελπίζοντα μὴ ἐάσης ἀπολέσθαι· ἐ γὰρ ἀποσταίλω ποιούσης ἐλπίδος.

Et me igitur, inquit, mandato tuo supersperantem non sines perire: non enim à tali spe destiti.

σδ'. Σὸς εἰμι ἐγὼ, σώσον με ὅπ τὰ δικαιώματά σου ἐξεζήτησα.

94. Tuus sum ego, saluum me fac; quoniam iustificationes tuas exquisiui.

Ἐπεὶ ἐν, φησὶ, ὅλον ἐμαυτὸν σοι ἀνέθηκα, δίκαιός εἰμι ὡς καὶ σὺ βοηθεῖς.

Cum igitur, inquit, memetipsum totum tibi dedicauerim, dignus sum à te iuuari.

σε'. Ἐμὲ ὑπέμειναν ἀμαρτωλοὶ ἐξ ἀπολέσασθαι με· τὰ μαρτύριά σου σωῆκα.

95. Me expectauerunt peccatores ut perderent me: testimonia tua intellexi.

Ἀμαρτωλοὶ δὲ τὴν βαβυλωνίαν λέγει. λέγει ἐν, ὅπ δὲ τὸ καίτοι ἀπολέσασθαι με ζήτησας οἱ βαβυλώνιοι, ἐ δύνανται, ἐπεὶ ἐξήρηται ἡ ἐπαγγελία σου. Τὸ γὰρ σωῆκα ἀντὶ τῆ ἐφύλαξα. εἶτα δεκνὺς τὸ ἦν συμφροσὴν μέγα ἐπάγα.

Peccatores autem vocat Babylonios. Ait itaque, Idcirco etsi Babylonij querant me perdere, tamen id minimè possunt, quia ex promissione tua dependeo. Nam illud intellexi idem est quod custodisti. Deinde calamitatum magnitudinem ostendens subiungit:

ςς'. Πάσης σωτελείας εἶδον πέρας· πλατεία ἡ ἐπιβολὴ σου σφόδρα.

96. Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

πᾶσα, φησὶ, ἄνοια ἦν ἐχθροῦ πρὸς

Omnis, inquit, cogitatio inimicorum ad

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.
Spes pro-
missionum
Dei cordis
latitudinem
conferre.
Psal. 4, 2.

portas mortis appropinquare me facit, sed promissio tua (hoc enim est mandatum tuum) latior reperitur quàm sint insidie illorum: nam in ipsa malorum tolerantia spes bonorum tuorum reddit me securum & animo liberum; iuxta illud, *In tribulatione dilatasti mihi.*

ταῖς πύλαις ἐγγίζω με ποιεῖ τὴ θανάτῃ, ἀλλ' ἢ ἐπαγγελία σε (τὸτο γὰρ ἢ ἐντολή σε) πλατυτέρα διεύσκιαται τῆς ἐκείνων ὀπιβουλῆς· ἐν γὰρ αὐτῷ τῷ πάθει κακῶς ἢ ἐλπίς ἤν' ὡδ' αὐτὸ ἀγαθὸν ἐν ἀνέσῃ με ποιεῖ καὶ ἐνρυχαιεῖ· ὡς καὶ τὸ, ἐν θλίψει ἐπλατυνάς μοι.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

CAPH. 81.

DE FECIT IN SALVTARE.] Salutis sitim indicans ait animam suam ad ipsam defecisse.

Etenim qui rerum desideratarum aspectu priuantur & siti tabescunt, deficere dicuntur. Quid autem salutarius esse possit presentia Domini? Hoc enim interpretans subiunxit, *In Verbum tuum supersperaui*, id est in Filium. Ait verò etiam oculos suos in eloquium defecisse, scilicet in Dominum nostrum Iesum: ipsum enim *aduocatum habemus apud Patrem: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris*. Porro hoc etiam promissionem & pollicitationem & diuinam Scripturam significat, in quam qui profundè se immergit, rogat hanc consequi consolationem, ne à vero sensu aberraret.

1. Ioan. 2, 2.

Corpus nostrum in Scripturis utri comparatum.

83. **Q**UIA FACTVS SVM SICVT VTER IN PRVINA.] Alius, *Sicut vter in fumo*. In multis autem Scripturæ locis reperies corpus nostrum utri assimilatum esse. Quemadmodum igitur, inquit, vter in fumo vel pruina dum à siccitate ipsum obsidente marcescit, & constringitur, euacuatur spiritu qui ipsum intumescere faciebat: sic etiam ego, & si à te derelictus fuero, non obliuiscar iustificationum tuarum. Hoc autem est animæ feruentis & in bonum profusæ. Sicut etiam Petrus in passione, cum asseuerasset se minimè negaturum, licet quiduis pateretur, fit etiam vter in pruina, qui tabefacit carnem suam: hæc siquidem delicijs eneruatur & inflatur velut vter calefactus & tumefactus, sed piâ exercitatione humiliatur & constringitur sicut vter in pruina concretus. Illud autem, *Quot sunt dies*: id est, Exiguum est tempus vitæ nostræ. Quando igitur ius mihi reddes, & ab inimicis me liberabis?

85. **N**ARRAVERVNT MIHI INIQVI.] Tales etiam sunt qui Dauidi consulebant,

ΚΛΕΙΠΕΙ ΕΙΣ ΤΟ ΣΩΤΗΡΙΟΝ.] Τῆς σωτηρίας ἐμφαίνων διψῶ ἐκλείπει λέγει τὴ ψυχῇ πρὸς αὐτό. καὶ γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ τῶ ποταμῶν στερέωτοι & οἱ δὲ ψεῖται κηλόμενοι, ἐκλείπει φασί. σωτήριον δὲ τί αὐτὸ εἶναι μεῖζον ἢ ἡ παρουσία τῶ κυρίου; τὸτο γὰρ ἐριμῶδιον ἐπήγαγον, εἰς τὸν λόγον σε ἐπήλαστα, ἦτοι εἰς τὸν ἕόν. λέγει δὲ καὶ τὸς ὀφθαλμοὺς αὐτῶ ἐκλείπειν εἰς τὸ λόγον, ἦτοι εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν φησὶ· αὐτὸν γὰρ ἔχομεν ὡδ' ἀκλήπην πρὸς τὸν πατέρα· & αὐτὸς ἰλασμός ἐστι πρὸς τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. τὸτο δὲ σημαίνει καὶ ἐπαγγελίαν καὶ τὴν θείαν γραφὴν, εἰς τὴν ὁ ἐμβαθύνων, ἀξιοὶ ὡδ' ἀκλήστως τυχεῖν, ὡς τῆς ἀληθῆς μὴ ἀσοχῆσαι ἐννοίας.

83. **Q**UIA FACTVS SVM SICVT VTER IN PRVINA.] Alius, *Sicut vter in fumo*. In multis autem Scripturæ locis reperies corpus nostrum utri assimilatum esse. Quemadmodum igitur, inquit, vter in fumo vel pruina dum à siccitate ipsum obsidente marcescit, & constringitur, euacuatur spiritu qui ipsum intumescere faciebat: sic etiam ego, & si à te derelictus fuero, non obliuiscar iustificationum tuarum. Hoc autem est animæ feruentis & in bonum profusæ. Sicut etiam Petrus in passione, cum asseuerasset se minimè negaturum, licet quiduis pateretur, fit etiam vter in pruina, qui tabefacit carnem suam: hæc siquidem delicijs eneruatur & inflatur velut vter calefactus & tumefactus, sed piâ exercitatione humiliatur & constringitur sicut vter in pruina concretus. Illud autem, *Quot sunt dies*: id est, Exiguum est tempus vitæ nostræ. Quando igitur ius mihi reddes, & ab inimicis me liberabis?

85. **N**ARRAVERVNT MIHI INIQVI.] Tales etiam sunt qui Dauidi consulebant, *ταῖς πύλαις ἐγγίζω με ποιεῖ τὴ θανάτῃ, ἀλλ' ἢ ἐπαγγελία σε (τὸτο γὰρ ἢ ἐντολή σε) πλατυτέρα διεύσκιαται τῆς ἐκείνων ὀπιβουλῆς· ἐν γὰρ αὐτῷ τῷ πάθει κακῶς ἢ ἐλπίς ἤν' ὡδ' αὐτὸ ἀγαθὸν ἐν ἀνέσῃ με ποιεῖ καὶ ἐνρυχαιεῖ· ὡς καὶ τὸ, ἐν θλίψει ἐπλατυνάς μοι.*

πέ. ΔΙΗΓΗΣΑΝΤΟ ΜΟΙ ΠΑΡΑΝΟΜΟΙ.] Τοῦτοι καὶ οἱ τῶ Δαβὶδ συμβεβδύοντες, ἀνελθόν

ἀπολεῖν τὸν Σαὺλ· καὶ αἱ τῆς αἰρετικῶν βλα-
σφημίας, καὶ ἑλλήνων ἢ μακρῶ φλυαρία.
ὁ δὲ Ἀκύλας, Ἐσκαλλὸν μοι ὑπερήφανοι
βόθρας· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὑπώρυξάν
μοι ὑπερήφανοι ὑπόγεια· ἢ δὲ πῶτε ἐκ-
δοσις, ἄρυξάν μοι ὑπερήφανοι βόθρας.
ἀλλ' ἐχὼ ποιῶτ' ὁ νόμος· ἀλ-
λά πάσαι αἱ ἐπιτολαὶ σε ἀλήθεια, ἐπεὶ
δὲ ἔστι καὶ δικαίως διωχθῆναι, ἐπήγα-
γην· ἀδικίως καταδίωξάν με. ἐχθρός γὰρ
αὐτοῖς ἐγὼ μὲν δὲ τὴν ἀλήθειαν. τὸ
δὲ, ὡς βραχὺ συνετέλεσάν με· ἀν-
τι τῆ, ἐκ τῆ διωγμῆ αὐτῆς μικρῆ δὲ ἐν
ἐκινδυνώουσα τελευτῆσαι. Συνετέλεσθαι
μοι ὁ τῆς ζωῆς χρόνος ἐπικειμένον μοι·
ἀλλ' ὅμως ἐκ ἑξίστην σε τῆς ἐπιτολῶν, ἐδὲ
ἐνεκάκησα. καὶ ἄλλως δὲ ἔστι συνετελεσθῆναι
ἐν τῇ γῆ, τὸ εἰς τὴν ὑλικὴν ἔξῃ, ἢ ἐκάλεισε
γῆν, ποιωθῆναι. καὶ τὸ λόγιόν σε δὲ, ἀντι τῆ,
καὶ τὸν λόγον σε, ἔ ποιήσω τὰ μαρτύρια,
ὅσα ἐκ στόματός σε προεῖληθε. στόμα δὲ
θεῶ οἱ προεφῆται.

πθ'. ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ ΚΥΡΙΕ Ο
ΛΟΓΟΣ ΣΟΥ.] Ἐν προκοπῇ γεγονοῖς
ὑψηλοτέρῃ ἀπύπτῃ δογματῶν, τῆ αἰδίου
λόγου τῆ πατρὸς μνημονύων, καὶ μοιγεῖ
τὸ, ἐν ἀρχῇ ἢ ὁ λόγος, λέγων. ἢ ἄλλως δὲ
τὸ ἐν τῆ ἕρανῶ, ἀντι τῆ, ἐν ταῖς ἀγίαις
δυναμίσι. πάντων γὰρ τῆς ἐκεῖ καταγεγραμμένων
ἐδειμία λόγου ὡς ἀβασίς. ἐν τῇ γῆ δὲ ἐ
δυναμίσι, ὅπως πορεύεται ἢ ἡ λοιπὴ ἀκαθαρ-
σία. ἀλλὰ μὲν καὶ τῆς ἡλιακῆς κινήσεως
ἐπὶ γῆς ἐδειμία παραβάσις, ἔτι τῆς τῆς σε-
λήνης δρόμου. ὅρα καὶ τῆς θαλάσσης τὸ
ἀποβάλλον τῆς τεθειμένων ὅρα καὶ τῆς
ἄλλων, δι' ὧν ἔ ἐν γῆ δυναμίσι ὁ λόγος
αὐτῆ. εἰ πάντα δὲ δὲλα σα, πῶς ὁ μύρ-
μηξ λέγεται ἐν παροιμίαις μὴ ὑπὸ δεσπό-
την εἶναι; ὅτι διττῶς λέγεται δεσπό-
της ὁ θεός· ἢ ὡς δημιουργός, ἢ ὡς γ-
νωσκόμενος. τὸ γὰρ ἐδελώθητε τῆς θεῶ
κατ' ἀρετῶν καὶ γινώσκον φῆσι· τέτα τῆ
τέλει, ἀμοιρός ἔστιν ὁ μύρμηξ· καὶ κατὰ
παύτην τὴν δεσποτείαν ἀδέσποτος. γ-
νοῦν δὲ καὶ γινώσκον τὴν Ἰουδαίων λέγει
καὶ ἔθνων· αὐτὰ γὰρ ἐχώρησαν τῆ θεῶ
τὴν ἀλήθειαν, ἢ μὴ ἔχουσα τὸν νόμον καὶ
τῆς προφητῶν, ἢ δὲ τὴν κατὰ δὲ θεῶν.
ἐκ εἰς γινώσκον δὲ καὶ γινώσκον ἢ ἀλήθεια τῆ
θεῶ, ἀλλ' εἰς γινώσκον τὴν προφῆται, καὶ γινώσκον

vt Saulem è medio tolleret: item contumeliae
hæreticorum , & proluxæ Gentium nugæ.
Aquila autem ait , *Sarriebant mihi superbi
laqueos*; Symmachus verò, *Suffoderunt mihi
superbi subterranea*: Quinta verò editio, *Fo-
derunt mihi superbi foveas*. Verùm nequa-
quam talis est lex tua : sed omnia mandata
tua veritas. Quoniam verò etiam potest quis
iustè pati persecutionem , subiunxit : *Iniuste
persecuti sunt me*. Inimicus enim factus sum
ipsis propter veritatem. Illud autem, *Paulò
minus consummaverunt me*: id est, Ex perfe-
cutione propemodum mortis periculum
adiui. Illis ingruentibus vitæ meæ tempus
consummatum fuit ; attamen non recessi à
mandatis tuis, neque malignatus sum. Aliter
verò etiam potest quis consummari in terra;
id est, materiali habitu, quem terram appel-
lauit , affici. Porro secundum eloquium
tuum, id est, secundum verbum tuum , &
faciam testimonia , quæcumque ex ore tuo
prodierunt. Os autem Dei sunt Prophetæ.

89. IN ÆTERNVM DOMINE VER-
BUM TVM.] In progressu sublimiora
dogmata attingit , sempiterni Verbi Patris
mentionem faciens, & tantum non dicens,
In principio erat Verbum. Porro illud *in calo*,
id est, in sanctis virtutibus. Omnium enim
eorum quæ illic constituta sunt nulla est ser-
monis transgressio. In terra autem non per-
manet, vbi est fornicatio & reliqua immun-
ditia. Sed nec solaris motus super terram vlla
est digressio, neque cursuum Lunæ. Consi-
dera etiam maris intranabilem conditionem
positis eius terminis ceterisque, ob quæ in
terra permanet verbum eius. Ceterum si om-
nia seruiant tibi, quomodo in Prouerbijs for-
mica dicitur non esse sub Domino? Quia ni-
mirum dupliciter dicitur Deus Dominus: vel
tamquam Creator, vel tamquam Cognitor.
Illud enim Seruiuistis Deo secundum virtu-
tem & cognitionem ait: huius autem finis
expers est formica: & secundum hoc domi-
nium Domino caret. Generationem autem
& generationem dicit Iudæorum & Gen-
tium: hæc namque Dei veritatem perceperunt,
cum illa quidem habuerit legem & Prophe-
tas, hæc verò nouum Testamentum. Ceterum
non in generationes & generationes veritas
Dei, sed in generationem priorem, & generatio-

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

LAMBD.
Verbum
Dei æter-
num est.
Ioan. 1, 1.

Omnia Deo
seruiunt.

Veritas Dei
in genera-
tionem &
generatio-
nem.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

rationem posteriorem : reliquæ autem Gen-
tes aberrarunt. Deinde sequitur: *Nisi quòd lex
tua meditatio mea est.* Sæpenerò dictum
est, quomodo tempus tentationum atque pe-
riculorum humiliatio nominetur. Prauis
igitur, inquit, cogitationibus & calamitati-
bus me oppugnantibus utique perijfsem, nisi
lex tua pro sustentaculo mihi fuisset. Cùm
igitur vita mea fuerint iustificationes tuæ,
iuxta illud, *Qui facit ea, vivet in eis,* indele-
bilem habebò memoriam earum.

94. TVVS SVM EGO, SALVVM ME FAC.] Non
quilibet dignus est hac voce (quomodo enim
is qui peccati est servus fit Dei?) sed qui diui-
nas leges exquirat & facit. Subaudiendum au-
tem tuus sum servus. Servus secundùm natu-
ram, secundùm gratiam filius. Ceterùm *Susti-
puerunt*, id est, *Expectarunt*. Sic enim Sym-
machus & Aquila ediderunt. Illi quidem, in-
quit, sperarunt me morti tradere; ego verò te-
stimonijs tuis attendens, vitam hinc fructifi-
caui. Nam *perdere*, si propriè examinaveris,
idem est quod nos à Deo excidere: quod
maximè quærunt virtutes aduersariæ. Con-
summationem autem vocat dæmonum infi-
dias: quarum, inquit, finem vidi in nihilum
abire, vnde etiam latum mihi factum est man-
datum tuum. Symmachus autem legit hoc
modo, *Omnis apparatus vidi terminum:
spatiosum est mandatum tuum valdè.* Omnia,
inquit, humana finem habent, eumque velo-
cem: tuum verò mandatum latum est, & in-
corruptum. Vel sic: Vnicus quidem finis virtu-
tis est semper proficere. Attamen est etiam cui-
uslibet profectus finis suus proprius: vt tem-
perantiæ siue continentiæ, moderari affectio-
nibus circa lumbos versantibus: prudentiæ,
res agendas dirigere: fortitudinis, res genero-
sas exequi: iustitiæ, cuique pro dignitate tri-
buere. quibus eorum qui saluantur impetus &
quies ex vno & ad vnum spectans dilatatur.

Μαν. factum
Dei latum
est.

Quales sint
virtutum
fines.

τιλὴ δούτερον· τὰ δὲ ἄλλα ἔθνη πεπλάνη-
ται. εἶπα· εἰ μὴ ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη με
ἔστιν. εἶρηται πολλάκις, ὡς ὁ ἡγῆσθε πειρασμῶν
καὶ ἐν τῷ πειρασμῷ ταπεινώσει ὀνομά-
ζεται. ἡγῆσθε ποιεῖσθε ἐν φησι, λογισμῶν καὶ ἡγῆσθε
συμφορῶν πολεμιστῶν με, εἶχον αἰ δαπλάειν,
εἰ μὴ ὁ νόμος σου ἐγίνετό μοι ἀντὶ σπείργμα-
τος. ἐπεὶ ἐν ζωῇ μοι τὰ σα γέγονε δικαιο-
ματα, καὶ τὸ ποιήσας αὐτὰ, ζήσεται ἐν αὐ-
τοῖς, ἀπὸ πλῆθους ἔξω τὴν μήμην αὐτῶν.

54. ΣΟΣ ΕΙΜΙ ΕΓΩ, ΣΩΣΘΟΝ
ΜΕ.] Οὐ πᾶς ἀξίος ταύτης τῆς φωνῆς
(πᾶς γὰρ ὁ ἀμαρτῆς δὲ ἔλθῃ εἰς τὴν
θεῶν;) ἀλλ' ὁ τὰς θεῶν νόμους ἐπιζητῶν καὶ
πράττων. θεωροῦπακυσίον δὲ τὸ σὸς εἰμι
δὲ ἔλθῃ. θεράπων καὶ φύσιν, κατὰ χάριν
ἦος. τὸ ὑπέμεναι δὲ, ἀντὶ τῆ, θεωροῦ δό-
κῃσαν. εἶπα γὰρ ὁ Σύμμαχος καὶ Ἀκυ-
λας ἔξεδωκαν. ἐκείνοι μὲν ἠλπισάν, φησι,
ὡς δαδῶσθε με θανάτου· ἐγὼ δὲ τοῖς σοῖς
θεωροῦσθων μαρτυροῖς, τὴν ἐν τῷ θεῷ
ἐκαρπώσα μὲν ζωῆς. τὸ μὲν τὸ δαπλά-
σαι, ἐὰν κελίως ἐξιστάσθης, τὸ ἐκπαιθεῖν
ἡμᾶς ἔστι τῆ θεῶν· ὁ μάλιστα ζητῶσθαι αἱ δι-
νάμεις αἱ ἀντικείμεναι. καὶ συντέλεσθαι δὲ
τὴν ἐπιβεβληνῶν φησι τὴν ὡς ἡγῆσθε δαιμό-
νων· ἢ, φησι, εἶδον τὸ πῆρας ἐκβαῖν εἰς ἐδῆν,
ὅτι καὶ πλατεῖα μοι γέγονε ἡ ἐπιτολή σου. ὁ δὲ
Σύμμαχος εἶπας, πάσης κατασκευῆς εἶδον
πῆρας· ὀρύχων ἢ ἐπιτολή σου σφόδρα πάν-
τα, φησι, τὰ ἀνθρώπων τέλος ἔχουσι, καὶ ταχὺ
ἢ δὲ σὴ ἐπιτολή σου πλατεῖα, καὶ ἀνώλιθρος. ἢ
εἶπας· ἐν μὲν τέλος τῆς ἀρετῆς τὸ ἐν θεωρο-
πῆ αἰεὶ εἶναι. ἀλλ' ἐν ἔστι καὶ πάσης θεωροῦσθης
ἰδῆσθων τέλος· ὡς σαφροσύνης μὲν, τὸ παθῶν
κερατεῖν τὸ πῆρας τὸ ὄσφωλ σφροδμῶν· φρονη-
σεως, τὸ πῆρας τὰ φρακτία δίδυμοι· ἀν-
δρίας, τὸ πῆρας τὰ θάρρη κατὰ θρωπικόν δι-
καιοσύνης, τὸ κατ' ἀξίαν δαπνομηπικόν. ὡς
πλατυνέται ἢ ἔξ ἐνός καὶ πῆρας ἐν ἀφορώσθαι
ἡγῆσθε σωζομένων ὁρμῆ καὶ κατὰ παύσει.

C A T E N A P A T R V M.

C A P H. 81.



EFECIT IN SALVTARE TVVM ANI-
MA MEA.] APOLINARII. Valdè
consequenter interpretans quid
tandem sit salutare, deinceps subiungit, *In
verbum tuum supersperavi*, significans salu-
tare illud esse verbum Dei.

πά.



ΚΛΕΙΠΕΙ ΕΙΣ ΤΟ ΣΩΤΗ-
ΡΙΟΝ ΣΟΥ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ.]
ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Σφόδρα ἀ-
καλῶς ἐρμηνεύων τί ποτέ ἐστὶ τὸ σωτήριον,
ἐπιλέγει ἐξῆς, εἰς τὸ λόγον σου ἐπιήλπισα, ση-
μαίνων ὅτι τὸ σωτήριον ὁ λόγος τῆ θεῶν ἔστιν.

E T S E.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ε'πειπερ ο σος λογος εληρωσε μοι το σωτηριον σε, κη τινα δπακειται μοι εν τω σωτηριω σα' δεξιλιπον επιθυμω, ε δεξυλομω δωτο ε ορεξιας, ελος γνομωμος εκεινε τ' επιθυμητη. το σωτηριον τ' θεω ο κυριος ημω ε Ιησους Χριστος εστι, ο επωνυμος ε σωτηριας ημω ε αυτος γαρ εστι η σωτηρια η αληθη, η δικαιοσυνη, ε οσα αλλα παρεστηεν ο θεος λογος τον γ' τον εη τον θεω.

πβ'. ΕΞΕΛΙΘΟΝ ΟΙ ΟΦΘΑΛΜΟΙ ΜΟΥ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Νοει δη μοι τλω επαγγελιασ. λεγεται δε λογος κη η διοπιδος γραφη. εκλειπει τωνω ε μωιον ο τλω υποχρεω τλω θειασ αναειμωσ, κη τλω λυσιον τ' επιχειμωτων κακων φερσδεχωμω ε αλλα κη ο τοις θεωις εγτυγατων λογωις, κη τ' τετων δ'ανοιαισ καταμαθειν απειρωδ' εφικωμω, ε παρ'αληση ε ψυχωγωγωιασ υπολαμβανη τλω εδρεση.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τον κυριον ημων Ιησωω Χριστω φησιν αυτον γδ εχομω παρ'αλητον φερσ τον πατερα, κη τλω τω Α'ποσολω φωνω' κη αυτος ιλασμωσ εστι φερσ ημω αιμαρπον ημων.

πγ'. ΟΤΙ ΕΓΕΝΗΘΗΝ ΩΣ ΑΣΚΟΣ ΕΝ ΠΑΧΝΗ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ασκος εν παχη γινεται ο τλω εαυτω σαρκα κατατηξασ, κη μηδεν εν αυτη πυρωδ' ε επιθυμητικων εων, αλλ' εποψυχων ωσπερ αυτω.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ευρησες πολλαχε της γραφης τρηπολογωμωρον το σωμα εις ασκον. ο εν λογη ο δικαιο ποιε τον εστη. Ενεκρωσα με τα μελη επι της ηης. τη θερμωτη τω σωματω εψυξα τω θεω λογω. εκει ειμι θερμωσ φερσ ορεξη ημω κη τλω κοιλιασ η φερσ τα σωματικα ενεκρωσα κη εψυξα τα μελη τα επι της ηης.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ο τω θεω λογω πνυματικη ων παχη (επει κη δεσω κη υετωσ πολλαχε λεγεται) καταψυχει με τον δωτο παθων ακολασση φλογωμωσ, ωσ τλω νεκρωση Ιησω φερση εν τω σωματι με.

πδ'. ΠΟΣΑΙ ΕΙΣΙΝ ΑΙ ΗΜΕΡΑΙ ΤΟΥ ΔΟΥΛΟΥ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πασση ανθρωπινοι ημερασ ολιγα εισιν. επει εν ολιγον χρονον ζω επι ηης, βωλομαι ιδειν τες καταδιωκωτασ με κωνωμωμωσ, κη εδρακαλω σε μη εσθβιαδ'. τινεσ δε εισιν οι φερσ ων εχε' ινα γρηνηται επ' αυτες κρισισ, οι καταδιωκωτικωσ ημωσ.

EVSEBII. Quia Verbum tuum praedicavit mihi salutare tuum, & quae reposita mihi sint in salutari tuo, defeci praedefiderio, & diffluxi praedappetitu, totus effectus illius desiderati. Hoc salutare Dei est Dominus noster Iesus Christus, qui habet cognomen salutis nostrae: ipse enim salus est & veritas, & iustitia, & quaecumque alia sermo diuinus declaravit esse Filium Dei.

CATE-NA PATRVM.

Christus est salutare Dei.

82. DEFECERVNT OCULI MEI.] DIDYMI. Intellige autem mihi promissionem. Ceterum Scriptura diuinitus inspirata eloquium quoque dicitur. Deficit igitur non solum is qui diuinam praestolatur promissionem, & imminentium malorum solutionem expectat; verum etiam is qui diuina eloquia voluens, accuratè sensum eorum percipere desiderat, quem ubi repererit, solatium recipit ac consolationem.

THEODORI. Dominum nostrum Iesum Christum intelligit: ipsum enim habemus advocatum apud Patrem, secundum Apostoli vocem; & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

1. Ioan. 2.

83. QUIA FACTVS SVM SICVT VTER IN PRVINA.] ATHANASII. Vter in pruina fit qui carnem suam macerat, & in ea nihil à concupiscentia incendi permittit, sed illam quodammodò infrigidat.

Vter in pruina fit qui carnem macerat.

ORIGENIS. Inuenias frequenter in Scriptura corpus tropicè dici vterem. Quod igitur hic iustus ait est eiusmodi: Mortificaui membra mea quae sunt super terram, corporis calorem diuino verbo refrigeravi: non sum amplius calens ad ventris vel ad rerum carnalium appetitum: mortificaui & infrigidaui membra mea quae sunt super terram.

Coloss. 3.

THEODORI. Verbum Dei cum sit pruina spiritalis (quandoquidem etiam ros & pluuia frequenter nuncupatur) intemperantem concupiscentiarum mearum ardorem restinguit, vt mortificationem Iesu feram in corpore meo.

84. QUOT SVNT DIES SERVI TVI?] ORIGENIS. Omnes dies humani pauci sunt. Cum igitur exiguo tempore viam supra terram, desidero videre persecutores meos iudicatos, & rogo te ne differas. Quinam autem sunt illi de quibus optat fieri iudicium? Vtique illi qui nos persequuntur, vt

CATE-
NA PA-
TRVM.
Qui prior
alium per-
sequitur
diabolus
est.

fatanas, & spiritalia nequitiae. Quando autem etiam homo nos persequi visus fuerit, hoc ipso quod prior persequitur iam non est homo, sed diabolus, cuius æmulator est.

DIDYMI. Hoc autem facies, quando fatanam confestim contriueris sub pedibus meis, & virtutes tibi aduersantes subieceris animæ meæ, eaq̄ue feceris conculcari à verbo tuo, quod est in affectu meo.

85. NARRAVERUNT MIHI INIQVI FABVLATIONES.] ORIGENIS. Vel aniles fabulas vocat doctrinas Iudæorum, vel etiam præcepta hominum, & nugas sapientum huius sæculi. Multi enim tam qui in Ecclesia quàm qui extra eam sunt, vt hæretici & Iudæi, vel etiam Samaritani, diuinas Scripturas interpretari aggrediuntur, sed non omnes rectè. Rarus enim est qui à Deo ad hoc gratiam habeat, cùm plurimi quidem promittant sermonem, sed non rectè aut etiam iniquè uiuant: si quid igitur dixerint, fabulæ & nugæ sunt. Nequit enim sermo cordatus & robustus ac salutaris esse in anima iniqui.

Non omnes
Scripturis
interpretandi
idonei.

86. OMNIA MANDATA TUA VERITAS.] APOLINARIUM. Mandata tua non sunt figura neque signum. *Iniquè persecuti sunt me, adiunxerunt me.* Potest quis iustè & iniustè pati persecutionem. Iustè persecutionem patitur is qui iniquè uiuit; iniustè, is qui iustus est & amicus veritatis, qui propter veritatem hominibus factus est inuisus.

ANONYMI. Persequentes me oppugnarunt: & cùm ferme illos conficere potuissem, parum abfui quod minùs ex illorum persecutione mortuus sim. Consummatum est mihi tempus vitæ meæ, dum imminet mihi crudelibus; attamen non recessi à mandatis tuis. Non irritaui, non iniquum quid gessi, sed sustinebam amore mandatorum tuorum.

Quid sit
consummari
in terra.

87. PAVLO MINVS CONSUMMAVERUNT ME IN TERRA.] DIDYMI. Consummari autem in terra non est vulgò mori, sed ad materialem statum, quem terram appellauit, tamquam ad finem peruenire, eò quod secundùm illum factus sit.

ORIGENIS. Rogat ne tradatur manibus insidiantium in mortem, vitam postulans non æternam, sed præsentem: hanc autem non tamquam finem postulat, sed quæ concausa futura sit boni finis. Quia dum vixero, inquit,

σατανᾶς τε, κ̄ τὰ πνευματικὰ τ̄ πονηρίας. ὅταν δὲ ἡμᾶς κ̄ ἀνθρώπους δοκῆ καταδιώκειν, τὸ φρόνως καταδιώκειν ἐκ ἀνθρώπου ἐστίν, ἀλλὰ διάβολος εἶ μμητής ἐστίν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ποίησες δὲ τὸτο, συζητῶν τὸν σατανᾶν ὑπὸ τῶν πόδας μου ἐν τάχει, κ̄ τὰς ἀντικειμένας σοὶ δυνάμεις ὑποτάσσων τῇ ψυχῇ μου, ἐποιῶν αὐτὰς καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶ σὲ λόγῳ γνωμῶν, ἐν τῇ ᾠρασίῳ μου.

πέ. ΔΙΗΓΗΣΑΝΤΟ ΜΟΙ ΠΑΡΑΝΟΜΟΙ ΑΔΟΛΕΣΧΙΑΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ τὸς γεωμάδος μύθος τ̄ Ἰουδαίων φησὶ τὰς διδασκαλίας, ἢ ἐ τὰ ἐπιτάγματα τ̄ ἀνθρώπων, κ̄ τὰς φλυαρίας τ̄ σοφῶν τ̄ αἰώνος τέτε. πολλοὶ γδ̄ ἐρημολύψῃ ἐπιχειροῦσι τὰς θείας γραφὰς ἐ τ̄ ἔκκλησίας ἐ τ̄ ἔξω ταύτης, αἰρετικῶν τε ἐ Ἰουδαίων, ἢ κ̄ Σαμαριτῶν, ἀλλ' ἐ πάντως λέγουσι καλῶς. ἁπάσις γδ̄ ὅ ἔχον ὑπὸ τ̄ θεῶ ἐἰς τὸτο χάριν, πολλῶν μδ̄ ἐπαγγέλλομεν λέγειν, ἐ καλῶς δὲ ἢ ἐ ᾠσανόμως βιώντων εἶ π̄ ἐν λέγεσθαι, ἀδολεχία κ̄ φλυαρία. ἐ γδ̄ δυνάται λόγος εὖ τινος κ̄ ἐρρωμῶν ἐ κ̄ σωτήρι ἐ ἐν τῇ ψυχῇ ᾠσανόμως.

πς'. ΠΑΣΑΙ ΑΙ ΕΝΤΟΛΑΙ ΣΟΥ ΑΛΗΘΕΙΑ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Οὐ τύπος ἐδὲ σύμβολον αἱ ἐντολαί σου, ἀδίκως καταδιώξαν με, βοήθησον μοι, ἔσι δικαίως καταδιώχθηναι ἐ ἀδίκως. δικαίως καταδιώκω ὁ ᾠσανόμως βίεις ἀδίκως δὲ, ὁ δίκαιος ὁ φιλαλήτης, ἐχθρὸς ἀνθρώποις γνόμενος δεξὸς τ̄ ἀλήθειας.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οἱ καταδιώκοντές με ᾠσπεπολεμήκασι: οἷός τε ἀν̄ μικρῶ δὲ ἔν σὺν τετελεσμέναι με αὐτῶς, μικρῶ δὲ ἔν ἐκ τ̄ διαγωγῆς αὐτῶ ἐτελεύτησα. ᾠσπτελέσει μοι ὁ χρόνος τῆς ζωῆς, ἐπιχειμῶν μοι τὲ δεῖν κ̄ ὁμοῦ ἐκ ἔξῃσω σε τῶ ἐτῶν. Οὐκ ἐξῃκάκησα, ἐ ᾠσανόμιον π̄ ἐποίησα, ἀλλ' ἐπέμνημι τῇ ἀγάπῃ τῶ ἐντολῶν σου.

πζ'. ΠΑΡΑ ΒΡΑΧΥ ΣΥΝΕΤΕΛΕΣΑΝ ΜΕ ΕΝ ΤΗ Γῆ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Σπυτελεύτησεν δὲ ἐστίν ἐν τῇ γῇ ἐ τὸ κοινῶς θανατῶναι, ἀλλὰ τὸ εἰς ὑλικῶ ἐξῃσω, ἢ ἐ καλῶς γλῶ, ὡς εἰς τέλει ἐλθεῖν, ὅπ̄ τὸ κατ' αὐτῶ ποιωθῆναι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μὴ ἐκδοθῆναι ταῖς τ̄ ἐπιβουλοῦντων χερσὶν εἰς θάνατον ἀξιοῖ, ζῶναι αἰτῶ ἐπὸ τ̄ αἰώνιον, ἀλλὰ τὸ παρῆσαν ἐχθὸς ἐλθεῖν δὲ αὐτῶ αἰτεῖ, ἀλλ' ὡς ἀγαθὸ τέλος ᾠσάτιον ἐσομῆναι, ὅπ̄ ζήσῃς, φησὶ, φιλά-

φυλάξω τὰ τῷ Θεῷ προστάγματα, δι' ὧν καὶ
τὴν αἰώνιον ὄψιν ὡφειποῦμαι ζῶν.

πῆ. ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΣΟΥ ΖΗΣΩΝ ΜΕ.]
ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ταπεινοφροσυνὴ τὸν λόγον
ἐκδόμισον· ἔτι τῆς δικαιοσύνης ἀντίδραση
ἤπασε τὴν ζωὴν, ἀλλὰ δ' ὄψιν ἐλεῖ ταύτην
λαβεῖν ἠπρόβουλε φυλάττειν, ἐπιχόμενος
τῷ Θεῷ τὰ μαρτύρια.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ζωοποίησόν με καὶ τὴν ἐλεῖσιν
καὶ ποιήσω τὰ μαρτύρια ὅσα ἐκ τῆς σωματικῆς
σε ἐξῆλθον. σῶμα δὲ Θεῷ οἱ προσφῆται οἴκτις
δικαιοῦνται τοῖς μαρτυρίοις, ταῖς ἐπιτάξιν,
τοῖς δικαιώμασι, τοῖς προστάγμασι τῷ Θεῷ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸ καὶ τὸν λόγον τῷ
Θεῷ ζῶν, τὸ σὺν δυνάμει ζῆν ὄψιν, ἔτι
ἐπιπέσει τὴν αἰσθητὴν ταύτην ζωὴν. τέταρτον
καὶ τυχὼν, ἐν δὲ ζωῆν ἔσται, ὡς φυλάσσειν
τὰ μαρτύρια τῆς σωματικῆς τῷ Θεῷ μαρτυ-
ρηθέντα καὶ ἀποδείχθέντα ὑπὸ λόγον τῷ
Θεῷ, ἔπειτα αὐτῷ σῶματα ἔσται.

πῆ. Εἰς τὸν αἰῶνα Κύριε ὁ λόγος
σου.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὁ ἐν προκοπῇ ἠδυνάμενος
καὶ ὑψηλοτέρῃ ἀπὸ τῶν δογμάτων, ἢ τὴν αἰδίον
λόγον τῷ πατρὶ ἠμυνοῦν, καὶ τὸ, ἐν ἀρχῇ
ζῶν ὁ λόγος, μονογενὴς λέγων καὶ ἄσχετος
σεως τῷ παντὸς σαφῶς τὴν δὲ ἄλλω αὐτῷ τὴν
σύμπτωσιν κτίσιν ἀποκαλεῖται.

ΟΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐν τῷ ἕρῳ, φησὶν, ἀντὶ
τῆς ἐν ταῖς ἀγίαις δυνάμεισι. Τίτακα ἔτι ἐκεί-
να πάντα, καὶ ἐδὲ μία λόγον ὡφειβασιν. ἐν τῷ
ἕρῳ δὲ λέγων ἔτι μόνον τῷ παρερχομένου,
ἀλλὰ καὶ ὅς ἐστιν ὁ θεὸς ἔτι τῷ Θεῷ. εἰ δὲ θε-
λῆς ἀκρεβέστερον θεωρεῖσθαι τὸ εἰρημῶν τῷ
προσφῆται, ἔτιτα ζῆ μοι τὰ ἕρῳ καὶ τὰ ἐπι-
γῆ· ἐδὲ μία παρεβασιν ἢ ἠλιακῆς κινήσεως,
ἀλλὰ ἢ δὲ ῥομοὶ αὐτῷ ἀπαρεβάταις τρεῖς, ἴδεν
καὶ ἢ σελήνης τῆς δρόμοις, ἢ τῆς ἡμέρας
ταύτης ἀνάβα καὶ ταύτην καὶ ἐπὶ τῆς λοιπῆς ἀσέ-
ρας καὶ ἢ λοιπῆς κτίσιν, καὶ ἀρῆσθαι ἀπαντα τῷ
λόγῳ τῷ ἀσχετοῦσαν τῷ ἰθὺν ὄψιν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Εἰ δὲ τῷ ἀγίῳ δυνάμει
φῆς, ἀγγέλων, φησὶν, καὶ ἀρχαγγέλων, κα-
λῶς φῆς· ἀκίνητοι γὰρ μάλλον δυνάμει
πρὸς τὸ κακόν. τῆτο γὰρ πείθει με λέγων ὁ
πρωτὸν ἐσοφῆρ δὲ ἔπαρση, ἐπει ἔτι
ἔχει λόγον τῷ Θεῷ. τίς γὰρ μετοχὴ δι-
καιοσύνης καὶ ἀνομίας. καλῶς δὲ ἐκ εἰς
τὸν αἰῶνα ἔτι αἰῶνα, ἢ εἰς τὸν αἰῶ-
να τῷ αἰῶνι, ἀλλὰ εἰς τὸν αἰῶνα κῶ-
ει ὁ λόγος σε ἀσχετοῦσαν ἐν τῷ ἕρῳ.

custodiam mandata Dei, quibus etiam vitam
aeternam consequi possim.

CATE-
NA PA-
TRVM.

88. SECUNDUM MISERICORDIAM TVAM
VIVIFICA ME.] APOLINARII. Humilitate ser-
monem ornauit: non enim vitam pro iustitiae
remuneratione petit, sed ut pro munere mi-
sericordiae ipsam accipiat obsecrauit, custodi-
re promittens Dei testimonia.

DIDYMI. Viuifica me secundum mise-
ricordiam, & fac testimonia quae de ore tuo
egressa sunt. Os autem Dei sunt Prophetarum
qui ministrarunt testimonijs, mandatis, iusti-
ficationibus atque praecipis Dei.

ANONYMI. Illud viuere secundum
eloquium Dei, est viuere cum pietate, &
non simpliciter hac vitâ sensibili. Qui autem
hoc assequitur, is benè viuere, ita ut custodiat
testimonia oris Dei quae testificata sunt &
demonstrata à sermone Dei, cuius ipsius ora
esse dixi.

Quid sit
uiuere se-
cundum
eloquia
Dei.

89. IN AETERNUM DOMINE VERBUM
TUUM.] THEODORI. Cum profecerit etiam
sublimiora dogmata attingit, aeterni Verbi ac
Patris mentionem faciens, & tantum non di-
cens illud, In principio erat Verbum: & om-
nem totius vniuersitatis creaturam seruam
eius appellat.

Ioan. 1, 1.

ORIGENIS. In caelo, inquit, id est, in
sanctis virtutibus. Illa enim omnia posita
sunt, & nulla est sermonis digressio. In caelo
autem dico non solum transitorio, sed quod
dictum est esse thronus Dei. Si verò volueris
exactius considerare id quod à Propheta di-
ctum est, examina mihi caelestia terrestriaque:
nulla digressio est motus solaris, sed cursum
suum seruat inuariatum. Vide etiam cursus
Lunae, ordinem, figuras: post haec ascende
etiam ad reliquas stellas ceteramque creatu-
ram, & inuenies omnia Conditoris verbo
directa esse.

Caestia
omnia Dei
verbo diri-
guntur.

DIDYMI. Si autem de sanctis virtutibus
hoc dixeris, Angelis, inquam, & Archange-
lis, rectè dicis: immobiles enim quin potius
difficiliter mobiles sunt ad malum. Siqui-
dem hoc suadet me dicere lucifer qui ceci-
dit per superbiam, cum haberet verbum
Dei. Quae enim participatio iustitiae cum
iniquitate? Pulchrè autem non in saecula saeculorum,
vel in saeculum saeculi, sed in aeter-
num Domine verbum tuum permanet in caelo.

2. Cor. 6,
14

Nam

CATE-
NA PA-
TRVM.

Nam post sæculum cælum & terra transi-
bunt. In quibus autem est verbum perman-
ens (possit enim perfectus esse qui videatur
quidem in terra existere, sed conuerfatio-
nem habeat in cælo) sic est in ipsis verbum
sicut in cælo.

Veritas Dei
in genera-
tionem &
generatio-
nem.

ANONYMI. Duæ sunt generationes quæ
capiunt Dei veritatem, scilicet populus Iu-
dæorum qui habet legem & Prophetas, &
Ecclesia ex Gentibus. Non igitur in genera-
tiones veritas Dei, sed in generationem prio-
rem & in generationem posteriorem. Aliæ
autem Gentes errarunt. Ceterùm quando
etiam prior generatio eiecit veritatem, &
dixit, Tolle tolle de terra istiusmodi, tunc
veritas ab illa generatione ad hanc generatio-
nem pertransiuit.

ALTERIVS. Veritatem autem vocat
hanc promissionem, quam sciebat omnino
futuram in generationem & generationem.
Per vnãquamque enim generationem par-
tes aliquas veritatis hominibus insinuat; om-
nesque mundi partes & ea quæ videntur or-
dinatione constant, terminis suis minime
mota, neque legem ipsis statutam vllatenus
transgredientia. Causa verò horum omnium
permanfionis est, quòd tu solus Dominus sis
vniuersorum, reliqua autem omnia tibi ser-
uiant, & tamquam mancipia subiecta sint.

Deus per
vnãquam-
que gene-
rationem
insinuat
suam veri-
tatem.

In veritate
terra fun-
data est.

90. FVNDASTI TERRAM.] ORI-
GENIS. Hac autem veritate terra fundata
est. Nam super hoc angulari lapide pro fun-
damento posito ædificantur omnes qui de
terra saluandi sunt. Vnde etiam permanet
hæc terra inconcussam basim & tutum ha-
bens fundamentum. Sed & veritas illumi-
nans diem quam fecerat, Deo ipsi illucescen-
te, in eodem statu permanet, nullatenus im-
mutata.

Psal. 73,
16.

THEODORI. Cur, inquit, sicut alibi
dixerat, *Tua est dies, & tua est nox*, non et-
iam nunc post diem quoque noctem nomi-
nauit? Si de hac die sermo esset, non dixisset
permanet: non enim hæc permanet, sed de-
finit, & fit nox. Verùm si nouum sæculum
intellexeris diem illam futuram, quando Do-
minus lumen æternum, & Deus iustorum
gloria existit, tunc permanebit dies. Et cum
non omnes sint peccatores, non semper nox
existit. Quando autem proborum ab impro-

Dies iusto-
rum & nox
impii-
orum
semper per-
manent.

μὴ γὰρ τὸν αἰῶνα ὁ ἕρως ἢ ἡ γῆ περιλά-
σσεται, ἐν οἷς δὲ ἔστιν ὁ λόγος ὁ ἀμείνων
(διωκτὸν γὰρ τέλειον ἔστι) δοκῶντα μὲν ὅτι
γῆς τυγχάνειν, τὸ δὲ πολὺν ἔχοντα ἐν
τῷ ἕρῳ) ἕρως ἔστι ἐν αὐτοῖς ὁ λόγος
ὡς ἐν ἕρῳ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Δύο εἰς ἡμεῖς αἱ
χωρήσασαι τὴν τῆς θεῆς ἀλήθειαν, ὅτι τῆς
Ἰουδαίων λαοῦ ὁ ἔχων τὸν νόμον καὶ προφήτας,
& ἐκκλησία ἔξ ἔθνων. ἢ εἰς ἡμεῖς ἢ ἡ
ἀλήθεια τῆς θεῆς, ἀλλ' εἰς ἡμεῖς τὴν
προτέραν καὶ εἰς ἡμεῖς τὴν δευτέραν. καὶ
δὲ ἄλλα ἔθνη πεπλάυνωται. ὅτι δὲ καὶ ἡ
προτέρα ἡμεῖς ἐξέβαλε τὴν ἀλήθειαν, &
εἶπεν, αἶρε αἶρε ἀπὸ τῆς γῆς, τὸν τοῦτον μετα-
βίβηκεν ἡ ἀλήθεια ἀπ' ἐκεῖνης τῆς ἡμεῖς
ὅτι ταύτῃ τὴν ἡμεῖς.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Ἀλήθεια δὲ λέγει
τὴν ἐπαγγελίαν ταύτην, καὶ οἶδε πάντας
ἡμεῖς μὲν εἰς ἡμεῖς καὶ ἡμεῖς. καὶ
ἐκαστῷ γὰρ ἡμεῖς μέρη τινὰ τῆς ἀλη-
θείας ἀνθρώποις ἀποπέλλει καὶ τὰ σύμ-
παντα τῆς κόσμου μέρη ταῦτα ὁρατὰ τῆ σῆ
ἡμεῖς σιωπῆσαι, μὴ κινήματα τῆς ἡμεῖς,
μηδὲ τὸν νόμον τὸν ὁρατὰ αὐτοῖς πα-
ραβαίνοντα. αἴτιον δὲ τῆς τέτων ἐπάνω
ἡμεῖς, τὸ σὲ μόνον κέρειον εἶναι τῆς ἡμεῖς,
τὰ δὲ λοιπὰ πάντα σὲ δεῖλα, καὶ ὡς δεῖλα
Manum appellat diuinam inoperationem.
vel sicut manus Regis dicitur potentia exer-
citus, ita manus Dei fit omnis vis angelica &
sancta, in ministerium missa propter eos qui
hereditatem capient salutis. Istiusmodi igitur
manus tua fiat mihi non ad supplicium, sed
ad salutem. Pro *Elegi* autem Symmachus
Malui; Aquila verò & Theodotion *Selegi*.
Salutare autem Dei idem est quod in ipso
saluari. Pro *Concupiui* Aquila quidem *Auide
pendebam*; Symmachus verò, *Confisus sum*,
seu *Speravi*: Quinta verò editio, *Supercon-
cupiui*. Legem autem hoc loco vocat omnem
antiquam & diuinam Scripturam. Ceterum
cum laudare Deum sit viuorum, *Viuet*, in-
quit, *anima mea, & laudabit te*. Vel cum iu-
dicio tuorum memor declinem mortem
illam quæ peccatum consequitur, viuet ani-
ma mea secundum vitæ operationes. In fu-
tura autem & æterna vita dicit animam suam
Deum laudaturam. Tunc enim propriè ac-
verè Deum laudabit. Postquam autem opera
sua dixerat, rursus vocat se ouem erraticam,
vt humilitatem exercent: iuxta illud, *Cum fe-*
ceritis omnia, dicite, Serui inutiles sumus.

Quid per
Dei ma-
num intel-
ligatur.
Heb. 1, 14.

Lucæ 17,
10.

CATE-
NA PA-
TRVM.

C A T E N A P A T R V M.

81 N.

161. **P**RINCIPES PERSECVTI SVNT ME GRATIS.] ORIGENIS. Hic sermo continet quidem id quod & Davidis est proprium: quod nimirum frustra temereque à Saùle per invidiam persequus persecutionem, timore Dei inhibuerit vltionem. Transit verò etiam ad id quod commune est, quòd nimirum ab hostibus principalibus sine damno aliter liberari minimè valeamus, nisi timore Dei fuerimus muniti.

THEODORI. Ait autem se non timore solum diuinis sermonibus obtemperasse, sed etiam gaudio quod ex ijs capiebat; ac si quis in diuitijs plurimis lætetur: firmior verò illa obseruatio est quæ fit cum lætitia.

Duplex
formido.

DIDYMI. Duplex est formido: vna quidem irrationalis in irascibili animæ portione orta, alia verò rationalis in corde & intellectu sita non absque ratione: & fortassis eadem est cum timore diuino.

162. **E**XULTABO EGO SVPER ELOQVIA TVA.] APOLINARIÏ. Cùm insequentium hostium meminerit, meritò quoque spoliisum introduxit mentionem. Ait autem vt omnes illos interfecerit. Et cùm, inquit, ipsos exuisset, plurima quæ retuli spolia non ita me recrearunt, sicut in legibus tuis exulto.

Rom. 3, 2.

ATHANASII. In quibus verbis, nisi in ijs de quibus Paulus ait, Primi enim credidimus eloquia Dei, de Iudæis loquens.

Christiani
Iudæorum
spolia obti-
nuerunt.

THEODORI. Quæsitum dignum, cur cum qui exultat in eloquijs comparauerit cum illo qui spolia inuenit. Si noueris quinam habuerint eloquia Dei, & consideraueris quinam ea nunc habeant, videbis quòd Christiani Iudæos spoliauerimus, dicente Christo: *Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Multa autem spolia sunt, quia multi sunt diuinæ Scripturæ libri: illi enim non habent ea, vt pote qui nefensum quidem eorum intelligant.

Math. 21,
43.

163. **I**NIQVITATEM ODIO HABVI, ET ABO-
MINATVS SVM.] ANONYMI. Id quod dicit fermè est istiusmodi: Illi namque abominantur murem mortuum & corpus hominis defuncti, stellionem & mustelam, ego verò id quod

ρξα.



ΡΧΟΝΤΕΣ ΚΑΤΕΔΙΩΞΑΝ ΜΕ ΔΩΡΕΑΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐχει μὲν καὶ τὸ ἴδιον τῷ Δαβὶδ ὁ λόγος: ὅτι μάτερον καὶ μάτερον καὶ κατὰ φθόνον ἰσὺ τῷ Σαυὶλ διωκόμενος, φόβῳ τῆς θεοῦ ἐκείνου ἐπέχετο τὸ ἀμυνῆσθαι. δὴ καὶ δὲ εἰς τὸ κοινόν, ὅτι τῶν ἐρχομένων πολεμίων ἐκ ἑσπέρου ἀβλαβῆς ἀπαλλὰττεται, μὴ ἐχὼ φόβον τοῦ φρουροῦ μου.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὐ φόβον δὲ μόνον τῶν ὑπακούων τῶν θεοῦ τῶν λόγων ποιῆσαι φησὶν, ἀλλὰ ἔχει καὶ τῆ ἐπ' αὐτοῖς αἰεὶ εἰς τὸ πλεῖστον χαίρει πολλὰ βεβαιότερα δὲ ἢ τῶν λόγων τήρησις ἢ ἐσὺ χαρὰν τοιοῦτην.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Διττὴ ἔστι ἡ δειλία ἢ μὲν ἀλόγος ὡς τὸ θυμικὸν μέρος τῆ ψυχῆς κατὰ φύσιν, ἢ δὲ λογικὴ ὡς τὴν καρδίαν συνδισαμένη καὶ τῶν νόμων ἐκ ἀνδρῶν λόγου καὶ τάχα ἢ αὐτὴ τῶν θεῶν φόβον τυγχάνει.

ΡΞΒ'. ΑΓΑΛΛΙΑΣΘΑΙ ΕΓΩ ΕΠΙ ΤΑ ΛΟΓΙΑ ΣΟΥ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἐπειδὴ πολεμίων ἐμνημόνευσε διακόντων, εἰκότως καὶ τῶν σπύλων τῶν μετῆμων παρήγαγε. λέγει δὲ ὅτι πάντας ἀνείλετο ἐκείνους, καὶ σκυλλῶσαι, φησὶ, πλεῖστα ὅσα σκυλλῶσαι λάφυρα, ἐκ αὐτῶν ἔταξεν ὑπερῶν τῶν, ὡς τοῖς οὖν ἐπαγάλλομαι νόμοις.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ποῖος λόγος, ἢ ὡς ὦν λέγει ὁ Παῦλος, Πρωτὶ γὰρ ὅπως ἀσπασίμων τὰ λόγια τῷ θεῷ, ὡς τῶν Ἰουδαίων φάσκων.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἄξιον ζητήσαι, ὅτι τί παρίβαλε τὴν ἀγαλλιάσαντα ἐπὶ τοῖς λόγοις τῶν ἀείσκων σκύλα. Ἐὰν ἴδῃς τίνας εἶχον τὰ λόγια τῷ θεῷ, καὶ κατὰ φύσιν τίνας τῶν ἔχουσιν αὐτὰ, ὅτι Ἰουδαίους Χριστιανοί, ἐσκυλλῶσαι τῶν Χριστῶν ἐπιβῶντες. ἀρθῆσαι ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τῷ θεῷ, καὶ δοθῆσαι εἰς τὸν ποιῶν τὰς καρπὰς αὐτῆς. πολλὰ δὲ σκύλα, ἐπειδὴ πολλὰ τῶν θείων γραφῶν ἀβίβλοι ἐκείνοι γὰρ ἐκ ἔχουσιν αὐτὰ, αἵτι δὲ μὴδὲ τὸν νῦν αὐτῶν ὅπως ἀμύμων.

ΡΞΓ'. ΑΔΙΚΙΑΝ ΕΜΙΣΗΞΑ, ΚΑΙ ΕΒΔΕΛΥΞΑΜΗΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Σχῆδον δὲ λέγει τὸ ἐπὶ τὸν ἔστιν. Ἐκείνοι μὲν γὰρ βδελύσσονται μὲν νεκρὸν καὶ σῶμα ἀνθρώπου νεκρὸν, ἀσκαλαβώτῳ καὶ γαλλῷ, ἐγὼ δὲ τὸ ἀξιὸν βδέ-

βδελυγμῶ. τί γδ' ὄφελος ἐκ τῆ ἐκείνη βδελύττειος; ἀδικίας ἐν ἐβδελυξάμην, ὁ μεγαλλυ ὠφέλειαν παρέχει τῷ βδελυξαμηνίω. ἐγὼ τὸν νόμον σου ἠγάπησα, ἕχ' ὡς ἐκείνοι ἔλκοντες αὐτὸν ἐπὶ τὰ γήϊνα, καὶ κατασώντες αὐτὸν ἐπὶ τὰ κάτω ποσῶματα. ἡμεῖς γδ' ὡς σωτηροφάντες χεῖρας τὰ ἄνω ζήσμεν, ἐ τὰ ἐπὶ γῆς, καὶ πνύματῶς τὸν νόμον τοῦ ἡμῶν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀληθῶς τῆ ἀγάπῃ τῆ νόμου τὸ μῖσος τ' ἀδικίας συνέζευκται. ὡς ἂν γρη τὸν θεῖοντα νόμον ἀγαπᾶν, ἀδικίαν βδελύττειος. ἔτω γδ' ἡμῖν καλὰ τὰ τῆ νόμου φαίσηται. διδάξει δὲ καὶ ἡ τῆ σωτήρος ἡσφασίς. ἐδὴς δυνάτ' ἁσὶ κτεῖοις δελύειν, καὶ τὰ ἐξῆς.

ῤΞΔ'. ΕΠΤΑΚΙΣ ΤΗΣ ΗΜΕΡΑΣ ΗΝΕΣΑ ΣΕ.] ΟΡΙΓΕΝΟΥΣ. Παρ' ὄλον τὸν βίον αὐτῷ ὁ δίκαιος φωτιζόμενος ἐν ἡμέρα ἔσται τελεία ἐ μεσολαμβανομένη ὑπὸ νυκτός. καὶ αἰεὶ τ' θεὸν ἐπιλάκις ὑσφκόσμος γληρονίως, τῷ ἄνω καχωρκεναι τῆ ἐξ ἡμέρας γηρομύς κόσμῳ. ὅτι καὶ ἐν τῷ ὡσφείσῳ τῆ θεῖ ἡμῶν, τὸν τ' δημεργίας καὶ ποσνοίας θεῖ λόγον θεωρήσας, ἔξομολογεῖται τὰ κείματα τ' δικαιοσύνης τῆ θεῖ. καθ' ἂ κείματα ἔκασον ποσῶμα ποικίλων δημεργίας καὶ ποσνοίας ἔχει.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τῦπο νόσοις καὶ ἔπας, ὅτι ποσ ἡλίς δελνισάμηνος τ' κότες (καὶ τὸ, ἔκ νυκτός ὄρθελε τὸ πνεῦμά με ποσὸς σὲ ὁ θεός. καὶ, ὁ θεός ὁ θεός με ποσὸς σὲ ὄρθελεζῶ) τὸν ποσῶτον ἀνέπμπεν ὑμῶν. εἰτ' ὅπικασίς ἡμέρας καὶ τὴν ποσῶτῳ ἄσαν ἄσπερ ἐωσπῶν συσίαν ποσῶσφίρε τῷ θεῷ τὸ δελπρεσι, καὶ τὴν τείτῳ ἄσαῦτως τὸν τείτον. ἔ παλῶ καὶ τὴν ἔκτῳ τὸν τέταρτον, καὶ δὲ τὴν ἐνάτῳ ἄσαν τὸν πέμπτον. καὶ δὲ τὴν δωδεκάτῳ τὸν ἕκτον. τελευταῖον δὲ καὶ τὸν ἁσῶτον τὸν ἔβδομον. καὶ ἔπας ἐπῶσφῳ τὸ, ἐπιλάκις τ' ἡμέρας ἦνεσά σὲ.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Περιοριστικῶς ἐ ποσῶσφῳ τοῖν, ὡς ἐπιλάκις μόνον ἡμῶν ὄρελόντων αἰετῖν τὸν θεόν, καὶ ἐκ ἐν πάσῃ τῆς ἡμέρας ἄρα, καὶ τὴν δυνάμην. τὸ ἐπιλάκις ἀντὶ τῆ πολλάκις παρ' ἔθεαίσις σωῆσφῳ λέγασφῳ. καθ' ἂ παρ καὶ ἡμεῖς εἰῶσφῳ λέγασφῳ, χηλιάκις καὶ μυριάκις ἐλάλησφῳ, τὸ χηλιάκις ἀντὶ τῆ πολλάκις κηχηνῶν, καὶ ἐ δηλῶν βολῶν ῤπτον ἀρεθῶν. ἀμέλει ποσῶσφῳ.

abominatione dignum est. Quæ enim utilitas ex istiusmodi abominatione? Iniquitatem igitur odio habui, quod illam abominanti plurimum prodest. Ego legem tuam dilexi, non ut illi trahentes illam ad terrena, & ad res inferiores detorquentes. Nos enim tamquam cum Christo resuscitati superna querimus, non ea quæ super terram sunt, & spiritualiter legem intelligimus.

CATE-
NA PA-
TRVM.

EUSEBII. Cum legis dilectione meritò coniunctum est odium iniquitatis; quia qui vult legem diligere, debet abominari iniquitatem: sic enim ea quæ legis sunt pulchra nobis apparebunt. Ceterum hoc ipsa quoque Saluatoris sententia docebit: *Nemo potest duobus dominis seruire, & quæ sequuntur.*

Math. 6,
24.

164. SEPTIES IN DIE LAUDA VI TE.] ORIGENIS. Iustus per totum vitæ suæ tempus illuminatus in perfecta die versabitur à nocte non intercepta: & laudat Deum septies supermundialis effectus, eò quòd mundum sex diebus absolutum transfunderit; quando etiam in paradiso Dei existens, gubernationis ac prouidentia Dei rationem contemplatus, confitetur iudicia iustitia Dei: secundum quæ iudicia quælibet res diuersam conditionem ac prouidentiam fortita est.

Iustus semper in die versatur.

DIDYMI. Hoc intelliges etiam hoc modo, quod nimirum ante Solem è lecto surgens (iuxta illud, *De nocte manè consurgit spiritus meus ad te Deus.* &, *Deus Deus meus ad te de luce vigilo*) primum obtulerit hymnum; deinde instante die sub horam primam quasi sacrificium matutinum Deo attulerit secundum, sub horam tertiam similiter tertium, & rursus sub horam sextam quartum, sub horam autem nonam quintum; sub horam verò duodecimam sextum; denique sub occasum septimum; & sic adimpleuit illud, *Septies in die laudauit te.*

Isaie 26, 9.
Psal. 62,
2.
Quomodo septies in die Deo laudem dixeris.

APOLINARIUM. Non definitiuè hoc intelligendum est, quasi septies dumtaxat Deum laudare debeamus, & non omni horâ dici, prout valemus. Illud *septies* apud Hebræos dici solet pro *sepius*: quemadmodum etiam nos dicere solemus, *Millies & decies millies locutus sum*, illâ voce *millies* pro *frequenter* videntes, & non volentes declarare numerum determinatum. Sic

Septies apud Hebræos idem designat quod sepius.

Anna

CATE-
NA PA-
TRVM.
I. Reg. 2,
5.

Anna mater Samuelis initio Regum de Ec-
clesia ex Gentibus & de synagoga Iudæo-
rum propheticè ait: *Quoniam sterilis pepe-
rit septem, & multa in filijs infirmata est.*
Et non intelligimus Ecclesiam numero
septies dumtaxat peperisse, sed potius pluri-
mos & infinitos filios. Quin & David ma-
nifestè declarat, non tam septies in die
quàm omni tempore laudandum esse
Deum. ait enim: *Benedicam Dominum
in omni tempore: semper laus eius in ore
meo.*

Psal. 33,
2.

Pax obtin-
git diligen-
tibus Deū.

165. PAX MVLTÀ DILIGENTI-
BVS LEGEM TVAM.] THEODO-
RI. Dei nomen desiderantibus plurima
pax obtingit, non tam illa externa (hæc enim
non est in nostra potestate) quàm illa quæ
sita est in cogitationibus, ex qua vacuitas
passionum ac perturbationum existit: hanc
simul cum mutua charitate acceperunt,
qui illam à Deo ac Patre & Domino Iesu
Christo habent. Cùm igitur eam obtineant
per nomen Dei, eximie perfecti existentes
scandalum non habent in semetipsis: pusil-
lorum enim & non magnorum est hoc ha-
bere, quemadmodum Saluator ait: *Videte ne
scandalizetis unum de pusillis istis.* Ceterùm
si pax multa sit legem diligentibus (vt alia
Scriptura continet) hoc ita intelliges: q.d. Si
quis diligat legem Dei, pacem plurimam ha-
bet, bellum non tangit animam eius: nullum
enim peccatum animam illius exurit: & quia
pacem habet, istiusmodi euasit vt à nullo
amplius scandalizetur dicens: *Quis nos se-
parabit à charitate Christi? tribulatio? an
angustia? &c.*

Matth. 18,
10.

Rom. 8,
35.

Iusti cum
Deo pacem
habent.

ANONYMI. Etsi enim ab iniquis bel-
lum sustineant, attamen pacem habent cum
Deo: nihil autem istâ pace lautius: vnde ne-
que scandalum in vlla re sustinent quæ alijs
offendiculo esse solet. Cùm enim in legem
Dei intueantur, quomodo nimirum iustos
coronet, peccatores puniat, in tempore futuri
iudicij nihil ex ijs quæ modò accidunt susti-
nent offensionis.

Beatus qui
expectat sa-
lutem Dei.

166. EXPECTABAM SALVTARE
TVVM DOMINE.] ORIGENIS. Bea-
tus qui expectat salutare Dei, quin &
mandata eius diligit: hic enim ad vitam
perfectam ad supremum proficit beatitu-

κός ἢ Ἄνα φησὶν ἡ μητὴρ τῆς Σαμουὴλ ἐν
ἀρχῇ τῆς βασιλείων πρὸς τὸ εἶναι ἐθνῶν ἐκ-
κλησίας καὶ τῆς τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς· ὅτι
εὗρε ἐτεκεν ἐπτά, & ἡ πολλὰ ἐν τέκνοις ἠδύ-
νησε. καὶ ἐνοῦμεν ὡς ἐπτάκις μόνον ἐτεκεν ἡ
Εκκλησία πρὸς αἰθερά, πολλὰ δὲ μᾶλλον
καὶ ἀπύρα. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Δαβὶδ δὴλοῖ
φανερῶς, ὡς ἐχ' ἐπτάκις τῆς ἡμέρας, ἀλλὰ
πολλάκις καὶ κατὰ πάντα καιρὸν αἰνεῖν δεῖ τὸν
θεόν. λέγει γὰρ· Εὐλογήσω τὸν κύριον ἐν
παντὶ καιρῷ· ὄρα παντὸς ἡ αἰνεσις αὐτοῦ ἐν
τῷ σώματί μου.

ῥξέ. ΕΙΡΗΝΗ ΠΟΛΛΗ ΤΟΙΣ ΑΓΑΠΩ-
ΣΙ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τοῖς
τὸ τῆς θεῶν ὄνομα ποθεῖσιν εἰρήνη τυγχάνει
πολλή, & ἰσοῦται ἢ ἐξοθεῖ (ὡς γὰρ ἐν ἡμῖν αὕτη)
ἀλλ' ἐν τοῖς λογισμοῖς, καὶ ὡς συμβαίνει
ἀταραξίας & ἀνοχλησίας τὸ εἶναι ἀπαθείας
ἔχειν· αὐτῶν ἅμα τῇ καταλήλῳ χάριτι
εὐλόγησαν, οἱ ἔχοντες ἀπὸ θεῶν & Πατρὸς καὶ
κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. κερτημῶν γὰρ αὐτῶν
ὄρα τὸ ὄνομα τῆς θεῶν, ὑπερβαλλόντως ὑπάρ-
χοντες τέλειοι σκαίδεalon ἐκ ἔχουσιν ἐν ἑαυ-
τοῖς· μικρὸν γὰρ ἀλλ' ἐν μεγάλῳ τὸ ἔχειν
τῆτο, ὡς φησὶν ὁ σωτὴρ· ὄρατε μὴ σκαυδαλί-
σητε ἵνα τῆς μικρῶν τέτων. εἰ δὲ ἡ εἰρήνη
πολλὴ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν νόμον (καθὼς ἐτέρα
πρὸς γραφὴ) νοήσεις ἕτως· Ἐάν τις ἀγα-
πᾶ τὸν νόμον τῆς θεῶν, εἰρήνην ἔχει πολλήν,
πόλεμος ἐχ' ἀπίεται τὸ ψυχῆς αὐτοῦ· ἐδὲν γὰρ
τῆς ἀμαρτημάτων ἐκκαίει τὴν ψυχὴν αὐ-
τοῦ· καὶ αὐτὴ εἰρήνην ἔχει, (ὡς τοῦ γρηγορίου) ἵν'
ὑπομεινὸς ἐπὶ σκαυδαλιῶν ἴδῃ· τίς
ἡμᾶς χωρήσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τῆς Χριστοῦ;
θλίψις; ἢ σνοχηρία; & τὰ ἐξῆς.

ANONYMOY. Κἂν γὰρ ἐκ τῆς ὄρα-
νόμων ὑπομείνωσι πόλεμοι, ἀλλ' ὁμως εἰρή-
νῳ ἔχουσι πρὸς τὸν θεόν· ἐδὲν δὲ τὸ εἰρήνης
ἐκείνης διαφέρεται· ὅθεν ἐδὲ σκαυδαλον
ὅτι πνὶ τῆς εἰωθόταν τοῖς ἀλλοῖς ὑφίστανται).
πρὸς τὸν νόμον γὰρ ὄρατον τῆς θεῶν, ὅτι τὰς
δικαίους στεφανοῖ, τὰς ἀμαρτωλοὺς καταλείπει,
καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἐσομένης κείσεως ἐδὲν ἐκ
τῆς νῦν συμβαίνοντων ὑπομείνωσι πρὸς
σκομμα.

ῥξς'. ΠΡΟΣΕΔΟΚΩΝ ΤΟ ΣΩΤΗΡΙΟΝ
ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μακάριος
ὁ πρὸς διχόμοιο τῆς θεῶν τὸ σωτήριον, ἀγα-
πῶν δὲ αὐτὴ καὶ τὰς ἐπιτολάς· ἕως γὰρ εἰς
βίον τέλειον εἰς ἀκμὴν προκόπτει μακα-
ριότη-

ειότης, ἥτις ἄνωγίς τοῖς Ἀποστόλοις καλή-
ροσ, πρὸς εἰς ἕλληρ ἔκτισαν αἱ ὀφθαλμοί
υἱοῦ ἀνθρώπου, καὶ οἱ λύχνοι καρδιῶν
καὶ ἡμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις, πρὸς ἀνθρώποις
τὸν κύριον αὐτῶν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Πρὸς δοκῶν τὴν ἄπο-
σοῦ σωτηρίαν τὴν ἀληθινὴν, εἰ μόνον ἐτή-
ρησα, ἀλλὰ καὶ ἠγάπησα τὰς ἐντολάς. ἢ γὰρ
μὴ ἀγαπήσω, ἢ ἐντολὰν καταρθευμένης
ἐνεργείας ὑπερέσσης, διὸ οὐκ ἀκολουθήσῃ τὸ
πρὸς δοκῶν σωτήριον. ἔχ' ἴπτερον δὲ ἢ
ἢ πρὸς πρὸς δοκῶν σωτηρίας. εἰ δὲ καὶ
τὸν σωτήρα πρὸς δοκῶν, πρὸς εἰρήται, Πᾶ-
σα σὰρξ ὄψι) τὸ σωτήριον τῷ Θεῷ, ἀκολού-
θως ἀγαπᾷ τὰς ἐντολάς τῷ Θεῷ, εἰ καὶ τὸ
σωτήριον πρὸς δοκῶν. ἦα καὶ τὴν πρὸς εἰ-
ἢ καὶ πρὸς καὶ τὴν πρὸς δοκῶν θεωρητι-
κός, πρὸς δοκῶν αἰεὶ καὶ θεωρεῖν ἰληλυθότα
τὸν Θεὸν λόγον ζητῶσαι καὶ σῶσαι τὸ ἄπο-
λωλός.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ μόνον τὰς ἐντολάς
σου ἠγάπησα, ἀλλὰ καὶ τὰ μάρτυριά σου
σφόδρα ἠγάπησεν ἡ ψυχὴ μου, καὶ ἐφύλαξεν
αὐτὰ. πρὸς πτερον μὲν φησιν, ἠγάπησα, καὶ ἠγά-
πησα τὰς ἐντολάς σου. δεύτερον, ἐφύλαξεν
ἡ ψυχὴ μου τὰ μάρτυριά σου. τρίτον, σωμα-
γαγῶν ἀμφοτέρω, φησιν, ἐφύλαξα τὰς ἐντο-
λάς σου καὶ τὰ μάρτυριά σου, ὅτι πᾶσαι αἱ
ὁδοὶ μου ἐναντίον σου κύριε.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ τὰς ὁδοὺς τῶν ἀρετῶν
ἐνώπιον τῷ Θεῷ ἔρχων, ὡς καὶ σκοπὸν τῷ
Θεῷ κατορθῶν αὐτὰς δι' αὐτὸ τὸ καλόν, εἴτε
δὲ δι' ἐμπορίας πᾶσι ἢ δι' ὀφειδίας, ὡς
τὰς ἐντολάς τῷ Θεῷ ἐφύλαξεν, τὴν ἐλεημο-
συλίαν ἐν δικαιοσύνης πρὸς φέρων, καὶ χω-
ρὸς ὀφειδίας ὅτι τῇ νηυσὶ φανερῶν
νοσ, εἰ σκυθροπαλῶν, ἀλλὰ τι ὅσα καὶ ὅπως
τῶ νόμῳ τῷ Θεῷ ὁρατέταται.

ρξθ'. ΕΓΓΙΣΑΤΩ Η ΔΕΗΣΙΣ ΜΟΥ
ΕΝΩΠΙΟΝ ΣΟΥ.] ΟΡΙΓΕΝΟΥΣ. Κατὰ
τὰ πρὸς πτερον σιχηρία ὡς δὲ πρὸς τὸν Θεόν,
καὶ ἐδέξω ἡ ἐγγύς αὐτῶν. ὅτι δὲ ὅτι τέλει
γληρήται τῷ λόγῳ τῷ πρὸς καμῶν, καὶ καὶ
τὸ πλεονάζον παρ' ἑβραίοις σιχηρίον, τότε
ὁραταί ἦα ἢ ὀφειδίας αὐτῶν ἐγγύς τῷ Θεῷ,
καὶ φάση πρὸς αὐτῶν. πρὸς δὲ τῷ ἐγγύς
Θεῷ, καὶ εἰδῆται ὅτι ὁρατῶν πρὸς αὐ-
τῶν. ὁ μὲν πλεονάζον ἐγγύς τῷ Θεῷ. ὁ δὲ
ὑποδέξω καὶ ἐγγύς τέτα, αὐτὸς μὲν ἐκ
ἐγγύς τῷ Θεῷ, ὀφειδίας δὲ ἔχει ἐγγύς τῶν

TOMVS III.

dinis, quæ ipsis Apostolis reposita est, ad
quos dixit: *Sint lumbr vestri pracincti, &*
Lucerna ardentem [in manibus vestris:] &
vos similes hominibus expectantibus Domi-
nam suam.

THEODORI. Cum à te veram sa-
lutem expectarem, non solum seruaui, ve-
rum etiam dilexi mandata tua. Quando
enim opus mandatorum cum dilectione
traditum fuerit executioni, illic expectatum
salutare subsequetur: quod non est aliud
quam salus eorum qui expectant. Si verò
etiam Saluatorem expectet, de quo dicitur,
Videbit omnis caro salutare Dei, consequen-
ter diligit mandata Dei, cuius etiam salutare
expectauit; vt & actione purus & expecta-
tione contemplabundus existat, expectans
semper & considerans Deum Verbum ve-
nientem *quarere & saluum facere quod*
perierat.

ANONYMI. Non solum mandata tua
dilexi, verum etiam testimonia tua valde
dilexit anima mea, & custodiuit ea. Primum
quidem ait, *Diligebam, & Dilexi mandata*
tua; secundò, *Custodiuit anima mea testi-*
monia tua; tertid, vtraque coniungens, ait,
Custodini mandata tua & testimonia tua,
quia omnes via mea in conspectu tuo Do-
mine.

DIDYMI. Qui vias virtutum in con-
spectu Domini decurrit, vt secundum inten-
tionem Dei illas propter ipsam earum bo-
nitatem exequatur, non autem propter lu-
crum aliquod aut ad ostentationem, is man-
data Dei custodiuit, cum eleemosynam ex
iustitia offerat, & absque ostentatione in ie-
iunio serenus sit, non exterminans faciem,
ceteraq; faciat prout lege Dei præceptum est.

169. APPROPINQVET ORATIO MEA IN TAV.
CONSPECTV TVO.] ORIGENIS. In prioribus
elemētis ambulabat ad Deum, & nondum ei
propinquus erat: quando autem fuit in fine
propositi sermonis & in littera quæ apud He-
bræos est postrema, tunc obsecrat vt oratio
eius Deo appropinquet, & ad ipsum perueniat.
Ceterum de propinquitate Dei sciendum, has
nos varias reperire. Siquidem is qui perfectior
est appropinquat Deo: qui verò inferior &
huic propinquus existit, is quidem non ap-
propinquat Deo, sed habet orationem illi

CATE-
NA PA-
TRVM.
Lucæ 12,
35.

Lucæ 3, 6.

Lucæ 19,
10.

Virtus pro-
pter boni-
tatem Dei
facienda.

Qui sine
gradus &
differencia
appropin-
quantium
Deo.

T t t appro-

CATE-
NA PA-
TRVM.
Exodi 24,
2.

appropinquantem. Vnde de Moyse reperias illud, *Accedet Moyses solus ad Deum, ceteri autem non accedent*; insuper verò orationem dicentem, *Appropinquet deprecatio mea*, &c. Quæ porro horum sit differentia consideratione dignum est. Deus non est in loco, sed est virtus arcana & ineffabilis & inuisibilis. Si autem Deus non sit in loco, & aliquando tamen Deo appropinquare possimus, utique per id quod in nobis inuisibile est ipsi appropinquamus. Quid porro in nobis inuisibile existit, nisi occultus cordis homo, quem Scriptura *interiore hominem* nominavit? Per hunc igitur possumus appropinquare Deo. Ceterum possumus quoque appropinquare per Iesum Christum, & præsertim si intellexerimus Christum esse iustitiam, esse veritatem, & sapientiam, & resurrectionem & lucem veram: sine his enim minimè possumus Deo appropinquare, sed nec sine pace, quæ cor & intelligentias custodit, quæ est Christus. Quantum autem quis istis destituitur, iustitiâ inquam & sapientiâ, tantumdem talis remotus est à Deo.

Rom. 7,
21.

1. Cor. 1,
32.
Ioan. 1.

Philip. 4,
7.

Dignitates
anime sunt
virtutes.

170. INTRET POSTVLATIO MEA IN CONSPECTV TVO.] ANONYMI. In hac vita sunt seculares dignitates eorum qui funguntur ijs quæ excelsa existimantur in potestatibus & principatibus: sic est etiam animæ dignitas quam habet Apostolus. Siquidem dignitas est esse Apostolum Christi Iesu, & seruare Apostoli characterem. Dignitates quoque sunt ordines Ecclesiastici; ut esse Episcopum v.g. vel Sacerdorem, vel aliud quid ex sequentibus. Dignitates verò animæ sunt, habere virtutes, vel saltem vnâ aliquam ex ijs. Cùm igitur quis habuerit istiusmodi dignitatem, quæ proprie ac verè dignitas est, obsecrat Deum dicens; *Intret dignitas seu postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.*

ORIGENIS. Rogat ut istiusmodi postulatio sit probata, & stabilis, & irrefragabilis, ut intret in conspectu Domini. Cognoscam autem utrùm postulatio mea intrauerit in conspectu tuo, si à te liberatus fuero secundum verbum & postulationem meam & sapientiam tuam. Qui enim omnibus passionibus celsior euasit, & quàm maximè procul ab inutili malitia fuerit segregatus, is ereptus est à Deo secundum eloquium ipsius. Ceterum pro *postulatio mea* Aquila quidem *deprecatio*

αὐτῆς ὁδὸν ἀπὸ Μωϋσέως ἀφ᾽ ἑσθῆς ἐν τῷ ἐγγίσει Μωϋσῆς μόνος. πρὸς τὸν Θεὸν, οἱ δὲ λαοὶ ἐκ ἐγγύσων· ὅτι δὲ τῆτι διχλῶ λέγουσαν, ἐγγίζατω ἢ δέξασθε με, καὶ ἐξῆς. Τίς δὲ τῆτων ἢ διαφορὰ ἀξίον ἦδη θεωρησάτω. ὁ Θεὸς ἐκ ἐν τόπω ἔστιν, ἀλλὰ διωμάς ἐστιν ἀρρητός καὶ ἀφθνητός καὶ ἀόρατος. εἰ δ' ἐκ ἔστιν ἐν τόπω ὁ Θεός, ἐγγίξω δ' ἐστὶ ποτὲ τῶ Θεῷ, δηλοῦσι τῶ ἐν ἡμῖν ἀόρατος ἐγγίζομεν αὐτῶ. τί δὲ ἐν ἡμῖν ἀόρατον, ἢ ὁ κρυπτός τῆς καρδίας ἀνθρώπου, ὃν ἀνόμαστον ἢ γενοφῆ ἴσω ἀνθρώπων; τῆτι γὰρ ἐστιν ἐγγίσαι τῶ Θεῷ. ἔστι δὲ ἐγγίσαι ἕξ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ μέγιστα ἐὰν νοήσωμεν τὸν Χριστὸν ὅτι ἔστι δικαιοσύνη, ὅτι ἔστιν ἀλήθεια, καὶ σοφία, καὶ ἀνάστασις καὶ φῶς ἀληθινόν· ἀνόμω γὰρ τῆτων ἐκ ἔστιν ἐγγίσαι Θεῷ, ἀλλ' ἐστὶ χωρὶς εἰρήνης, τῆς φερουμένης τῶ καρδίας καὶ τῶ νοήματα, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός. ὅσα δὲ περὶ ἀπολείπεται τῆτων, δικαιοσύνης φημι καὶ σοφίας, τοσούτω μακρόν ἐστιν ὁ τοῦτος τῶ Θεοῦ.

ρβ. ΕΙΣΕΛΘΟΙ ΤΟ ΑΞΙΩΜΑ ΜΟΥ ΕΝΩΠΙΟΝ ΣΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐν τῶ βίω τῆτων κοσμικά ἐστιν ἀξιώματα τῆτων ἢ πρᾶξι τῶτων τὰς νομιζομένας ἰσοφροχὰς ἐν ἐξουσίαις καὶ ἀρχαῖς· ἕτις ἐστὶ καὶ ψυχῆς ἀξίωμα ὅπου ἔχει ὁ Ἀπόστολος. ἀξίωμα γὰρ ἐστὶν ἔξ Ἀποστόλου Χριστοῦ Ἰησοῦ, ἔσώζειν τὸν χερσῆτα τῶ Ἀποστόλου. ἀξιώματα ἐστὶ καὶ τὰ ἐκκλησιαστικά τᾶγματα· τὸ ἔξ Ἐπίσκοπον, εἰ τύχοι ἢ πρᾶξι τῶτων, ἢ ἀλλό τι ἢ ἐξῆς. Ἀξιώματα δὲ ψυχῆς, τὸ ἔχειν τὰς ἀρεταῖς, ἢ μίας τῶ ἐξ αὐτῶν. εἰάν ἐν ἔχη τίς τοῦτον ἀξίωμα, ὁ κυρίως καὶ ἀληθῶς ἐστὶν ἀξίωμα, δέχεται τῶ Θεῷ λέγων· εἰσελθεὶ τὸ ἀξίωμα μου ἐνώπιόν σου καὶ τὸ λόγιόν σου ῥύσαι με.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Παρακαλεῖται αὐτῶ ἔξ τῶ ἀξίωσιν δοκιμῶν, καὶ βέβαιον, καὶ ἀκατάγνωστον, ὥστε εἰσελθεῖν ἐνώπιον κυρίου. γράσσομαι δὲ εἰ εἰσελθεῖ τὸ ἀξίωμα μου ἐνώπιόν σου, εἰ ῥυθίσει ὑπὸ σοῦ καὶ τὸν λόγον καὶ τὸ ἀξίωμα μου καὶ τῶ σοφίας σου· ὁ γὰρ ἀνώτερος πάντων παθῶν γεγονώς, καὶ τῆς ἀρχείωσης μακρόν ὅτι μέγιστα κακίας χωρήσας, ἐρῶδη ὑπὸ τῶ Θεῷ καὶ τὸ λόγιόν αὐτῶ. ἀντὶ δὲ τῶ τὸ ἀξίωμα μου ὁ μὲν Ἀκύλας δέησιν

μη,

με, ὁ δὲ Σύμμαχος ἱκεσία με εἰρήκασι.
δύο δὴ ἐν αἰτεί, τὴν σμῆσον τῆ ἱεφινλογίων,
κὶ τὴν ἀπαλλαγὴν καὶ ἰλδθελίαν τῆ ἐν
τῆ βίῳ κακῶν · ὁ δὴ κὶ ἡμῶν ἀναγκάσιον.

ροά. ΕΒΕΡΕΥΖΟΝΤΑΙ ΤΑ ΧΕΙΑ ΜΟΥ
ΥΜΝΟΝ.] Ω Ρ Ι Γ Ε Ν Ο Υ Σ. Ἡ ἱρυγὴ ὡς
ἐπίπαν γίνε) τοῖς κκοροεσμοῖσι. πληθέντες
γδ ἔπος ἐρδύζομθα τὴν ποιότητα τῆ φοφῆς
τῶ εἰλήφαδρ. Οἶδεν ἐν ὁ θεῖος λόγος
πιδυματὴν φοφίω. αὐτὸς γδ ὁ λόγος
φωσὴ ἀρτος εἶ) · Εἰγὼ εἰμι ὁ ἀρτος ὁ ζῶν ὁ
ἐξ ἔσπευ κατὰ βῆς · ὁ φαγὼν τῆτον τὸν ἀρ-
τον, (ζῆσε) εἰς τὸν αἰῶνα. καὶ φησι γδ ὁ λό-
γος ἔχει σαρκας ἐν τῆ · ὁ τρεῖζων με τὴν
σάρκα, ἔχει ζῶν ἐν ἑαυτῶ · ἢ γδ σάρξ με
ἀληθῆς ἐστὶ βροθῆς. ἐὰν ἐν κοροαδῶμθ τε-
τα τῆ ἀρτε, ὅ ἐστὶ τῆ λόγος, ἐρδύζομθα ὑμνον·
ποτὲ δὲ ἐξερδύζονται κὶ διχαί. τὸ γδ αὐτὸ
γῆνιάς ἐπάναγκας ἐ δὲ τῆ διχαί · ὅταν
δὴ διδαξῆς με τὰ δικαίωματά σου · ἐὰν γδ
μὴ διδαχθῶ τὰ δικαίωματά σου, τοιαῦτὴν
ἐρδύζω ἐξερδύζασθ ἐ δυνάμει.

ροβ. ΦΘΕΓΓΕΤΑΙ Η ΓΛΩΣΣΑ ΜΟΥ
ΤΑ ΛΟΓΙΑ ΣΟΥ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ὁ
λέγων τῆτο, ἀχέ) ἢ α φθῆγέται φθῆγ-
ξεται λόγος θεῖ · κὶ γδ ἀλλαχῆ γέγραπται
Ἄνοιγα σὸν στόμα λόγῳ θεῖ. ὁ δὲ τοιαῦτα
διχόμθος, ἀργὸν ῥῆμα ἐ λαλήσθ. φθῆγέ)
δὲ κυρίως τὸν πῶν δικαιοσύνης λόγον, ἐχ
ὁ φωνῆ μόνῃ αὐτὸ προσφέρειν, ἀλλὰ καὶ ἔρ-
γους κὶ πρεσβῆσθ πρεσβηκῆ, τῆ κτὶ τὸν ὀρθὸν
λόγον διθυμομθῆ.

ρογ. ΓΕΝΕΣΘ Η ΧΕΙΡ ΣΟΥ ΤΟΥ
ΣΩΣΑΙ ΜΕ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μεγάλω
χεῖρα ἔχει λέγ) βασιλῶς, ἀντὶ τῆ πολ-
λῶν στρατωματῶν · ἔπος ἐστὶ χεῖρ θεῖ
πᾶσα ἢ στρατῶ τῆ ἔσπευ, πᾶσα δυνάμεις
ἀγγελικῆ ἐ ἀγία. πάντα δὲ τῶτα ἐπὶ σω-
τηρία ἀνθρώπων ἐξαποστέλλεται · πῶν ἢς
γέγραπται, Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ
πιδύματα, εἰς δὲκονία δαποστέλλομθα δὲ
τῆς μέλδοντας κληρονομεῖν σωτηρία; ὅλη
ἐν ἢ χεῖρ σου γῆνιάς καὶ πᾶσα δυνάμεις
ἀγία, πρὸς τὸ σῶσαί με · ὅπ τῆς ἐστολάς
σου ἡρεσάμω.

Θ Ε Ο Δ Ο Ρ Ο Υ. Τὸ ἡρεσάμω ὁ μὲν
Σύμμαχος εἰλόμω, ὁ δὲ Ἀκύλας κὶ Θεο-
δοτίων ἐξελξάμω εἰρήκασι. χεῖρα δὲ κα-
λεῖ τὴν θεῖαν ἐνέργειαν, ὑφ ἢς ἀνπολεῖ
τῆ θεῖας σωτηρίας τυχεῖν.

ΤΟΜΥΣ ΙΙΙ.

mea, Symmachus verò *obsecratio mea* dixe-
runt. Duo igitur postulat, scilicet intelligen-
tiam sacrorum oraculorum, & liberationem
ac libertatem à malis vitæ huius; quod utique
nobis necessarium est.

171. ERUCTABUNT LABIA MEA HYMNUM.]
ORIGENIS. Eructatio ut plurimum accidit sa-
turatis. Sic enim repleti eructamus qualitatem
cibi quem sumpsimus. Nouerat igitur diuinus
hic sermo cibum spiritalem. Ipsum enim Ver-
bum ait se esse panem : *Ego sum panis viuus*
qui de calo descendi : si quis manducauerit ex
hoc pane, uiuet in aeternam. Etenim hoc Ver-
bum ait quoque se carnes continere: *Qui*
manducat meam carnem, habet vitam in se-
metipso: caro enim mea verè est cibus. Si igitur
hoc pane, id est Verbo, saturati fuerimus, eru-
ctabimus hymnum : quandoque verò etiam
eructabunt orationes. Hoc enim etiam pet
preces necesse est fieri: quando nimirum do-
cueris me iustificationes tuas: nam nisi iustifi-
cationes tuas edoctus fuero, nequaquam va-
leo istiusmodi eructationem eructare.

Eructat
quisque
quod sum-
psit.

Ioan. 6, 51.

Ibid. 54.

172. PRONVTIABIT LINGVA MEA ELO-
QVIA TVA.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΙ. Is qui hæc dicit, ro-
gat ut illa quæ loquitur proferat verbis Dei:
nam & alibi scriptum est: *Aperi os tuum ver-*
bo Dei. Qui autem istiusmodi orat, minimè
loquetur verbum otiosum. Porro pronuntiat
propriè verbum iustitiæ, non qui solâ voce te-
nus illud profert, verum etiam operibus & af-
fectu practico, secundum rectam rationem
directo.

Ezech. 1, 8.

173. FIAT MANVS TVA VT SALVET ME.]
ΑΝΩΝΥΜΙ. Dicitur Rex habere magnam
manum, id est copiosum exercitum: ita
manus Dei est vniuersa militia cæli, omnis
angelica sancta que virtus. Omnia autem
hæc ad salutem hominum emittuntur; iux-
ta quod scriptum est; *Nanne omnes sunt*
administratorij spiritus, in ministerium
missi propter eos qui hereditatem capient sa-
lutis? Tota igitur manus tua omnis que vir-
tus sancta fiat, ut saluet me; quoniam man-
data tua elegi.

Hebr. 2, 14.

THEODORI. Illud *Elegi* Symmachus
quidem *Malui*, Aquila verò & Theodotion
Selegi, dixerunt. Manum autem vocat diui-
nam operationem, per quam obsecrat ut di-
uinam salutem adipiscatur.

T t t 2

ORI-

CATE-
NA PA-
TRVM.

ORIGENIS. Dei manus, utpote Iudicis veri simul ac iusti, alijs quidem fit ad salutem, alijs verò ad correptionem & supplicium. Verùm si mandata Dei elegerimus, quantumuis alij impedimenta obiecerint, quantumuis insidias struxerint visibiles inimici, Dei tamen dextra nos seruare etiam ex improuiso potest. Eò enim quòd legem elegerimus, omnino etiam concedit ut illam exequamur.

174. CONCVPIVI SALVTARE TVVM DOMINE.] DIDYMI. Plurimi homines concupiscunt salutare, at non Dei, sed carnis salutare, quod in mundo est. Verùm opus est ut salutare Dei concupiscamus ut in Deo saluemur, in ipso quiescamus, sancta hereditemus. Hoc enim salutare Dei est vita æterna.

ATHANASII. Si per hunc sermonem transcendere volueris, salutare Dei Christus est: nam Iesus interpretatur Dei salus: hic nobis missus est.

175. VIVET ANIMA MEA, ET LAVDABIT TE.] ORIGENIS. Ad futurum tempus vitam animæ retulit. *Vita enim nostra abscondita est cum Christo in Deo. Tunc laudabit propriè Deum.*

APOLINARI. Rectè, inquit, scio iudicia tua, quæ alijs formidanda sunt, mihi opem latura. *Reddes enim unicuique secundum opera eius.*

176. ERRAVI SICVT OVIS QUÆ PERIIT.] ATHANASII. Postquam dixerat se opera eius perfecisse, rursus semetipsum vocat ouem perditam, exhibens humilitatem.

DIDYMI. Etsi errauerim, minimè tamen oblitus sum mandatorum tuorum, sed volui secundum illa viuere. *Quære me, suscipe reuertentem ad te.*

ANONYMI. *Quære me seruum tuum. Venisti enim quærere & saluum facere quòd perierat. Quære autem me, ut inuenias ad hoc paratum; quia mandata tua desideravi.*

THEODORI. Accurrit bonus pastor ad ouem quæ perierat, & circumiens montes & colles (in illis enim errauerat dæmonibus feruiens) inuenit eam, & in humeros assumens reduxit, & super eam magis gaudius fuit quàm super nonaginta nouem quæ non errauerunt.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Η τῆ θεῷ χεῖρ, ἐπειδὴ κρείττης ἔστιν ἀληθινὸς ἀμὰ καὶ δικαίος, τοῖς μὲν εἰς τὸ σῶζειν, τοῖς δὲ εἰς τὸ παιδεύειν καὶ πικρῶσαι γίνονται. ἀλλ' εἰάν τῆ θεῷ τὰς ἐπιτολάς ἐλωμένα, καὶ ἐμποδίζωσιν ἕτερος, καὶ ἐπιβελόωσιν ἐλθεῖν ὁρατοί, ἢ τῆ θεῷ δεξιὰ σώσει ἡμᾶς καὶ ἀποσκοπεῖ δύναται. αἰθ' ὡν γὰρ τὸν νόμον ἐξελεξάμεθα, πάντως αὐτὸν καὶ κατ' ἐξουσίαν δίδωσι.

ροδ'. ΕΠΕΠΟΘΗΣΑ ΤΟ ΣΩΤΗΡΙΟΝ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Οἱ πολλοὶ ἤβ' ἀνθρώπων ἐπιποθοῦσι σωτήριον, ἀλλ' ἐπὶ τῆ θεῷ, ἀλλὰ τὸ τῆς σαρκὸς σωτήριον, τὸ ἐν κόσμῳ. ἔργον δὲ ἔστιν ἐπιποθεῖσθαι τὸ τῆ θεῷ σωτήριον ὥστε ἐπὶ θεῷ σωθῆναι, ἐπ' αὐτῷ ἀναπαύεσθαι, κληρονομήσει τὰ ἀγαθὰ. τὸ γὰρ σωτήριον τῆ θεῷ τὸ τὸ ἔστιν ἢ αἰώνιος ζωὴ.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἰάν θείης ἐπινασῆται τῷ λόγῳ, τὸ σωτήριον τῆ θεῷ ὁ Χριστός ἔστιν. Ἰησοῦς γὰρ ἑρμηνεύεται θεῷ σωτηρία. ὁ δὲ ἡμῖν ἐπέμψθη.

ροδ'. ΖΗΖΕΤΑΙ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ, ΚΑΙ ΑΙΝΕΣΕΙ ΣΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον ἐτίθει τὴν ζωὴν τῆ ψυχῆς. ἢ γὰρ ζωὴ ἡμεῖς κερύπται σὺ τῷ Χριστῷ ἐπὶ τῷ θεῷ. τότε ὑμῶσιν κυριεύει τὸ θεῷ.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Εὖ οἶδά, φησὶ, ὅτι τὰ σὰ κείματα, ἑτέροις ὄντα φοβερά, ἐμοὶ βοηθός. ἀποδώσεις γὰρ ἐκάσῳ καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

ροδ'. ΕΠΛΑΝΘΗΘΗ ΩΣ ΠΡΟΒΑΤΟΝ ΑΠΟΛΩΔΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Μετὰ τὸ εἰπεῖν ὅτι αὐτῷ ἔργα κατ' ἐξουσίαν, πάλιν πρὸς βασιλεῖς πεπλανημένοι εἶναι λέγει ἑαυτὸν, ταπεινοφροσύνῳ ἐκτενέδιον.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Εἰ καὶ ἐπλανήθην, ἐκ ἐπιλαθόμεν ἤβ' ἐπιτολῶν σου, ἀλλ' ἠθέλησα βιάσθαι κατ' αὐτάς. Ζήτησον με, ἀνάλαβε ἐπανελθόντα πρὸς σί.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ζήτησον ἐμὲ τὸν δούλον σου. ἦλθες γὰρ ζητῆσαι καὶ σώσαι τὸ ἀπολωλός. Ζήτησον δὲ ἐμὲ, ὅτι τὸ εὐρεῖν ἔτοιμον ὄντα πρὸς τὸ ὅτι ἐπιπόθησα τὰς ἐπιτολάς σου.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Εἶδραμε ὁ καλὸς ποιμὴν ὅτι τὸ πλανώμενον πρὸς βασιλεῖς, καὶ περιεμθῶν τὰ ὄρη καὶ τὰς βουκίας (ὡς τὰ πάντα γὰρ ἐπλανᾶτο λατρεύων τοῖς δαίμοσιν) εὐρε αὐτὸν, καὶ ὅτι ἤβ' ὡμων λαβὼν ἐπανήγαγε, ἐπὶ ἑαυτῷ ἐπ' αὐτῷ μάλλον ἢ ὅτι τοῖς ἐπινοήσας ἐντὶ τοῖς μὴ πεπλανημένοις.

ANNO-

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.

161. **P**RINCIPES persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidavit cor meum.] Immeritò nempe Saül Dauidem persequebatur: sed hic, vt ab eius insidijs terrore plenis se liberaret, solum Deum formidabat. Vbi D. Ambrosius Serm. 21. in hunc Psalmum: *Vtinam ego, inquit, salus esse merear, vt si fortè persecutor ingruerit, non considerem suppliciorum meorum acerbiter, non metiar tormenta, non cogitem ullius atrocitatem doloris; sed hac omnia leuia ducam, trepidum ante Christum, ne Christus me neget, ne Christus excludat.* Et paulò post: *Qui habet, inquit, in corde suo verba Dei, excludit sermones Principum à corde suo: excludit timor timorem. Si enim ingressus quis balnea Solis deponit aestus, & calor excludit calorem; quanto magis diuini iudicij terror hunc terrorem excludit humanum? feruorem gratia secularis gratia feruor æterna?*

Iudicij di-
nini timor
timorem
humanum
excludit.

Mira delo-
ratio le-
tionis Scri-
ptura.

162. *Labor ego super eloquia tua, &c.*] Pulchrè ad hunc locum S. Ambrosius: *Merito, inquit, exulto, sicut qui inuenit spolia multa: inueni Scripturam sacram, inueni vetus Testamentum, inueni Nouum, inueni admirabilem Consiliarium Christum, inueni Paulum prudentem architectum, & cetera, quæ vir tantus summo gaudio delibutus & exultans fundit. Hæc autem piæ mentis & feliciter otiosæ spolia vel potiùs præmia sunt eiusmodi, vt in ijs viri sapientes repositam esse hominum felicitatem in hoc vitæ cursu existiment. Cùm enim in libris qui diuino afflatu conscripti sunt, noua semper occurrant quæ discamus & admiremur, non mirum est, si inexplicabile quædam animi suauitas ex eorum lectione affluat: quæ tum maior solet esse, cùm in profundis & latentibus mysterijs eruendis mens omni contentione elaborauit. Quod video à S. Augustino animaduersum in Plal. 38. expositione: vbi multum ait esse delectationem in diuinis Litteris, in verbo Dei, in Parabola aliqua Scripturarum scrutata & inuestigata, ex dulcedine inuentionis, quam præcessit labor inquisitionis. Idem alio loco in Plal. 106. de magnis & profundis Sacramentis mysteriorum plenis, quæ latent in Oraculis diuinis: *Quam dulciter inuenta, quam diu latentia.* Deinde incredibile quædam dissimilium rerum multitudo & copia infinitam propè dicam & humanissimam oblectationem efficit. Habet enim Scriptura sancta eximiam varietatem, expressam in ea Regina, vt ait S. Basilius in Plal. 44. quæ in vestitu deaurato circumdata est varietate. Nam dogmata Christiana non vnus, inquit, sunt generis, sed ποικίλα & πολύτροπα, multiplici & insigni varietate fulgentia, vt quæ habeant ἠθικὸς τε, & φυσικὸς τε, τὸς ἰστορικὸς λογικὸς λόγος, Ethicos, Physicos & Epopticos sermones, ad mysticam Theologiam pertinentes, quibus omne genus grauiorum scientiarum est complexus. Ob hanc causam non verentur sancti Patres dicere, in diuinis libris esse fontes omnium scientiarum, è quibus magni Græciæ Philosophi, alijsque apud alias nationes eruditionis nomine*

Scriptura
est fons
scientia-
rum.

clari, riuulos sups duxissent. Præclarè in hanc rem Theodoretus lib. 2. de Cur. Græc. *Cur non ad Moysen Oceanum Theologia transimus, à quo, vt Poeticè dicam, fluij omnes & maria derivantur? Illinc enim & Anaxagoras, & Pythagoras, Platoque post eos, parua quadam veritatis lumina quadamque inuita desumpserunt.* Accedit verò quiddam in diuinis Litteris ad gignendam animi delectationem, quod in alijs disciplinis non inuenitur: agit enim in illis Deus, seque in intimum insinuat pectus, & gratiæ suæ rotam instillat. Et si verum est, quod aiebat Tatianus Orat. contra Græcos, eloquia diuina efficere illos, qui animum ijs applicuerint, θεοφιλῶς, Deo acceptos, verè omnino dici potest, nihil esse eâ lectione & meditatione iucundius.

164. *Septies in die laudem dixi tibi, &c.*] Hæc verba sic exponit S. Augustinus: q. d. Sæpiùs aut semper laudem dixi tibi, id est, gratias egi super iudicia iustitiæ tuæ: quia cùm ego dignus sim qui semper à te puniar, & peccatorum pœnas luam, non tamen semper me castigas, non semper me supplicio afficis. Et ob hanc eandem causam instituit Ecclesia, vt septem diei temporibus laus Deo dicatur, & conceptas preces recitent qui Sacris inferuiunt, quas septem Horas Canonicas appellari decreuit. Quia etiam viri iusti, qualibus semper Ecclesia abundat, sæpiùs delinquant, & passim se offendere putant, & ob id subinde sine intermissione feriendos irâ Dei se credunt; agunt verò semper gratias, quòd quandoque à supplicijs cesser, iramque cohibeat. Ergo vide districtum Dei examen & peccatorum grauitatem, quæ tanta est, vt vel viri pij putent se dignos esse, qui sine intermissione feriantur ob leuia peccata quæ committunt. *Super iudicia iustitiæ tuæ* (inquit S. Augustinus) *septies in die quod ait, significat semper: solet quippe ipse iste numerus vniuersitatis esse iudicium, propter quod sex diebus diuina operationis septimus adiectus est quietis, & per septem dies currentes & remorantes tempora vniuersa voluntur. Nec ob aliud dictum est, Septies in die cadit iustus, & resurgit. id est, Non perit iustus modis omnibus humiliatus, sed non prauaricatus; alioquin non erit iustus. Nam pro omni genere tribulationis, quæ in conspectu hominum deicitur, positum est, Septies cadit; & pro eo quod ex omnibus tribulationibus proficit positum est, Resurgit. Satis illustrat in eo libro consequens sententia præcedentem: ibi enim sequitur; Impij autem infirmabuntur in malis. Hoc est itaque iusto septies cadere & resurgere, in omnibus malis non infirmari. Merito ergo septies in die laudauit Ecclesia Deum super iudicia iustitiæ ipsius, quia cùm tempus esset vt iudicium inciperet à domo Dei, in omnibus tribulationibus suis non infirmata, sed coronis Martyrum glorificata est.*

Septies pro
sæpè aut
semper po-
nitur in
Scripturis.

165. *Pax multa diligentibus legem tuam.*] Pax multa vocat multam, hoc est amplam, copiosam, abundantissimam, & quantum limit humani æui imbecillitas, & in communi omnium exilio acerbi

Pax multa
diligentibus
legem.

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.
Pfal. 36,
11.

vitæ casus, plenam & perfectam: sic alio loco dixit mansuetos, qui se Deo libentissimè in omni vitæ parte subiiciunt, delectari *in multitudine pacis*. Ad hanc autem pacem consequendam remouenda in primis animi labes atque turpitudò, ne offensus Deus exacuat vt fulgur gladium suum, & animam peccatricem & belligerantem cruentet: concilianda est illius amicitia, quæ gratiam inducat proxenetriam felicissimæ & amabilissimæ pacis, quæ mortalium eximium bonum est, & cæli donum. Adiungenda est deinde voluntas fidelissimæque conatus ad Dei voluntatem, in cuius seruitute mori debemus, & in omni vita imperijs illius sanctissimis obedire. Hæc regio est pacis, in qua Deus inuenitur: hæc cum summo & inexplicabili bono animæ coniunctio: inde felix aureaque beati æui tranquillitas in interioris animi politia exoritur. Quò spectat hoc oraculum: *Pax multa diligentibus legem tuam*. Qui legem illam & iustissimam Numinis voluntatem oppugnant, tamen rerum omnium abundantissimâ copiâ circumfluere videantur, non fruuntur vllâ verâ solidâque animi tranquillitate, quorum capiti horribile Dei fulmen imminet. Iustorum proprium est illud bonum, qui totâ mente & deuoti animi conatu ad amandum honorandumque Deum feruntur, & ad nutum sese illius accommodant.

Lex Dei ex dilectione seruanda.

Ioan. 15, 15.

TAV.

Bona vita addit alas orationi.

167. *Custodinis anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.*] Vbi illa particula & videtur causalis, vt sæpè aliàs. Custodiuit, quia dilexit. Aut certe sensum auget, vt vult S. Ambrosius Serm. 21. in hunc Psalmum: *Plus, inquit, est diligere quàm custodire; quia custodire interdum est necessitatis vel timoris, diligere charitatis. Ideò cum hic dixisset Custodinis, adiecit Dilexit, vt custodia amantis fuerit, non timentis.* Quare Christus Dominus suos discipulos non dicebat seruos, sed amicos, ne seruido coactè, sed diligendo spontaneè obedirent. quod egregie notauit S. Ambrosius Serm. 13. in hunc Psalmum: *Dominus, inquit, operationes seruulorum suorum spontaneas probat potius quàm coactas: ideò ex seruis liberos facit, vt magis voluntatum nostrarum munera quàm necessitatum obsequia conferamus.*

169. *Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo, &c.*] Quasi diceret: Non deficiat oratio mea, non resiliat à suo ascensu, deorsum in terram non retorqueatur; si quidem diuinæ legis obseruantia nititur, & virtutum præsidijs tamquam alarum remigijs in sublime promouetur. Vnde S. Ambrosius Serm. 22. in hunc Psalmum: *Volare, inquit, facit orationem bona vita, & dat alas precibus spirituales, quibus Sanctorum ad Deum euehatnr oratio.* Et statim subdit: *Dauid orationem suam dirigit in caelestia, dans illi flabra iustitiæ, sapientiæ flamina & remigia deuotionis, & fidei, innocentie puritatisque subsidia. Peccato enim ingranescit oratio, & longe fit à Deo: tanto autem plus grauatur, quanto improbius est vita deprecantis. Innocentium ascendit oratio.* Itaque si bonis operibus oratio nitatur, ad diuinum conspectum feliciter euolabit.

170. *Intret postulatio mea.*] Græcè ἀίλιμα: quod S. Ambrosius vertit dignitas, ac præfert

interpretationi Vulgatæ. Ceterum vtramque lectionem in concordiam redigit satis aptè. ac si dicat: Memineris, rogo, vt rationem habeas dignitatis meæ, siue vt respicias ad personam publicam quam gero. Effert enim hæc verba Dauid in persona ministrorum Ecclesiæ, qui publicam personam agentes, & nomine totius Ecclesiæ orationem fundunt. Ait ergo: Audi ô Deus preces quas nomine Ecclesiæ profero. Nam hoc genus orationis maximè gratum solet esse Deo, & cum sit dignum vt statim exaudiat, dicitur intrare in conspectu Dei. Hac occasione S. Ambrosius plura enumerans quæ faciant orationem intrare in conspectu Dei: *Si, inquit, pro vidua roges, si pro pupillo, si roges pro misericordis, si roges pro nimium denoro & fidelis, si roges in tribulatione, roges cum dolore: si mesto & ipse qui rogas compatiaris affectu; intrat oratio tua Dei gratiam, intrat domum eius, si tecum Ecclesia deprecetur, si populus vniuersus imploret, vt Domini inclinet fauorem.*

Qua oratio intret in conspectu Dei.

171. *Eruclabunt labia mea hymnum, &c.*] Dauid de iustificationibus diuinis edoceri cupiebat, vt non alios quàm diuinos sermones eruclaret: quasi non posset non de Deo loqui, qui de Deo doceretur. Et statim, quasi non satis esset eruclare, quod fit per discreta interualla, sed habere iugem & continuam de rebus diuinis orationem oporteret, subdit:

Dei verba eruclanda.

172. *Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum.*] Vt nimirum qui Deum perfectè disceret, Deum perpetuò loqueretur. Ad quem locum D. Ambrosius Serm. 22. *Qui, inquit, didicerit iustitias Dei, loquitur verbum Dei, otiosum verbum non loquitur.* Et statim docet verbum otiosum esse quod de rebus profanis instituitur, imò periculosum; quale proinde Dauid effugiebat dicens: *Non loquatur os meum opera hominum.* Et rationem reddit, cur hoc verbum periculosum arbitretur: *Non enim, inquit, mediocre periculum est, cum habeas tanta eloquia Dei, & opera Dei qua fecit in Genesi, in Exodo, in Leuitico, & in ceteris Scripturae libris, si illis prætermisissis loquaris qua saculi sunt.* Ita S. Ambrosius.

Pfal. 16, 4.

173. *Fiat manus tua vt saluet me.*] Secundum sensum mysticum pulchrè ad hunc locum S. Gregorius, explicans ista verba Ezechielis, *Et facta est super eum ibi manus Domini,* ita philosophatur: *Manus vel brachium Domini Filius dicitur, quia per ipsum omnia facta sunt, de quo etiam Psalmista ait: Fiat manus tua, vt saluum me faciat. Manus quippe Dei, qua per diuinitatem non est facta, sed gratia per humanitatem facta est, vt humani generis vulnera sanaret. Ibi ergo Propheta incarnationem vnigeniti agnoscit, ubi super se manum Domini factam vidit.*

Ezech. 1, 3.

Manus Domini est Filius Dei.

175. *Iudicia tua adiuuabunt me.*] Quænam sunt illa Dei iudicia quæ nos adiuuant, cum potius impios torqueant, & omnibus timorem incutiant? Respondet S. Ambrosius, memoriam futuri iudicij pios adiuuare ac gaudio perfundere, propter spem salutis, impios verò terrere, quia non resurgent in iudicio: id est, Non lætabuntur, non attollent caput, sed multo mœrore deprimentur. Nempe Christus Iudex auxilium & solatium adfert pijs, mœrorem ac terrorem impijs.

Iudicium Dei solatur pios, terret impios.

176. Erra-

Ovis error
facilis. &
venia di-
gnus.

176. Erravi sicut ovis quæ perijt, &c.] q. d. Fateor me errasse & à pietatis itinere deflexisse; sed ipse lapsus ad maiorem pietatis apicem me euehat quàm prius tenui: idèd scilicet se quæri postulat, quia instar ovis errauerat; & hunc errorem ad sui defensionem inducit, & quodammodò gloriatur, quòd sicut ovis errauerit. Lucem accipit hic locus à Parabola Christi Luc. 15, vers. 4. in persona boni Pastoris ouem perditam quærentis, & in humeros attollentis. *Vides ergo* (inquit Ambrosius in hunc locum) *quia errori*

renuntiasse non vitij, sed profectus est. Nec PARAS- immerito ceteris antefertur, quia plus est à PHRASIS vitio se remocasse, quàm propè vitia ipsa ne- ANONY- scisse. Pulchrè autem ibidem expendit il- MI. la verba *quæ perierat*, vt ipse legit; non verò *quæ perit*, de præsentis; quia dum se errare cognouit, errare desinuit; atque adèd qui verè errauerat, dum ignorabat se errare, dum errorem agnouit, destitit errare; & qui errorem deposuit, rogat Deum, vt se in veram viam reducat.

IN PSALMVM CXIX. ARGVMENTVM.

α. Ωδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

1. Canticum graduum.

Ὁ μὲν Ἀκύλας καὶ ὁ Σύμμαχος, εἰς τὰς ἀναβάσεις, ὁ δὲ Θεοδοτίων, ἄσμα τῶν ἀναβάσεων. τίνας δὲ ἐνεκαὶ ἕτερος εἰρηται; Κατὰ μὲν Ἰσραὴλ, ὅτι παρὰ τὴν ἀνάβηθιν διελέγοντο, ὅτι ἐκ βαβυλωνίου· καὶ δὲ ἀναγωγῶν, ὅτι εἰς τὴν ἀρετῆς ὁδὸν χειροῦν ἦσαν· καὶ γὰρ ἡ ἐκεῖ φέρουσα ἀναβαθμῶν ἵσταται, καὶ μικρὸν ἀνάγουσα τὸν φιλάρετον. Οὐ ταῦτα δὲ ἕκαστος τῶν ψαλμῶν προσηγορεύει· ἀλλ' ὁ μὲν τὰς ἐκ βαβυλωνίου συμφορὰς καὶ τὴν θλίψιν διμύριαι· ὁ δὲ τῆς ἐπανόδου τὰ διαγέλια· ὁ δὲ τὴν καὶ τὴν ὁδὸν ἀφροσύλων· ὁ δὲ ἄλλο τι τῶν μετέπειτα, ἕνα τὸ ποικίλοι τῆς ἐνωδίας ἀπελαυῶν τὸν κόρον τῆς ἐνωδίας. *ut varietas concentus nauseam abigeret satietatis.*

Aquila quidem & Symmachus, In ascensus, Theodotion verò, Carmen ascensuum. Cur autem sic dicti sunt? Secundum historiam quidem, quia differunt de reditu è Babylone: secundum anagogen verò, quia ad viam virtutis manu ducunt; quandoquidem via quæ eò ducit gradibus assimiletur, virtutis amatorem sensim adducendo. Non eadem tamen singuli Psalmi Graduum vaticinantur; sed alius quidem calamitates in Babylone toleratas & diuinam beneuolentiam; alius autem reditus promissiones; alius verò via iucunditatem; alius denique aliud quidpiam eorum quæ postea contigerunt.

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΑΡΟΣ κύριον ἐν τῷ θλίβετάί με ἐκέκραξα, καὶ εἰσήκουσέ με.

AD Dominum cum tribularer clamaui, & exaudivit me.

Εἶπεν ὅτι θλιβόμενος ἐκέκραξα· τί δὲ ἰβόησεν ἐπάγα.

Dixit se cum affligeretur exclamasse: quid autem clamauerit subiungit:

β'. Κύριε ῥύσαι τὴν ψυχὴν μου ἀπὸ χειλέων ἀδίκων, καὶ ἀπὸ γλώσσης δολίας.

2. Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa.

Εἰδήθην, φησὶ, τὴν θεῶν ῥυθίται τῶν διαβαλλόντων· εἶτα ἐπιφέρει πρὸς αὐτὸς τὸν λόγον, καὶ φησὶ·

Rogavi, inquit, Deum vt à calumniantibus liberarer: deinde subiungit ad illos sermonein, & ait:

γ'. Τί δοθεὶς σοι, καὶ τί προσεδείη σοι πρὸς γλώσσαν δολίαν;

3. Quid detur tibi, & quid apponatur tibi ad linguam dolosam?

Ἄντι τῆς, πῶς δὲ ἀξία τιμωρία γυνοῖτο γλώσσης δολιλομήνης;

Id est, Quali porro supplicio digna sit lingua dolosa?

δ'. Τὰ βέλη ἔδευα ἔγκονημύρια

4. Sagittæ potentis acutæ cum

Cur hi Psalmi graduum vocentur.

* vulgata 200

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

cum carbonibus desolatorijs.

Potentem appellat ipsum Deum. Vult igitur dicere, quod etiam Deus habeat supplicia quæ desolantem ignem imitentur. *Desolatorios* enim vocat desolationem afferentes. Deinde deplorat commorationem in terra aliena, & ait:

5. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est:

Id est: Multo enim tempore ago in terra aliena. deinde dicit etiam vbi: subdit enim:

Habitu cum habitantibus Cedar:

Cedar appellat Idumæam, quam habitabant posteri Esau, Nabaioth & Cedar.

6. Multum incola fuit anima mea.

Id est, Multo tempore in aliena terra commoratus fui.

7. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis.

Etenim, inquit, ego erga illos qui me modo gratis oppugnant eram pacificus: illi vero, inquit, cum pacificus essem me non sustinuerunt, sed assidue me oppugnant.

σὺ τοῖς ἀνδράξιν τοῖς ἐρημικοῖς.

Διωατὸν αὐτὸν καλεῖ τὸν θεῖον. βέλε) εἶ εἰπῶ, ὅτι ἔχει καὶ πικρίας ὁ θεὸς μισῶμας πῦρ ἐρημοποιῶν. ἐρημικὸς γὰρ τὸ ἐρημοποιῶν λέγει. εἶτα ἀποδύρε) τὴν ἐν ἀλλοδαπῇ ἀσχέτω, & φησιν.

ε. Οἱ μοι, ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη.

Ἀντὶ τῆς πολλῆς χρόνον ἔχω ἐν ἀλλοδαπῇ ἀσχέτων. εἶτα λέγει καὶ περὶ ἐπάγει γὰρ.

Κατεσχῆνωσα μὲ τῶν σκηνωμάτων κηδῆς.

Κηδῆρ τὴν Ἰδουμαίαν λέγει, ἡ δὲ ὄκη οἱ ἀπόστολοι τῶν Ἰσραὴλ, Ναβαιῶθ & Κηδῆρ.

ς. Πολλὰ παρώκησεν ἡ ψυχή μου.

Ἀντὶ τῆς πολλῆς χρόνον παροικίαν ἐν ἀλλοδαπῇ.

ζ. Μετὰ πάντωνμισούντων τὴν εἰρήνην ἡμῶν εἰρημικός. ὅταν ἐλάλησεν αὐτοῖς ἐπολέμην με δωρεάν.

Καίτοι γὰρ, φησὶν, ἐγὼ πρὸς τοὺς νῦν πολέμους με δωρεάν ἡμῶν εἰρημικός. ἐκέλευσεν δὲ, φησὶν, εἰς εἰρημολογίας ἠνεύχοντο, ἀλλὰ πολέμους πρὸς ἐμὲ διετίθεν.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

Templum Ierosolymitanum habebat gradus quindecim.



SCIENDVM autem quomodo templum Ierosolymitanum habuerit quindecim gradus, illique qui hymnis decantandis præerant, inter ascendendum in quolibet gradu consistentes canticum recitarent: vnde etiam contigit cantica ista gradibus esse numero paria. de his autem dictum est in libris Paralipomenon.

In tribulatione Domini inuocandus.

I. AD DOMINVM CVM TRIBVLATIONE.] Hoc exordium & mœroris magnitudinem & diuinæ benignitatis excessum insinuauit. Mœrens, inquit, deprecabar; & illicò annuit inuocanti. Vidisti lucrum tribulationis. Et tu igitur in tribulatione constitutus ne desperes. Obserua autem hîc etiam exemplum Euangelicum: *Orate, inquit, ut non intretis in tentationem.* Nulla verò tentatio par est conuersa-

Matth. 26. 41.



ΣΤΕΡΟΝ δὲ αἰς ὃ ἐν τῇ Γεσθησαλήμ νεὸς ἀναβαθμῆς εἶχε δεκαπέντε, καὶ ἐφ' ἑκάστον αὐτῶν ἐν τῷ ἀναβαίνειν εἰς αὐτὸν ἐσηκότες οἱ εἰς τὸ ὑμνεῖν τετραμύριοι ὡδὴν ἔλεγον. διὸ καὶ συνέβη Ἰσραὴλ μοι ὡδὴς τοῖς ἀναβαθμοῖς τῷ. εἶρη) δὲ τὰ πρὸς τὴν ἐν τοῖς ἀλλοδαπῶν.

α. ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ ἘΝ Τῷ ΘΛΙΒΘΕΣΘΑΙ ΜΕ.] Καὶ τὸ μέγεθος τῆς αἰτίας ἐπέφησε τὸ φοροῖμον καὶ τὴν τῆς θείας φιλοθεωπίας ἰσοβολίαν. Λυπηθεὶς, φησὶν, ἐδέθη. καὶ ὁ θεὸς καλεῖται ἐπέδωκεν. Εἶδες ὅτι θλίψαις τὸ κέρδος. καὶ σὺ τὸν πῦρ ἐν θλίψει γυμνῶν μὴ ἀπογίνωσκε. ὅρα δὲ πάντα ἅτα διαγγελικὸν ὡδὴ δέγμα. Εὐχεθε, φησὶν, μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. Ὁ δὲ εἰς δὲ πειρασμὸς ἴσους τῶν δολερῶν ὡδὴ τῶν χεῖν

χρῖν ἀνθρώπων· ὄρετ' ἄν' ἢ θηρίων χαλιπώ-
πιτος· τὸ μὲν γὰρ ὄπρ' ὅτι φαίνεται· ὄρετ' δὲ
ὑπὸ ὡδ' ὑπὸ σμῆν ὀπιπταίας τὸν ἰὸν ἀ-
πίκρυψον, ὡς δυσφοροτάτην γνῶσιν τῶν
ἐνέδων· εἶποι δ' ἂν τις, μάλιστα ἀδικα χεί-
λη ἐκείνη τὰ ὄρετ' τῶν ἀρετῶν βλάπτουσα.
εἶτα ψυχολογῶσα τὴν ἀθυμίαν ἢ χεί-
ρ' ἐπιδύματος, ὡς ἀνείρεται ἑστῶτος πρὸς τὸ τί
δοθήη σοι πρὸς γλώσσαν δολοῦσα; ἐπάγ'·
τὰ βέλη τῆς διωατῆς, ὡσεὶ ἔλεγε· ποῖα ἀρε-
θῆν δ' ἡσυχίας ταύτης ἀξία τιμωρία; πρὸς
τὸν μὲν, φησὶν, ἀξία τιμωρία, τὸ οἰκοδομῆν τῶν
κακίαν ἔχειν, ἐπειτὰ καὶ ἢ ὡδ' τῆς θεῶ
πληγῆς. διὸ ἐπάγ'· Τὰ βέλη τῆς διωατῆς.
βέλη μὲν τὰς τιμωρίας καλοῦν, ἀπὸ δ' ὅξυ-
της τῆς ἀφικμύων βελῶν ἐκ διωατῆς.
Ἀνθρώπος δ' ἐρημικὸς τὴν ἐρημοποιῶν τὴν
ἀφαισιτικῶν. Μὴ ἀθύμει, φησὶν, ὑπὸ τῆς
ἀδικίας γλώττης βαλλόμενος· ὄρεται γὰρ
ὡδ' ἀδικίας κερτῆς πικρόδραμ' τιμωρίας.
Ἄλλος· Τὰ βέλη τῆς διωατῆς ἠκόνθηται μὲν
ἀνθρώπων ἐσοβασμῶν· ἄλλος ἐν ἀνθε-
κῶν ἀρκυθίαις· τῆ μεταφορῆ τῆς ὀνομά-
των αὐτῶν τὸν φόβον· τότε γὰρ ἐσοβασμῶν
εἶπε ἀρκυθίαις τῶν αὐτῶν ἔχει λέξιν.
καὶ μὲν τὸ πᾶθος παρελθῶν, ἐνταῦθα
δὲ τῶν ποιότητων καὶ τῶν σφοδρότητων τῆς τι-
μωρίας. οἱ δὲ ἐβδομήκοντα ἀνθεκῶν ἐρη-
μικῶν, ἀντὶ τῆς ἐρημοποιῶν, διαπαιδαίω-
σι, ἀναλίσκωσι, ἀπὸ τῆς παρ' ἡμῖν ὑλῆς τῆς
θεῶ τὰς τιμωρίας χηματίζοντες· εἶτα
ἀποδύρεται τὴν ἐν ἀλλοδαπῇ ἀξίωσιν, καὶ
φησὶν·

Ε. ΟΙ ΜΟΙ, ΟΤΙ Η ΠΑΡΟΙΚΙΑ ΜΟΥ.]
Ἐπίτες· Οἱ μοι, ὅτι παρελθὼν παρέλυσται·
ἄλλος· ὅτι πρὸς ἡλύτ' ἐστὶ ἐν μακρυσμῶ-
ταῖτα μὲν εἶποι θρησκῶν ὑπὸ τῆς ἀίχμα-
λωσίας· Οἱ δὲ Παῦλος ὑπὸ τῆς ἀναίσθη-
ζωῆς ἀποδύρεται λέγων· Καὶ γὰρ αὐτοὶ ὄντες ἐν
τῇ σκηνῇ σενάζου, καὶ γὰρ παρελθὼν ὁ πα-
ρὸν βίος, εἰκότως δὲ ἀποδύρεται ὁ πρὸς φήτης
τῶν ἐνταῦθα ζωῶν σκότην ὡδ' ἀπλησίαν
ἔσαν· Κηδὰρ γὰρ σκοτασμός ἐρμηνεύεται· οἱ
δὲ ἐν Βαβυλωνί Ἰουδαῖοι, αἵτι τῆς ἀπογόνων
Ἡσαῦ, Ναβαιῶθ καὶ Κηδὰρ ὁμοίως που
πλησίον οἰκίστην, ἀνωθεν μεμισημῶν ὄν-
των (ἐκβαλε γὰρ, φησὶν, τῶν παιδίσκων καὶ
τὸν υἱὸν αὐτῆς) εἰκότως νῦν ὀλοφύρονται, ὡς
οἱ ἐλκυσθείας ἀξίωθεντες, πάλιν μὲν τῆς
δέλων στυγερῶν· ἢ βαρβαροῦ πνῶν λέ-

tioni hominis dolosi : hic enim quavis ferā
truculentior est: siquidem illa quid sit appa-
ret; hic verò sub velamento æquitatis vene-
num suum abscondit, ita vt insidiæ eius sint
toleratu difficillimæ. Dixit autem quis, illa
labia maximè iniqua esse quæ virtuti offi-
ciunt. Deinde gratiâ spiritus mœrentes con-
in augustissimam illam struaturam, opificio nobilem, auro multo radiantem & æmulam cælo, iussu Regis, & veluti ore, Dauidicum hunc Psalmum Leuitæ cecinerunt, *Nisi Dominus adificauerit domum, &c.* cum publico præconio significare vellet, se non sibi tantam illam magnificentiam & mirandi operis gloriam tribuere, sed Deo: sine quo frustra omnis labor & impensa fuisset. Sed profectò magna illius viri mens, vt Prophetæ, non sisteat in opere illo pulcherrimo, sed intenta in omnem posteritatem cursumque religionis, monere voluit, multò magis in spiritali ædificatione id esse faciendum: cumque è diuinis Litteris *Dei adificatio firmus & templum*, neminem posse in domum Dei ædificari, quæ auctore magno Augustino Serm. 21. de verbis Apostoli, fundatur credendo, sperando erigitur, perficitur diligendo, absque illo qui ædificat domum. Itaque S. Athanasius scribens ad Marcellum, hunc Psalmum recitari vult ab eo qui velit domum suam renouare, scilicet animam, quæ Dominum recipit, nec non sensibile domicilium, ad communem hominum habitationem accommodatum. Præterea cum Ecclesia quoque sit *domus Dei*, & Messias illi pastores, hierarchiæ lumina præstetque religionis prouiderit *ad adificationem corporis Christi*; qualis fuit D. Paulus, qui *architectum* se titulo honorato nominat; scire illi debent, nihil humana consilia, nihil curam Curionum, nihil Præfulum excubias, qui eâ causâ dicuntur Episcopi, quòd in perenni debeant esse vigilia, & in suorum custodiam intenti, nihil denique ad diuinum illud opus valituram eorum industriam & laborem, nisi Deus anteat omnes, & potenti suâ dexterâ iaciat fundamenta, & struaturam pietatis clementiâ suâ bonitateque promoueat, exornet, tueatur. Vno verbo, nisi Dominus adificauerit domum, frustra est omnis hominum contentio. Ita pulchrè & eloquenter Cressolius noster Anthologiæ cap. 13. Sect. 5. hunc locum illustrat: vbi eundem adhuc fusiùs prosequitur & luculentius exponit.

2. *Vanum est vobis ante lucem surgere, &c.*] Dixerat de ædificantibus domum, de custodiendis urbem, nunc de artificibus, & qui labore suo sese tranfigunt, eandem sententiam profert, qui summam diligentiam in eo ostendunt, vt quàm citissime de manè surgant, quàm tardissime ab opere quiescant, & quàm minimum quieti concedant. Vanam igitur esse tantam eorum diligentiam, & assiduitatem operis tantumque laborem pronuntiat, nisi Deus eorum studijs & laboribus prosperum successum tribuat, & adiuuet conatus, & incœpta perficiat. Aquila legit, *Εἰνὴ ὑμῶν ὀρθεῖσθαι ἀνίστασθαι, βραδύνησι καθεύδααι, Frustrà est vobis manicantibus surgere, tardantibus sedere*: Symmachus, *μάταιον ὑμῶν εἶ ὀρθεῖν ἀνίστασθαι εἰς τὸ κινῆσθαι, Vanum vobis à diluculo surgere ad habitandum*: alius apud S. Chrysostomum habet, *χρονίζου τὴν καθεύδααι, differensibus sedere*. Pulchrè ad hoc propositum S. Bernardus Serm. 11. de S. Victore: *Non erecti, inquit, planè, sed peruersi est animi ante querere gloriam quàm exercere virtutem, & velle coronari qui legitime non certauerit. Vanum est vobis ante lucem surgere. Ita est. Frustrà ad celsitudinem nititur gloria, qui prius non claruit*

Spiritalis
adificatio
sine Deo
non erigitur.

1. Cor. 3.
& 6.

1. Tim. 3.

Ephes. 4.
1. Cor. 3.

Frustrà est
hominum
industria
& sedulitas
sine
ope Dei.

Frustrà
queritur
gloria ante
virtutem.

claruit virtute. Frustrâ facta virgines sponso obuiam surgunt, quarum lampades extinguuntur; & ideo facta, quia vacuis gloriantur lampadibus, virtutis oleum non habentes. Absit mihi gloriari nisi in gloria illorum; quibus Propheta congratulans ait: Domine in lumine virtus tua ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt totâ die, & in iustitia tua exultabuntur; quoniam gloria virtutis eorum in te. Pulchrè non eorum, sed virtutis eorum gloria commemoratur. Quia enim sine virtute est gloria, profectò indebita venit, prapropere affectatur, periculoso captatur. Virtus gradus ad gloriam; virtus mater gloria est. Fallax gloria, & vana est pulchritudo, quam illa non parturinit.

IBIDEM. Qui manducatis panem doloris.] Pro quo Scholiastes ex Theodotione & Symmacho legit ἄρτον εἰδωλῶν, panem idolorum; ex Sexta verò editione, ἄρτον πᾶνης, panem erroris. Nimirum hæc illi contra idolorum cultores dicta intellexerunt. Quorum editionem secutus Eusebius ait, Προσὰ τῆς πρὸς Σολομῶν, αἰσὶ μάλλον τοῦ εἰκῆν τὸν ὑπ' αὐτῶν γινόμενον εἶκος, εἰδωλοῖς περὶ καὶ σαρταῖς, δαίμωνι λατρεύοντες ἐσάντες. οὗτοι πῶνυ πῶς ἐκ ἀπειρίας, ἀεὶ δὲν ὑμᾶς ἰδέσθαι τὸ δᾶν τῶν ὀφθαλμῶν, ἢ τὸ ἀνίστασθαι μὲν τὸ καθύπερθε, ἐὰν μὴ ἀποῦντο τῆς εἰδωλολατρίας, ἢ ἀπῶντο τὸ ἰσθίον ἄρτον ἡλισσημένον ταῖς τῶν δαίμωνων δυοῖαις. Prævidet spiritus Salomon fore, ut qui à se extinctam domum inhabitaturi sunt, idolis dediti sint, & in illa demones colant. Ait igitur ijs qui sunt ex circumcissione, Nil vobis proderit ad hanc domum venire diluculo, & surgere postquam sederitis, nisi ab idololatria discedatis, & desinat panem edere ex demonum sacrificijs pollutum. Beatus quoque Hieronymus in Epistola ad Marcellam eodem modo explicans: Arguitur, inquit, populus ad templum diluculo frustra consurgere, & post quietem ad sanctuarium festinare, cum idola Dei honore venerentur.

Somnus beatorum securitas.

IBIDEM. Cum dederis dilectis tuis somnum.] Hæc pars in Hebræo paulò aliter habetur; nempe, Sic, vel, Certe dabis dilecto tuo somnum. Significatur autem hîc per somnum securitas cum omnium rerum abundantia, quemadmodum & in Psalmo quarto. Opponit enim somnum ei quod priùs dixit de ijs qui cum sollicitudine magna vanos perferunt labores pro parandis vitæ necessarijs.

Hereditas æterna post mortem sequitur infans. Apoc. 14. 13.

3. Ecce hereditas Domini.] Sequitur piorum somnum hereditas Domini: nec fruere hanc, nisi fortunatus præcessisset somnus: mors nimirum extremæ hominum somnus, qui via est ad beatam æternitatem. Beati enim mortui qui in Domino moriuntur. Amodò iam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos. Tales omnino in pace sunt, eaque æterna, ad cuius statim initium omnia bella finiuntur, æternùm non resuscitanda: quia in Domini sinu suaviter conquiescunt & obdormiscunt. Ita Moyses servus Domini mortuus est iubente Domino Iehouah, seu ex osculo Iehouah, hoc sensu: Sicut mater infantulum brachijs suis indormientem deosculatur, & sic in lectulo blandè reponit, ita Moysen ceu dormientem infantem Deus per osculum & amplexum in sinu Abrahæ quasi in lectulo collocavit. Nimirum cum dederit dilectis tuis som-

num, ecce hereditas Domini. Beati ergo tales ANNO-MORTUI, & nimium beati, quia numquam amplius futuri miseri. Bona, inquit Bernardus, TATIO- NES CORDERII. mors iusti propter requiem, melior propter novitatem, optima propter securitatem. Beati igitur iterumque beati tales; opera enim illorum sequuntur illos; sequuntur tamquam famuli suum dominum, tamquam filij suum patrem, discipuli suum præceptorem, milites suum Ducem, nobiles suum Regem, sequuntur vsque ad tribunal Dei, deducunt & comitantur vsque ad supremam Dei curiam, quòd hi soli nobiles famuli admittuntur. Atque ut quantum quisque diues sit ac nobilis ex famulorum cum numero tum ornatu cognoscitur; ita qui ante Regem gloriæ dignè apparere cupit, sibi de tali familia provideat, curetque ut eâ se stipet, sitque quàm numerosissima & ornatissima. Et licet bona opera nostra præcedant nos merito, sequuntur tamen præmio: labor qui in illis præit; merces quæ ab illis subsequitur.

IBIDEM. Merces, fructus ventris.] Communiter accipitur hic fructus esse genitivi casus; quemadmodum manifestè est in Græco ὁ μισθὸς τῆ καρπῆ τῆς γαστρός; ac proinde intelligitur significari, quod filij adoptivi Dei sint merces Christi, qui est fructus uteri virginalis. Verùm in Hebræo fructus est nominativi casus: non enim ἡ ψυχή sachar, id est merces, ponitur in regimine. Itaque sensus est quod fructus ventris sit merces pietatis, quemadmodum promittitur in Deuteronomio; & Euthymius etiàm in hoc sensu Græcam litteram intelligit, & alius apud Chrysostomum sic legit, Μισθὸς ὁ καρπὸς τῆς γαστρός, Merces ipse fructus ventris.

Quid per filios excussorum intelligatur.

4. Ita filij excussorum.] Laborant (inquit Ianfenius) hîc omnes Interpretes inquirendo qui sint isti excussi & eorum filij. Et sunt qui excussos intelligunt Apostolos, & filios eorum esse credentes. Alij rursus excussos intelligunt Prophetas, & filios eorum esse Apostolos. Alij aliud adferunt. Verùm, secundùm consilium S. Hieronymi in Epistola quadam ad Marcellam, in qua hunc locum Psalms cum alijs eiusdem tractat, recurrendum ad fontem Hebræici sermonis. Hic autem habet secundùm omnium versionem. Ita filij adolescentia vel imuentis, quod etiam Aquila, Symmachus & Theodotion interpretati sunt, ἕως ἡμεῶν νεότητος. Dicitio enim Hebræa hîc posita potest significare imuentem, potest etiam esse participium passivum significans excussos, à verbo נָחַב nahbar: quod excutere significat. Septuaginta autem Interpretes hîc per excussos voluisse significare imenes patet (ut ostendit Hieronymus); ex eo quòd Nehemiæ quarto eandem hanc dictionem eodem modo venterunt: nam ubi nos habemus, Media pars imenum faciebat opus; Septuaginta vertunt, Medij excussorum, &c. Vbi per excussos manifestè intellexerunt imenes, sic eos appellantes, quòd excussi essent, hoc est, expediti ad opus. Excussos enim, inquit Hieronymus, & consuetudo sermonis humani vegetos, robustos & expeditos vocat, nimirum quòd tales ab omni operandi impedimento liberi sint. Sunt ergo filij excussorum, filij iuenum, hoc est ad litteram, filij qui electis in adolescentia nascuntur. Proinde in hoc versu notatur duplex bonum

D d d 3 filiorum

ANNO-
TATIO-
NESCOR-
DERII.

filiorum quos Deus dat electis : primum, quòd dentur eis filij validi ad deijciendum hostes: secundò, quòd dentur eis adhuc adolescentibus: quo duplicem Dei benignitatem notavit: & quòd suis maturè liberos donat: & quòd donat, cum tempus est illos educandi probeque instituendi: quod filijs senectutis à parentibus præstari non potest. Porro in sensu mystico, per filios excussorum vel iuuenum, Christianorum populus accipiendus, qui filij sunt Apostolorum: qui respectu Patrum veteris Testamenti iuvenes fuerunt, expediti valdè ad perficiendum noua opera Dei. Et hi quoque sagittis & arcui comparantur Zachariæ 9.

5. *Beatus qui impleuit desiderium suum ex ipsis.*] Pulchram hîc addit glossam Hugo Cardinalis: *Beatus est beatitudine spei, & erit beatitudine rei, vir, homo virtute virens: qui impleuit desiderium suum ex ipsis, id est ex consilijs, & monitionibus, & præceptis, & verbis, & ex rebus permanentibus & æternis: ex quibus solis potest impleri anima humana, &c.* Quod autem sequitur, *Non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta*; hoc quidam interpretantur de B. Virgine: quos lege apud Morales lib. 3. Tract. 11. Nicolaus verò de Lyra *porta* nomine iudicium intelligit; quia Iudices antiquitus in portis sedebant. Maria autem auxiliarem opem

præstat hominibus in tremendo iudicio. Sed accommodatiùs Strabus in Glossa morali: *Non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta, scilicet mortis: in qua non confunditur à spiritibus malignis.* Neque enim tunc laborabit deuitus Mariæ alumnus: nam quantumuis sit scelerum reus, videatque hians gehennæ baratrum, & insultantes diabolos, tamen assidentem illam pro foribus suis inueniet, quæ supplici precum suarum omnipotentiam præstet illi hîc, & auxiliari ope illum extrahet de inferorum immanissimis faucibus, & lætum ducet ad Empyreas sedes, æternumque beabit æterna Dei visione. Ius enim commissum est introducendi homines in cælum, & ostendendi gloriosam Dei faciem, vti Canisius noster lib. 1. de B. Virgine tradit his verbis: *Hebraei inter arcana sua celeberrimum ducunt, unam inter creaturas omnes longè præstantissimam esse: ipsi Mitraton, hoc est Principem sacierum, appellant; quia semper stet ante faciem summi Imperatoris, & ius habeat ad ipsius presentiam bene meritos introducendi.* Anmaduersum autem est ab eruditiss, *Maria nomen cum illo Mitraton haud perperam conuenire.* Itaque pijsissima Maria foribus mortis sedulo assidet, vt quos suo parrocinio dignos aut inuenierit, aut fecerit, quali verè *Mitraton* introducat ante gloriosam Dei faciem, quâ æternum beentur.

Maria cultor non confundetur in morte.

Maria Mitraton.

IN PSALMVM CXXVII. ARGVMENTVM.

1. Canticum graduum.

Timor ad spem adiungendus.

Cum in precedenti Psalmo ostendisset quantum boni adferat spes in Deo collocata; hîc beatos esse dicit eos qui cum spe diuinum habent timorem, per quem virtutis possessio obtinetur, quæ cum illis cura est, cetera bona dona reddet stabilia.

α. Ωδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Ὅσοι ἀρετῶν ἔσονται ἀγαθὰν τῆς ζωῆς κληρονομήσουσι διὰ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν. Ὅσοι δὲ ἐπιθυμῶσι τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν, οὗτοι οὐκ ἔσονται ἀγαθὰν κληρονομήσουσι διὰ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν. Ὅσοι δὲ ἐπιθυμῶσι τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν, οὗτοι οὐκ ἔσονται ἀγαθὰν κληρονομήσουσι διὰ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν.

PARAPHRASIS ANONYMI.

BEATI omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius.

Id est, Qui timent ipsum, & ea quæ vult faciunt.

* Vulgata manuū
* addis quia

2. Labores* palmarum tuarum manducabis,

Talis, inquit, fruetur laboribus suis.

Beatus es, & benè tibi erit.

Tunc, inquit, stabilientur tibi bona.

3. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

MΑΚΑΡΙΟΙ πάντες ὁ φοβούμενοι τὸν κύριον, οἱ πορεύμενοι ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ.

Ἀντὶ τῆς, οἱ φοβούμενοι αὐτὸν, καὶ οἱ πορεύμενοι ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ.

β'. Τοὺς πόνους τῶν καρπῶν σου φάγεται,

Ὅ τοιοῦτος, φησὶν, ἀγαθὰν ἔσται ἡ καρπία σου.

Μακάριος εἶ, ὅτι καλὰς οἰέσται.

Τότε, φησὶ, βεβαιωθήσεται σοὶ τὰ ἀγαθὰ.

γ'. Ἡ γυνὴ σου ὡς ἄμπελος ἀθνήσκουσα ἐν ταῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας σου.

Εἶσα

Ἐσα δὲ, φησι, τῆς ποιήτων καὶ ὁ οἶκος
 δι' ἑαυτὸν δὲ πάντων τῶν μεθ' αὐτῶν. κλίθη γὰρ
 τῆς οἰκίας ἢ εἴπη· ὅτι δὲ πάντων δι' ἑαυ-
 τὸν ὁ οἶκος σου.

Οἱ υἱοὶ σου ὡς νεόφυτον ἑλαιῶν
 κύκλω τῆς τροπέζης σου.

Μεγίστη δὲ τότε τοῖς Ἰουδαίοις ἐφάνητο ἡ
 ποιαυτή διλογία, ἐπαρθεῖσιν δὲ τῆς αἰχ-
 μαλώσεως, ἐν ἣ τῶν ἐρημμένοι καθάπαξ
 ὑπῆρχον.

δ'. Ἰδὲ ἔτιως διλογηθήσεται
 ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος τὸν κύριον.

Ὁ ποιητής, φησιν, ἔσα ὑπόδειγμα πάν-
 των τῶν ἐλπίζοντων ἐπὶ θεῷ· ὅτι τῶν ὁμοίων
 ἀξιωθήσονται, καὶ κείνοι φοβοῦντο τὸν θεόν.

ε'. Εὐλογῆσαι σε κύριε ἐκ
 Σιών· καὶ ἴδεις τὰ ἀγαθὰ Ἱερου-
 σαλήμ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς
 ζωῆς σου.

Σιωπήτως ἐπύχονται ἀλλήλοις. τὸ δὲ
 ἴδεις τὰ ἀγαθὰ, ἀντὶ τῶ ἐξ ἀπολαύσεως ἡμῶ-
 ση τῶν ἐκ Ἱερουσαλήμ ἀγαθῶν· τετέστιν,
 ἐκ ἀποσερήσεως τέτων, ἀλλὰ διηλεκτικῶς αὐτῶν
 ἐκ ἀπολαύσεως ἡμῶση.

ς'. Καὶ ἴδεις υἱὸς τῶν υἱῶν σου,

Ἐπὶ τέτοις δὲ παῶσι, φησι, καὶ μακρο-
 χρόνιος ἔσῃ· ὡς ἔ εἰς ἐκγόνας διαβῆται σε
 τὴν ζωὴν.

Εἰρήνη ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ.

Καὶ σωτόμως, φησιν, ἔσα εἰρήνη ἐπὶ
 παντὶ τῷ λαῷ καὶ δι' Ἱερουσλήμ.

Erit autem, inquit, talium quoque domus
 ex omnibus partibus felix. Latera enim do-
 mus idem sunt ac si dicat: Quoniam per om-
 nia prosperabitur domus tua.

PARA-
 PHRASIS
 ANONY-
 MI.

Filij tui sicut nouellæ oliuarum
 in circuitu mensæ tuæ.

Iudæis autem videbatur istiusmodi be-
 neditio esse longè maxima, dum ex capti-
 uitate reuertebantur, in qua his penitus pri-
 uati fuerant.

Prolium
 copia erat
 Iudæorum
 benedictio.

4. Ecce sic benedicetur homo
 qui timet Dominum.

Talis, inquit, erit exemplo omnibus qui in
 Deum sperant; quod nimirum similibus di-
 gni sint habendi, si & ipsi Deum timuerint.

5. Benedicat * te Dominus
 ex Sion; & videas bona Hie-
 rusalem omnibus diebus vitæ
 tuæ.

* Vulgata
 tibi

More solito sibi inuicem apprecantur.
 Illud autem *ut videas bona*, id est, ut conse-
 quaris bona quæ sunt in Hierusalem; id est,
 ijs minimè priueris, sed ijsdem assidue
 fruaris.

6. Et videas filios filiorum tuo-
 rum,

Ad hæc autem omnia, inquit, etiam
 longæuus eris; ita ut etiam ad posteros vita
 tua pertingat.

* Pax super Israël.

* Vulgata
 Pacem

Et breuiter, inquit, erit pax in omni po-
 pulo & lætitia.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

α. **M**ΑΚΑΡΙΟΙ ΠΑΝΤΕΣ ΟΙ ΦΟ-
 ΒΟΥΜΕΝΟΙ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.]
 Εἰκάζειν ἀρχεται ὅθεν κατέ-
 ληξε· καὶ καλῶς εἶπε πάντες· καὶ δούλοι, ἢ
 καὶ δεσπόται, καὶ πένις. τὸν μὲν γὰρ εἰς ἀν-
 θεσφόρων μακαρισμὸν πολλὰ λυμάνεται·
 εἰδὲ δὲ πᾶσι ἀχίρωτος. Μακάριοι ἐν, φησι,
 πάντες οἱ τὸ φοβούμενοι αὐτὸν, καὶ οἱ πενί-
 τος ἀβύλαται. ἵνα γὰρ μὴ νομίσης ἀρκεῖν
 σε τὴν γαστρίαν, περσεῖσθαι ἔ τὴν περσεῖσθαι.
 Τίνας δὲ αἱ τῆ θεῶ ὁδοί, ἢ ἡ κατ' ἀρετῶν
 πολιτεία; ὁδοί γὰρ αὐτῶ λέγονται αἱ ἀρεταί·
 ἐπειδὴ δὲ αὐτῶν ἔστι περσεῖσθαι αὐτὸν ἀπελθεῖν.

β. **B**EATI OMNES QUI TIMENT DOMI-
 NVM.] Ab eo incipit in quo desijt;
 ac rectè dixit *omnes*: siue seruus sit,
 siue dominus, siue pauper. Multa siquidem
 sunt quæ humanæ officiant beatitudini: hæc
 autem omnibus est insuperabilis. Beati igitur,
 inquit, omnes qui timent Dominum, &
 qui faciunt ea quæ cupit. Ne enim existi-
 mares sufficere scientiam, adiunxit et-
 iam actionem. Quænam autem sunt viæ
 Dei, nisi vita quæ ex virtute instituitur?
 viæ enim eius appellantur virtutes; quan-
 doquidem per eas ad ipsum accessus fit.
 Et

Beati om-
 nes qui ti-
 ment Do-
 minum.

Virtutes
 sunt viæ ad
 calum.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

Et non dixit *in via*, sed *vys*: multæ namque sunt ac variæ, ita vt facilis sit ingressus. Alij enim per matrimonium, alij per virginitatem, alij per aliam virtutem Deo placent.

2. LABORES PALMARVM TVARVM COM-
EDES.] Qui quamcumque virtutem ample-
ctuntur, fructibus eiusdem vescuntur corona-
ti: intemperantes verò & iniqui malarum
actionum suarum præmia referunt. Quare
autem conduplicat beatitudinem? Quia no-
uerat eius magnitudinem. Quid porro sibi
vult istud, *Benè tibi eris*? Non solùm enim
verbo, inquit, eris æmulandus & spectabilis,
sed etiam re ipsâ, & quomodo subiungit:

3. VXOR TVA SICVT VITIS ABVNDANS
IN LATERIBVS DOMVS TVÆ.] Alius *in pene-
tralibus*; alius *in fœmoribus*. Cùm enim eâ
tempestate, quòd imperfecti essent, hæc fe-
licitas censeretur, promittit etiam mulierum
fœcunditatem, vt florentibus vitibus & bo-
tris onustis sint similes. Latera autem sunt
partes domus. Ac si dicat: Quoniam per om-
nia prosperè ager domus tua. Erunt etiam
filij tui sicut oliuæ fructiferæ nouellæ. Hæc
autem, dic mihi, éstne beatitudo? scilicet
vxor, & liberi & felicitas domus. Nequa-
quam: sed ex redundantia accidit, quando-
quidem caput beatitudinis est timere Domi-
num, & quærere Regnum eius.

Felicitas
Iudaorum
in libero-
rum multi-
tudine.

Lucæ 12,
32.

5. BENEDICAT TE DOMINVS EX SION.]
Sibi inuicem apprecantur, vt fruantur bonis
Hierusalem, idque non ad modicum tem-
pus, sed perpetuò, & vt longæui fiant; ita vt
ad posteros vitam prorogent. Maximum
enim ipsis bonum censebatur, si ad profun-
dam peruenirent senectutem ac posteros vi-
derent. Benedictiones igitur eorum opinio-
nibus accommodatas definit. In omnibus autem subaudiendum est verbum *videas*.

Humana
beatitudo
fallax.

I. **B**EATI OMNES QVI TIMENT
DOMINVM.] CHRYSOSTO-
MI. Humana beatitudo fal-
lax est & caduca; & cùm solo verbo
fingatur, millenis ærumnis atque peri-
culis implexa est. Verùm non talis est is qui
timet Deum; sed hisce fluctibus ere-
ptus, à seipso timet, à seipso timet, à seipso timet.

Καὶ ἐκ εἶπεν ὁ δὲ, ἀλλ' ὁδοῖς· πολλὰ γὰρ εἰ
δύσφοροι, ὡς δὲ λόγον γρημέδω τὴν εἰσοδόν.
οἱ μὲν γὰρ δὲ γὰρ γὰρ, οἱ δὲ δὲ παρθενίας, ὁ
δὲ δὲ ἀλλης διαρεῖσιν ἀρετῆς.

β'. ΤΟΥΣ ΠΟΝΟΥΣ ΤΩΝ ΚΑΡΠΩΝ
ΣΟΥ ΦΑΓΕΣΑΙ.] Οἱ μὲν ὁποιασῶν ἀρετῆς
ἀντιποιεῖσθαι, φάγονται τὴν καρπὸν αὐτῆς
σεφαιεῖσθαι· οἱ δὲ ἀκόλαστοι καὶ ἀδικοὶ τὰ
ἐπιχειροῦσθαι κακῶν φασὶν ἔχειν. δὲ τι
δὲ διπλασιάζει τὸν μακαρισμὸν, ἐπεὶ οἶδον
αὐτῶν τὸ μέγεθος. Τί δὲ ἐστὶ τὸ, καλῶς σοι
ἔσαι; ἢ λόγῳ, φησὶ, μόνον ἔση ζηλωτὸς καὶ
φειδωλὸς, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ, καὶ πῶς ἐπάγῃ.

γ'. Η ΓΥΝΗ ΣΟΥ ΩΣ ΑΜΠΕΛΟΣ ΕΥ-
ΘΗΝΟΥΣΑ ΕΝ ΤΑΙΣ ΚΑΙΤΕΣΙ ΤΗΣ ΟΙ-
ΚΙΑΣ ΣΟΥ.] Ἄλλος ἐν τοῖς ἰσωτάτοις· ἄλ-
λος ἐν τοῖς μικροῖς. Ἐπεὶ γὰρ ἀπεργασίαν
ἔτετο τότε ἐνομιζόν ἀτελεῖς ὄντες, ὑποχρεῖται
καὶ γυναικῶν δικαρτίαν, ὡς ἀμπέλοις πα-
ραβάλλει δὲ βλαστάνουσας καὶ βειθέουσας τοῖς
βόφουσι. κλίτη δὲ τῆς οἰκίας τὰ μέρη. ἦα
εἶπη· ὅτι δὲ πάντων διδασκῶν ὁ οἶκός σε.
ἔσονται καὶ οἱ υἱοὶ σου ὡς ἐλαῖα τεθελῆμα
νεόφυτοι. ἔτετο ἔν ὁ μακαρισμὸς, εἶπέ μοι,
γυνὴ, καὶ παιδία καὶ διδασκῶν οἶκος. ἢ ἔτετο
ἀλλ' ἐκ φειδωλίας, ἐπεὶ τὸ κεφάλαιον τὸ φο-
βεῖσθαι τὸν κύριον, καὶ τὴν αὐτῶν βασιλείαν
ἐπιζητεῖν ἔστιν.

δ'. ΕΥΛΟΓΗΣΑΙ ΣΕ ΚΥΡΙΟΣ ΕΚ ΣΙΩΝ.]
Ἄλλοις ἐπέχονται, ἐν ἀπολαύσει γρημέδω
τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀγαθῶν, ἐκ ἐν βραχέϊ,
ἀλλὰ διπλοῦσθαι, καὶ μακαροχρησίας γρημέδω· ὡς
εἰς ἐκγόνας δὲ εἶναι τὴν ζωὴν. Μέγιστον γὰρ
αὐτοῖς ἐνομιζέσθαι ἀγαθόν, τὸ εἰς γῆρας ἐλά-
σαι βαθὺ καὶ ἰδὴν ἐκγόνας. συμβαίνεισθαι
ἐν ταῖς γῆμασι οὐρίζει τὰς διλογίας. κατὰ
κοινὴ δὲ δὲ πάντων τὸ ἴδοις.

C A T E N A P A T R V M.

I. **B**EATI OMNES QVI TIMENT
DOMINVM.] CHRYSOSTO-
MI. Humana beatitudo fal-
lax est & caduca; & cùm solo verbo
fingatur, millenis ærumnis atque peri-
culis implexa est. Verùm non talis est is qui
timet Deum; sed hisce fluctibus ere-
ptus, à seipso timet, à seipso timet, à seipso timet.

α'. **M**ΑΚΑΡΙΟΙ ΠΑΝΤΕΣ
ΟΙ ΦΟΒΟΥΜΕΝΟΙ
ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΧΡΥ-
ΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οἱ παρὰ ἀνθρώποις
μακαρισμὸς ἐπισημαῖος τε καὶ διδασ-
καλῶς· καὶ λόγῳ μόνῳ πλαττόμενος,
μυρίαις τε συμφοραῖς καὶ φειδωλίας
ἀπλη-
γῶμος,

γυμνός, ἐν γαλήνῃ καὶ θῆ) καὶ λιμῆνι, τὴν ὄντως δρεπόμενος μακαριότητά.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἰνα μὴ νομίσης ἀρκύν σοι τὸν φόβον δὲ τὸ πρὸς ἐδόθηκεν, οἱ πορλόμοιοι. πολλοὶ γὰρ, πῶς ἔχοντες ἀκρεβῆ καὶ βίον ἔχοντες διεφθαρμένον, ἀθλιώτεροι πάντων γίνονται. τίνες δὲ αἱ τῆς θουῆ ὁδοί, ἢ κατὰ τὴν ἀρετῶν πολιτεία· δὲ ταύτης γὰρ ὅστις εἰς τὸν ἕσπρον ἀνίεναι, καὶ τῆς μητροπόλεως ἐπιλαβείσθαι. ὁδοὶ δὲ αὐτῆς λέγονται, ἐπειδὴ δὲ αὐτῶν ὅστις ἀνελεθῆναι πρὸς τὸν θῆον. καὶ ἐκ εἶπεν ὁδοὶς, ἀλλ' ὁδοί. πολλοὶ γὰρ ὁδοὶ καὶ δὲ φοροεῖ, ὡς δὲ δὲ δὲ δὲ δὲ τὴν εἰσοδόν. οἱ μὲν γὰρ ἐν παρθενία λάμπουσιν· οἱ δὲ ἐν γάμῳ διαφρέπουσιν· οἱ δὲ ἐν χηρείᾳ κομῶνται· οἱ δὲ πάντῃ ἀπεδύσαντο, οἱ δὲ τὰ ἡμίση· καὶ οἱ μὲν δὲ ὀρθῆ βίῃ, οἱ δὲ δὲ μετάνοίας. δὲ τὸ γὰρ πολλὰς ἐπιμὲν ὁδοὺς, ἢ ἀκόλως ὁδοὺς.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πολλὰ ὁδοὶ κυρίως ἐν αἷς οἱ πορλόμοιοι μακάριοι, ἀφ' ὧν ὅστις ὁδοὺς ἐπὶ τὸν εἰπόντα. Εἰ γὰρ εἰμι ἢ ὁδοὶς, ὡς δὲ τῆς πολλὰν μὲν γὰρ ἐπὶ τὸν πολύμην ἔνα. Εἰ μακάριοι πάντες οἱ φοβόμενοι τὸν κύριον, οἱ μὴ φοβόμενοι τὸν κύριον ἔ μακάριοι· ἐπὶ μὴ ἔπῳ μακάριοι οἱ ἔξω βαλόντες τὸν φόβον. Οἱ δὲ φοβόμενοι τὸν κύριον, πορλόμοιοι ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῆς. εἰ δὲ τις μὴ πορλόμοιοι, ἔ φοβεῖται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οἱ φοβόμενοι τὸν κύριον οἱ ἐκ τῆς ἐθνοῦν εἰσιν, οἱ δὲ ἔξω παρθεμῆς καὶ τῆς Μαυσιῶν παρθεμῆς μακάριοι. Οἶκος γὰρ, φησὶν, Ἰσραὴλ ἠλπισεν ἐπὶ κύριον. οἶκος Ἀαρὼν ἠλπισεν ἐπὶ κύριον. οἱ φοβόμενοι τὸν κύριον ἠλπισαν ἐπὶ κύριον. κρείττων δὲ ὅστις τῆς φοβόμενοι τὸν κύριον ὁ ἐν πλείᾳ φθάσας ἀγάπῃ· ἢ γὰρ ἀγάπῃ ἔξω βάλλει τὸν φόβον.

β. ΤΟΥΣ ΠΟΝΟΥΣ ΤΩΝ ΚΑΡΠΩΝ ΣΟΥ ΦΑΓΕΣΑΙ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οἱ μὲν Ἀκύλας κόποι παρθεμῆς σκ· ὁ δὲ Σύμμαχος κόποι χειρῶν σκ, ὡς ἐπὶ γαυργῆ ἀπὲρ ἐγαύρησε καρπεμῆς.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὅσοι πλείους οἱ πόνοι τῆς καρπῶν, τοσάυτα πλείους αἱ ἐν τῶν μέλλουσι αἰῶνοι τερφῆ. πόνας δὲ λέγει τῆς ἐν ταῖς χερσὶ μελῶν, ἀ καρποὶ ὀνομαζόνται. ἀγαθοὶ ἔν οἱ πόνοι τῆς καρπῶν ἐ ἔσοφισμοι, ἀφ' ὧν ἀναβαίνομεν ἐπὶ τὸν ζῶντα ἄρτον. ὁ δὲ Σύμμαχος, Κόποι χειρῶν σκ ἐδίον. ὡς

ΤΟΜΟΣ ΙΒΙ.

ptus, in quiete ac portu versatur, veram referens beatitudinem.

ANONYMI. Ne existimares sufficere timorem idcirco adiecit, *Qui ambulant*. Multi enim, cum fidem quidem exactam habeant ac vitam flagitiosam, omnium sunt miserrimi. Quænam autem sunt viæ eius, nisi vita quæ ex virtute instituitur: per eam enim potest in cælum ascendi, & illa primaria civitas apprehendi. Eius autem viæ dicuntur, quoniam per eas potest quis ascendere ad Deum. Et non dixit *via*, sed *viæ*. Multæ enim ac diuersæ viæ sunt, vt facilis fieret ingressus. Alij siquidem sunt virginitate illustres: alij verò se honestè ac decòrè gerunt in matrimonio: alij ornantur viduitate: alij se omnibus exuerunt, alij dimidio: atque alij quidem per vitam rectam ingrediuntur, alij verò per pœnitentiam. Idcirco enim multas tibi vias munijt, vt facile ingrediaris.

ORIGENIS. Multæ sunt viæ Domini in quibus ambulant beati, per quas licet ingredi ad eum qui dicit, *Ego sum via*; sicut per multas margaritas ad vnicam pretiosam. Si sint beati omnes qui timent Dominum, qui non timent Dominum non sunt beati; quandoquidem non sic beati qui foras eijciunt timorem. Qui autem timent Dominum, hi ambulant in vijs eius. Si quis verò non ambulet, non timet.

ANONYMI. Qui timent Dominum hi sunt illi ex Gentibus, qui sine circûcisione & Moisaicis præceptis beati sunt. *Domus enim, inquit, Israël speravit in Domino. Domus Aaron speravit in Domino. Qui timent Dominum sperauerunt in Domino.* Timentibus autem Dominum præstat is qui perfectus est in charitate: nam *charitas foras mittit timorem.*

2. LABORES PALMARVM TVARVM MANDVCABIS.] ANONYMI. Aquila quidem legit *Laborem volarum tuarum*; Symmachus verò *Laborem manuum tuarum*, tamquam de agricola fructus quos plantauerat colligente.

ORIGENIS. Quântò sunt plures fructuum labores, tantò vberiores in futuro sæculo cibi existunt. Labores autem vocat musculorum qui in manibus sunt, & iuncturæ nominantur. Boni igitur sunt labores musculorum illorum & delicati, per quos ad panem viuum peruenimus. Symmachus autem ait, *Laborem manuum tuarum comedens*. Vt

E e e e

planum

CATENA PATRVM.

Virtutes ad cælum ducunt.

Ioan. 14.

Psal. 113.

1. Ioan. 4. 18.

Laboribus respondent fructus.

CATE-
NA PA-
TRVM.

2. Cor. 9.

Iudai rebus
sensibilibus
ducuntur.

1. Cor. 7.

Ephes. 5, 2.
Exod. 20,
11.

Rom. 12,
20.

Hebr. 11,
13.

1. Cor. 2, 9.

Mulier bo-
na vitis
abundans.

planum sit, Septuaginta καρπὸς non fructuum perceptionem vocasse, sed manuum particulam. Dicit autem, bonorum quæ à te seminata sunt fructus vindemiabis. Hoc etiam diuinus Apostolus dixit: *Qui parçè seminat, parçè & metet: & qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus & metet.*

CHRYSOSTOMI. Quoniam loquebatur cum ijs qui erant adhuc imbecilliores, tamquam paruos puellios inducit ex rebus sensibilibus. Neque verò mireris: si enim Paulus hoc facit cum ijs qui adhuc humi reprobant, idque in tempore tantæ philosophiæ, multò magis Propheta. Vbi verò Paulus hoc fecit? Multis in locis. Quando enim de virginitate differit, nihil dicit de ijs quæ illis sunt euentura, sed tantum proponit liberationem à molestijs matrimonij. Et quando loquitur de honore in parentes, eodem modo vsus est ita dicens:

Quod est mandatum primum in promissionibus. Quid autem est in promissionibus? Honora patrem tuum & matrem tuam, & eris longæuus super terram. Et quando scribit de ostendenda in inimicos philosophia, sensibile rursus præmium proponit dicens: *Hoc enim faciens carbones ignis ingeres super caput eius.* Christus autem non sic: (neque enim cum imbecillis loquitur:) sed in virginitate quidem proponit Regnum; in amandis autem inimicis, quod quantum id ab hominibus fieri possit sint futuri Deo similes. Nequaquam igitur sicut in veteri lege hi qui philosophari norant per sensilia inducebantur, ita etiam in noua. Quin potius & illi pro fide futurorum mortui sunt. atque hoc declarans Paulus ait:

Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes & salutantes. Non est ergo hæc sola merces eorum qui timent Deum, frui rebus suis, vt sunt vxor & liberi, rei que domesticæ prosperitas; sed hæc quidem sunt ex superabundantia & instar cuiusdam additamenti. Principalia autem sunt: Primum quidem, hoc ipsum Deum timere: quod in se ipso continet remunerationem: deinde arcana illa quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, &c.

ORIGENIS. Nemo à Deo alienus hæc consequetur: non enim sunt corporalia, sed spiritualia, de quibus hæc dicta sunt. Quando vites & oliuæ iustorum benedicuntur, sermo tropolo-

εἶ) δῆλον, ὅτι καὶ οἱ ἐβδωμήκοντα καρπὸς ἐ τὴν ὄπικαρπίαν ἐκάλεσαν, ἀλλὰ τὸ μόνον τῆς χειρῶν. λέγει δὲ, ὅτι τῆς ὑποσῆσσει. ἐρομύων ἀγαθῶν τὰς καρπὸς ἐφυγήσεις. τὴτο δὲ ἐ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐρη· ὁ σωίερον φειδομύως, φειδομύως καὶ θεείσῃ· καὶ ὁ σωίερον ἐπ' ἀλογίαις, ἐπ' ἀλογίαις καὶ θεείσῃ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπειδὴ ἀπειλείερος ἐπὶ ἀλλήλας, ὡς περὶ παιδία μικρὰ ὑπὸ τῆς αἰδητῆς αὐτὸς ἐλάλει. Καὶ μὴ θαυμάσης· εἰ γὰρ Παῦλος τὴτο ποιεῖ ὡς τὰς χάμα βαδίζουσας, καὶ ἐν καιρῷ τῶσάυτης φιλοσοφίας, πολλὰ μᾶλλον ὁ θεωρήτης. καὶ πᾶ τὴτο Παῦλος ἐποιεῖ, πολλαχῆ. καὶ γὰρ ὅταν ὡς παρθενίας ἀγλήγηται, ἐδὲ ὡς τῆς μελλόντων αὐτοῖς λέγει, ἀλλὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς ὑποσῆσσει ὑποσῆσσει ὡς ἐπίδησι. καὶ ὅταν ὡς τῆς εἰς γονίας πμῆς, τῆς αὐτῆς κέχρηται μέτρω ἔτιος λέγων· ἡς ἐστὶν ἐντολὴ ὡς ἐπὶ ἐπαγγελίας. τί δὲ ἐστὶν ἐν ἐπαγγελίας; πμᾶ τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἐ ἴση μακροχρόνιος ἐπὶ ὁ γῆς. Καὶ ἔταν ὡς τῆς εἰς ἐχθρὸς φιλοσοφίας γράφη, πάλιν αἰδητὸν τίθησιν ἐπαθλον λέγων· τὴτο γὰρ ποιεῖν ἀνδρακας πρὸς σωρούσις ἐπὶ τὴν κεφαλῆν αὐτῆ. ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἐχ' ἔτιος· (ἐδὲ γὰρ αὐτὸς ἀδωίσει ἀγλήγηται·) ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῆ παρθενία τὴν βασιλείαν τίθησιν· ἐπὶ δὲ τῆς ἀγαπᾶν τὰς ἐχθρὸς, τὸ γῆρας ὡς διωατὸν ἀνδρόποις ὁμοίως θεῖς. ἐχ' ὡς περ ἐν τῆ παλαιᾷ δεξ τῆς αἰδητῆς οἱ φιλοσοφῆς εἰδόντες ἐτήρητο, βῆτο ἐ οἱ ἐ τῆ κατῆ. μᾶλλον δὲ ἀκακῆνοι πίσει τῆς μελλόντων ἀπίθανον. καὶ τὴτο δηλᾶν ὁ Παῦλος ἐλεγει· Κατὰ πίσιν ἀπίθανον ἔτιος μὴ κομισάμενοι τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰς εἰδόντες ἐ ἀσπασάμενοι. Οὐ τὸν μόνον εἶδον ὁ μωδὸς τῆς φοβεμύων τὸν θεόν, οἰκείων ὑπόλαυσις, καὶ γυνὴ καὶ παιδία, ἐ ἀδύνη οἰκίας· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ ὡς σῆσσει ἐ ἐν τᾶξει ὡς ἐπίδησι. τὰ δὲ κεφάλαια καὶ μεγάλα· ὡς τῶν μὲν, τὸ αὐτὸν φοβεῖσθαι τὸν θεόν· ἐ ἐαυτῆς τὴν ἀμοιβὴν ἔχον· ἐπιτα δὲ καὶ τὰ ὑπόρρητα ἐκείνα ἀ ὁ ὄφθαλμὸς ἐκ εἶδον, καὶ ἐς ἐκ ἡκούσε, καὶ τὰ ἐξῆς.

ΟΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐδεὶς ἀλλότριος ἔθεε τῶσων τὸ ἐξῆς· ἐ γὰρ ὅτι σωματικὰ, ἀλλὰ πνευματικὰ, ὡς ὅτι ταῦτα λέλει. ὅτι ἀμπελάνας καὶ ἐλαμᾶνες ἐπὶ λογιώται τῆ διακίον, τρεπο-

τεροπολητέον εἰς γυναικα καὶ υἱὸς τὸν λόγον, ἥτοι ἀνθρώποι. ἡ δὲ σοφία μὲν ἡ γυνή, πρῶτος δὲ οἱ υἱοί. γυνή δὲ, ἡ ἕσα μερὲς ἀγαθῆ, ἡ ἡ ὡς τῶ Σολομῶνι ἀνδρεία, ἀμπλος ἐστὶ ἀφθονία, καὶ μέγιστα ὅτι οἰκονομὸς ἐστὶν ἀγαθῆ ἡ δὲ μὴ τοιαύτη γυνή, ὅς ἀμπλὴ ἐστὶ Σοδόμων. ἔλεγε δὲ αὐτὸς πρὸς μεταβάλλουσαν εἰς τὸ χεῖρον γυναικα· πῶς ἐστὶν εἰς πικρίαν ἢ ἀμπλος ἢ ἀλλοτρεία;

gicè sumendus est de vxore filijsque, v. g. de verbo ad verbum. Vel quia sapientia quidem vxor est, actiones verò filij. Mulier autem, quæ est pars bona, vel apud Salomonem fortis, illa est vitis abundans, & maximè quando est bona materfamilias: at mulier quæ non est talis, de vinea Sodomorum existit. Quin imò ad mulierem in deterius commutantem dici possit: *Quomodo conuersa es in amaritudinem vinea aliena?*

CATE-
NA PA-
TRVM.
Eccli.26,3.
Prou.31,
10.
Ier.2,21.

δ. ΙΔΟΥ ΟΥΤΩΣ ΕΥΛΟΓΗΘΗΣΕΤΑΙ]

4. ECCE SIC BENEDICETVR.]

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ γὰρ τὸ μέγιστα σημεῖον ἡ τὴ ὡς ταῦτα δεδούκη, τὸ μὴ πάχαι ἀνθρώπων, μηδὲ μεταπίπτειν, καὶ μεταβολῶν ὑπομένειν πάλιν, εἰ μὴ ποτὲ αὐτὰ ἀγκόψαι ἀμαρτία.

CHRYSOStOMI. Etenim hoc maximè signum erat hæc à Deo data esse, eò quòd humana minime paterentur, neque relaberentur, neque mutationem sustinerent, nisi peccatum aliquando illa rescinderet.

ΟΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ λεγόμενος ἀνθρώπος ὅς τὸ φοβεῖται τὸν κύριον ἀγρὸν ἔχει ἀμπλον δὲ ἐν ταῖς κλίταις τῆ οἰκίας ἑαυτῆ τῶ γυναικα· πόφυτα δὲ ἐλαίων κύκλω τῆς τραπέζης ἑαυτῆ τὸς υἱός.

ORIGENIS. Dicitus homo per timorem Domini agrum habet; vitem autem in lateribus domus suæ vxorem; nouellas denique oliuarum in circuitu mensæ suæ filios.

ε. ΚΑΙ ΙΔΟΙΣ ΤΙΟΥΣ ΤΩΝ ΥΙΩΝ ΣΟΥ.]

6. ET VIDEAS FILIOS FILIORVM TVORVM.]

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ μὲν πολλοὶ φησι, φοβέμενοι τὸν Θεὸν ἐν ἀπαίδεια διήτευσαν, καὶ τί τὸτο; ἢ γὰρ ἐπὶ τῆς παρούσης ἀπαίδευσάμεθα, ἀλλὰ προσηγμένως μὲν ἐπὶ τῶ ἀρίσκειν τῶ Θεῷ ἔπειτα δὲ ἐπὶ ταῖς μελλούσαις ἐλπίσι. τότε μὲν γὰρ ταῦτα ἡ ἑπαύλα, νῦν δὲ ἕσπερος, καὶ τὰ ἐν τοῖς ἕσπεροις ἀγαθὰ.

CHRYSOStOMI. Atqui multi, inquit, Deum timentes sine liberis semper fuerunt. Et quid hoc sibi vult? neque enim nos propter præsentia exuimus, sed principaliter quidem vt Deo placeremus, deinde etiam propter spes futuras. Atque tunc quidem hæc erant præmia, nunc autem cælum, & bona quæ sunt in cælis.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ ἐν ἀρχῇ προσηγμένος τυγχάνων, ἕως ὅτου ὁ φοβέμενος τὸν κύριον, ἔπειτα εἶδε τὰ ἀγαθὰ τῆ ἀνω Ἱερουσαλήμ, ἀ ὀφθαλμὸς ἐκ εἶδε, καὶ ἐκ ἐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίας ἀνθρώπου ἐκ ἀνθρώπου διδόντος αὐτῶ ὁ λόγος προσκόψαι, ἔπειτα αἰετῶν τῆς τέρας θείας. ἐκ τῆς δὲ παρῆσαν, ὡς τὸ τῆ ἀρετῆς τέλος ἐπὶ θεωρίας ἀπολήγει. ἡ Ἱερουσαλήμ ἐστὶν ἡ Ἐκκλησία. ὁ δὲ προσκόψαι ὁφείλει υἱὸς υἱόν, ἔπειτα αὐτῶ προσηγμένον ἐν διοικήσει· ἔχει δὲ ἔπειτα τῶ τέρας μητέρα κοινῶν, ὡς αὐτῶ καὶ συζυγοὶ τῶ Ἐκκλησίας ὡς ἀμπλον ἀφθονίαν ἐκ τῆς αὐτῶ γαργίας· καὶ ἐν πᾶσι ὁφείλει εἰρήνην ἐπὶ τὸν ἀληθινὸν Ἰσραήλ. ἐπὶ δὲ εἰρήνῃ μέγιστα ἐπόθεν μακρῶν πταρχοὶ πολέμων, ἐπαγγέλλει καὶ ταῦτα αὐτῶ διαρκῆ· ὁ καὶ γέρονε τόγα εἰς τὸν Θεὸν ἤκου· εἰ δὲ διακόπη, τῆς ἐκείνων τῶτο γέρονε πονηρίας.

ANONYMI. Qui in principio profectus existit, hic est is qui timet Dominum, & nondum vidit bona superæ Hierusalem, quæ oculus non vidit neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt: idcirco hic sermo optat illi vt proficiat, & horum visione dignus euadat. Ex hoc autem demonstratur, quomodo virtutis finis desinat in contemplationem. Vel Hierusalem est Ecclesia. Qui autem proficit videbit filios filiorum, qui ab ipso in Dei cultu educati sunt: horum autem matrem quoque habebit velut sociam, & coniugem Ecclesiam tamquam vitem ex cultura eius vberem: atque in omnibus videbit pacem super verum Israël. Cum autem longinquo bello attriti pacem quàm maximè desiderarent, hanc etiam ipsis perennem pollicitus est: quæ & facta est quantum ad Deum attinet: si autem fuerit interrupta, id ex ipsorum improbitate accidit.

1. Cor. 2, 9.
Virentis finis est contemplatio.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.

Timor Dei
hominem
reddis be-
sum.

Eccle. 12,
13.

Quomodo
labores ipsi
comedi dis-
cuntur.

Pfal. 41, 4.

Hoc Psalmo timoris Domini fructus describitur.

1. *Beati omnes qui timent Domi- num.*] Qui scilicet ita timent, vt ex hoc timore filiorum, & charitatis perfectæ comite, ad diuinorum præceptorum exactam obseruationem procedant, iuxta monitum Salomonis: *Deum time, & mandata eius observa: hoc est enim omnis homo.* Ac si apertius dixisset: Hoc est vniuersa hominis beatitudo: hoc est quod sinus mentis humanæ replet, famem sedat, sitim exfatiat, vltra quod nihil manet, cui homo debeat adhærere, aut in quo deceat amorem constituere.

2. *Labores palmarum tuarum manducabis.*] Græcè *τῶν καρπῶν σου*: quod ad vocis ambiguitatem tollendam Scholion sic exponit, *Οἱ ἰσραηλιῶτα καρπὸν ἐ τῶν ἐπιχειρητῶν ἐκάλουν, ἀλλὰ τὸ μέσον τῶν χειρῶν, Σεπταγιντὰ καρπὸν non fructuum perceptionem vocarunt, sed particulam manuum:* quod etiam notauit S. Hieronymus ad Marcellam, cum libri Latini haberent *Labores fructuum tuorum*: sic etiam lib. 1. Regum cap. 5. *καρπὸν ἐαὐτῆς* notione accipiuntur pro particula manuum, vbi dicitur, *Ἄμφότεροι οἱ καρποὶ τῶν χειρῶν αὐτῆς πῶλοντες ἐπὶ τὸ ἄστυρον, Ambo articuli manuum eius ceciderant in limen*: quod Vulgata reddit, *Dua palma manuum eius abscissa erant super limen*: Symmachus autem hoc loco legit, *Κόπος χειρῶν σου ἰσίων, Laborem manuum tuarum comedens*: Aquila, *Κόπος τερσῶν σου, Laborem volarum tuarum*. vbi S. Augustinus notat dictionem illam *labores*. Potius enim dicendum videbatur: *Quia fructus laborum manuum tuarum manducabis, beatus es, & benè tibi eris*: sed addit vim nomen illud *labores*. Ac si dicat: Non modò beatus es cum fructus laborum tuorum decerpis, verùm etiam cum ipsos labores pertuleris, tunc sanè beatus & felix eris. Id est: Non modò maximam iucunditatem capies, cum in alijs virtutibus te exercueris, quæ gaudium præ se ferre videntur; sed cum ipsam pœnitentiam & dolorem de peccatis colueris: ipsæ enim lacrymæ, fletus & singultus dulcedinem maximam tibi parient. Confirmat idem verbis Psal- mi centesimi vigesimi quinti: *Euntes ibant & fiebant iocundæ semina sua: venientes autem venient cum exultatione portantes manspulos suos.* q. d. Ipsæ lacrymæ gratæ erunt pœnitentibus, non aliter ac fructus esse solent agricolæ.

Huic simile est illud, *Fuerunt mihi lacrymæ mea panes die ac nocte.* Id est, Ipsæ lacrymæ suavissimæ mihi fuerunt instar cibi. Expendit ibidem S. Augustinus duplicem fructum eorum qui manducant labores manuum suarum: quorum alterum expressit Dauid illis verbis, *Beatus es*; alterum sequentibus, *Et benè tibi erit*: alterum de præsentibus dedit, alterum de futuro promissit. Ac si dicat: Huius pœnitentiæ non modò fructus & vtilitates capies in sæculo futuro, verùm etiam in præsentibus eximiam lætitiã, multam vtilitatem capies. Pœnitentia enim ipsa & dolor de peccatis etiam in præsentibus vita dulces sunt & suaves. Vide hæc pulchrè ac fusè in ipso S. Augustino ad hunc locum.

Sed hîc nonnemo dubitet, cur tam citò stylum verterit Propheta, & sermonem ad plures conuerterit. Sed ad manum plura sunt quæ respondeas; primùm inde nos moneri, omnes nos in Christo vnum esse: deinde, ad eum scopum virtutes nostras referri, vt mutæ dilectioni operam demus, atque vnum in Christo simus: tandem nos cum timeremus, & imperfectos & plures fuisse; cum verò per vias Domini ambulantes dilectioni operam dedimus, perfectionisque gustum cepimus, vnum factos esse. Dixit nonnulla ex his ad hunc locum B. Hilarius his verbis, *Sermo ad plures captus ad vnum refertur*; docens nos omnes, qui in Christo crediderimus, vnum esse, Apotolo ita confirmante: *Omnes enim vos vnum estis in Christo Jesu.* Gal. 3, 28.

3. *Uxor tua sicut vitis abundans, &c.*] Altera hæc est benedictio, quâ se timentem Dominus donat, vt uxorem habeat & fecundam, & verecundam & pudicam: fecunditatem similitudine vitis fructum copiosum ferentem indicat; verecundiam ac pudicitiam, quòd ea non in foribus versetur, vt mulier illa quam Salomon in Prouerbijis notat, sed in lateribus domus, seu in intimis domus locis ac penetralibus modesta sedeat. Quamuis quod de vxoris fecunditate accepimus possit etiam ad illius industriam atque etiam ad fructum bonorum operum referri. Sic namque Didymus intellexit, *Τῆ σοφίᾳ πὺν κέων δίδω ἔχ' ἢ τὸ χῆμα γυνῆ, ἀλλ' ἢ καρπὸς ἀγαθῶν κακοπραγῶν, ὅπως ἀν' ἰνδύῃ ἐπὶ ἀντὶς γυνῆ ἀγαθῆ, μέλας ἀγαθῆ, Τimentis Dominum datur non quælibet vxor, sed bonis fructibus ornata, vt de ipsa dicatur: Vxor bona, pars bona.* Mystice per vxorem hîc P. Alvarez noster intelligit animam spiritualem ac sponsam Christi: quæ benè vxor dici potest, quia in omnibus viro suo Christo subiecta est: benè vitis, quia non otiositate agricolæ, sed magna adhibita diligentia non modici impensi fructum profert. Quæ talis est, anima perfecta est, & nequaquam erit sterilis, sed domum, aut cœnobium quod inhabitat, filijs sibi similibus, id est imitatoribus suæ virtutis & feruoris, inplebit; qui tamquam nouellæ oliuarum plantationes domum odore ædificationis repleant, & ex matre, scilicet ex anima illa sancta, pabulum spirituale recipiant. Vt autem hoc aliquo exemplo ex innumeris quæ afferri possent Lector intelligat, Seraphicam animam Francisci consideret, quam videbit solâ sanctitate fecundam, & pœnè infinitis filijs à se genitis & Christo sponso suo procreatis circumdatam. Hic enim sanctus vir vt abundantissima vitis in Ecclesia fructificauit, & palmites suos non folijs tantùm sed borris onustos vique ad fines orbis terrarum extendit.

I B I D E M. *Filij tui sicut nouella oliuarum in circuitu mensæ tuæ.*] Eleganter expendit hunc locum Cresollus noster Mytagogi lib. 1. cap. 9. In adytum, inquit, Christianum introgressus hæc ait Vates, Vbi altare, vbi mensa, non illa Solis, sed cæli, vbi cibus Angelorum supra lorum dulcis, supra Regum tuceta pretiosus, supra arborem

In unitate
perfectio.

Gal. 3, 28.

Prou. 9.

Ab Agel-
lio citatus.

Eccle. 26.
Tom. 1.
lib. 4. par-
tis 2. cap. 5.

borem vitæ charus & immortalis. In aspectu huius mentis choriq̄ filiorum in Deo lætantium mystica hæc pandit Propheta, & spirituum Patrum scetus *novellas olivarum* nuncupat. In Græco est *νεόφυτα*, vt manifestè alludat ad Neophytos, hoc est recens ad fidem generatos. Addit *olivarum*, vt nomen Christianum innuat, quod ab vnctiōe deriuatum est, & à parente omnium Deo impositum; cuius nomen oleum est effusum. Viuis sanè coloribus Dauid nostrorum Patrum generationem expræsit, tamq̄e dulcis illi visa eiusdem rei memoria, vt similia in alio Psalmo cecinerit, aliquantò etiam vberiora. *Quorum filij sicut novella plantationes in iuuentute sua. Filia eorum compassiua, circumtornata vt similitudo templi.* Filios dicit filiasq̄e, quòd in fidelium Christianorum multitudine magna sit virtutis & voluntatum varietas. Quidam masculi sunt atque robusti, alij vt tenellæ virgunculæ debiles, & fidei imbecillitate mirabili, quæ fulcienda sit curâ & industriâ boni parentis. Quem locum Paraphrastes Chaldæus diuinitus exponit in hunc modum: *Filij vestri sunt sicut plantationes dactylorum, in doctrina legis innumerati à iuuentute sua. Filia vestra splendida, & accepta Sa-*

cerdotibus, qui ministrant in medio templi. Quibus verbis præclarè spiritualis Pontificum generatio celebratur; in qua cum multa sint admiranda, tum efferenda in primis esse videtur fecunditas. de quâ in sacris Oraculis suis Iob: *Semen, inquit, eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum in conspectu eorum.* Ad spirituales hoc refertur Patres, qui Ecclesiæ filios genuere multos, sempiternæ gloriæ heredes futuros. Septuaginta sic Iobi locum efferunt disertius, *Σπέρμα αὐτῶν κατὰ τὴν ψυχὴν, Semen eorum secundum animam.* Quibus in verbis arcanum quoque mysterium vidit Origenes, quod mirificè hanc diuinam fecunditatem & profapiz tam inclytæ splendorem illustrat: nam illa verba *secundum animam* sic interpretatur, vt in eo numeroso grege filiorum nullus sterilis sit, omnes fecundi, omnes secundum animam viri, qui videlicet ipsi quoque post se relinquunt animas Deo generatas. Quare Iob *nepotes* appellat Chaldæus *filios filiorum*: in Hebræo est *germina*, plantæ vberimæ germinantes: vt intelligamus, nullum esse hibernum tempus, nullam brumam aut frigiditatis magnitudinē, quæ impediat, quòd miris hoc diuinum semen pullulet, & nouo partu amplificetur.

ANNO-
TATIO:
NES COR-
DERII:
Iob 31, 8,

Quantitas
Psalms
spirituum
lium fecunditas.
Plal. 143,
13.

I N P S A L M V M C X X V I I I . A R G V M E N T V M .

α. Ω δὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

1. Canticum graduum.

Περὶ ἧσαν ἔχει καὶ εἶδεν τῶν κατὰ τὴν ἐπάνοδον ἐπιπρασάντων Ἰουδαίους ἐθῶν, καὶ διδάσκοντα λέγει.

Hic etiam Psalmus continet prædictionem Gentium in Iudeos post reditum irruentium, & docentur dicere:

P A R A P H R A S I S A N O N Y M I .

ΑΛΕΟΝΑΚΙΣ ἐπολέμησάν με ἐν νεότητί μου, εἰπάτω δὴ Ἰσραὴλ.

SÆPÈ expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israël.

β. Πλεονάκις ἐπολέμησάν με ἐν νεότητί μου.

2. Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea:

Ἀντὶ τῶ, ταῦτα λεγέτω ὁ Ἰσραὴλ. ὅτι πολλὰς ὑπέμεινα πολέμους καὶ αἰχμαλωσίας ἀφ' ἧ τῆς Αἰγύπτου ἀνεχώρησα. ἀλλ' ἐπαντελής ὡς ἐξέλιθοντό με οἱ πολέμοι, πάντων γὰρ αἰχμαλωσίας ἔλυσεν ὁ Θεός, ὡς καὶ τὴν νεώ. ἔθην ἐπήγαγε.

Id est, Hæc dicat Israël; Quoniam multos sustinui inimicos & captiuitates ex quo redij ex Ægypto: verum inimici me omnino non superarunt, sed omnem captiuitatem, vt & modernam, Deus dissipauit. vnde subiunxit:

Israelita
multos sus-
tinentans
inimicos.

Καὶ γὰρ ὅσα ἠδυνήθησάν μοι.

Etenim non potuerunt mihi.

Ἀντὶ τῶ, ἐκ ἐκράτησαν εἰς τὸ παντελής. πάντες γὰρ νεώ ἀνὰ τὰ οἰκῶνα εἶχον, εἴπερ ἡ ὀπίσθησιν τῶν πολεμίων ἐπληροῦτο ἐν ἐμοί;

Id est, Non penitus superarunt. Quomodo enim iam propria obtinerem, si desiderium inimicorum impletum fuisset in me?

γ. Ἐπὶ τῷ νώτῳ μου ἐτέκτενον

3. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores:

Ⓢ ἀμαρτωλοί.

Etenim, inquit, ita me affixerunt, vt
E c e e 3 sub

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

sub ærumnis incuruaret. Peccatores enim, uti sæpè dictum est, vocat eos qui ipsos in captiuitatem redigebant.

Prolongauerunt iniquitatem suam.

Non solum autem ærumnis circumdederunt quæ nos incuruabant, verum etiam longo tempore hoc fecerunt. Dicit autem diuersas captiuitates. Nonnumquam enim septemdecim annis seruiuerunt, aliàs pluribus; postea demum in Babylone annis septuaginta. Idcirco hoc dicunt, quia *prolongauerunt iniquitatem suam*. Verumtamen quid?

4. Dominus iustus concidit ceruices peccatorum:

Dei suos defendit.

Ceterum, inquit, Dominus iusti curam gerens contriuit superbias eorum cum principatu ipsorum.

5. Confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.

Oratio demum concludit gratiarum actionem, ut amplius pudore suffundantur, & impotentes fiant qui oppugnant Sion.

6. Fiant sicut fœnum tectorum:

Id est, Radice roboreque careant. vnde subdit:

Quod priusquam euellatur exaruit.

Id est, quod à semetipso marcescit, propter impotentiam minimè pertingens ad perfectionem.

7. De quo non impleuit manum suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit:

Idem dicit. Numquam enim potest fœnum tectorum ad perfectionem peruenire, quia subiecta eius radix non habet profunditatem. Deinde refert etiam verba quæ transeuntes dicere solent ad messorum.

8. Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Domini super vos: benediximus vobis in nomine Domini.

Sic enim vsu venit: nam transeuntes

ὡς κἀμπιεθὶ ὑπὸ τῆς συμφορῆς. ἀμαρτανὸς γὰρ καλεῖ, ὡς πολλὰκις εἶρηται, τὴν ἀχμαλωτίζοντας αὐτὴν.

Εὐμάκρυναν τὴν ἀνομίαν αὐτῶν.

Οὐ μόνον δὲ συμφορῆς περιέβαλον κατακαμπύουσαι ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον τὸτο ἐποίησαν. λέγει δὲ ταῖς δευτεράς τῆς ἀχμαλωσιῶν. πῆ μὲν γὰρ δεκά καὶ ἐπὶ ἑπτὰ ἔτη ἐδεδούσαν, ἄλλοτε πλείονα. ὕστερον δὲ τὰ ἐβδομήκοντα τὰ ἐν Βαβυλωνί. εἶθ' ἐτόθεσον, ὅτι ἐμάκρυναν τὴν ἀνομίαν αὐτῶν. ἀλλ' ὅμως τί;

δ'. Κύριε ὁ δίκαιος συνέκοψεν αὐχένους ἀμαρτωλῶν.

Ἀλλ' ὁ τὴν δικαίαν φροντίζων, φησὶ, δευτεροῦς συνέκοψε τὰς ὑπερηφανίας αὐτῶν σὺ τῆς δυναστείας αὐτῶν.

ε'. Αἰχμηθήτωσαν ἡ ἀποστρεφθήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω πάντες ἡμισθῆντες Σιών.

Εὐχὴ λοιπὸν ἐπιστραφίξει τὴν ἀχμαρτωλίαν, ὡς ἐπιπλείον περιβληθήσονται αἰχμητῆς, ἡ ἀδυναστεία τῶν πολεμῶντας τῆς Σιών.

ς'. Γενηθήτωσαν ὡσεὶ χορὸς δωματίων.

Ἀντὶ τῆς, δειλοὶ καὶ ἀνίχυροι. ὅθεν ἐπάγει.

Ὅς ὡς ἐκκαπαθήσονται εἰρηραίνθη.

Ἀντὶ τῆς, ὅς ἀφ' ἑαυτῆς μαραινεται, ἢ φθάνειν πελειωθήσονται δι' ἀδυναμίας.

ζ'. Οὐδὲ ἐπλήρωσε τὴν χεῖρα αὐτῆς ὁ θερίζων, καὶ τὴν κόλπον αὐτῆς ὁ τὰ δεράγματα συλλέγων.

Τὸ αὐτὸ λέγει. Οὐδὲ γὰρ δυνάσται ποτε χορὸς δωματίων πελοφορεθήσονται, εἶθ' ἂν τὸ μὴ ἔχειν βάθος τὴν ὑποκειμένην ρίζαν. εἶτα λέγει τὰ ῥήματα ἅπερ ἔθος ὅτι λέγειν τὴν παρίοντας τοῖς θερίζουσιν.

η'. Καὶ οὐκ εἶπον ἡ ὡδὶ ἄγοντες. διλογία κυεῖς ἐφ' ὑμᾶς. διλογήκαμεν ὑμᾶς ἐν ὀνόματι κυεῖς.

Ὅτι γὰρ συμβαίνει. οἱ γὰρ παρεδδόντες φασὶ

φασί πρὸς τὰς θερίζοντας, διλογία κυρίου ἐφ' ὑμᾶς· ἀντιπέφασι δὲ ἐκεῖνοι καὶ φασὶν· ὅτι καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς διλογισάμεθα ἐν τῷ ὀνόματι κυρίου.

ad messores dicunt, *Benedictio Domini super vos*: illi autem reponunt & dicunt; Quia & nos *benedicimus vobis in nomine Domini.*

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

α. **Π**ΟΛΛΑΚΙΣ ΕΠΟΛΕΜΗΣΑΝ ΜΕ.] Ἀγων αὐτὸς εἰς χερσὶ ἀεὶ ἐλπίδας, ἵνα μὴ ἀπογνώσκουσιν ἐν τῷ παρελθόντων, ὅτι τῷ μελλόντων διαρρῆν αὐτὸς ὡδρασκυλάζει, παιδύων αὐτὸς λέγειν τὰ ῥήματα· ποῖα; ὅτι πολλάκις ἐπιθέμενοι ὡδεγυμένω, ἐκ ἰχουσαν· καὶ γὰρ ἠχμαλώτισαν, ἀλλ' ἐκ ἰχουσαν ἀφαισται τὸ γένος· ἀλλὰ πρὸς ὀλίγον τὴν θεὸν ἐν δίδουτος ὡδεγυμένοι, πάλιν ἠτῆτο. Ἐπειρος, ἀλλ' ἐκ ἠδυνήθησαν μοι ἔπειρος, ἀλλ' ἰσχυροῦσαν μου· ἔπειρος, καί γε ἐκ ἠδυνήθη. τὸ δὲ ἐκ νεότητος. ἀντὶ τῆς ἀφ' ἧς τῆς Αἰγύπτου ἀνεχώρησα. ἀλλ' ἔπειροῦντό μου. πῶς γὰρ ἐν πῦρ τὰ οἰκίαι εἶχον, εἴπερ ἢ τῷ πολέμῳ ἐπιθυμία ἐπληροῦτο ἐν ἐμοί; Καίτοι γέ, φησὶ, ἔπειρος με ἔταλαιπώρου, ὡς κάμπητος ὑπὸ τῷ συμφορῶν. ἐχ' ὡς ἔτυχε, φησὶ, ἐπιβέβητος, ἀλλ' ἐμνησανόντο πολλὰ, καὶ δόλους ἔβραβον, λάθρα ἐπιθεμένοι. τὸ γὰρ ἐπὶ τῆς νεότης ἢ τὸ δολεῖν καὶ ὑπὸ δολοῖ, ἢ τὸ κτὶ κέρτος. ἀντὶ τῆς· αὐτῶν τῶν δυνάμεν μου σιωθῶσαι ἐπιχέρου. ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων, ἠερέβιασαν. τετέστιν, ἔργον ἐποιῶν τῶν κατ' ἐμὲ ἐπιβελῶ. ὁ εἶποιεν ἀν καὶ οἱ μαρτυρεῖ. τὸ δὲ ἐμάκρυναν, ὅτι καὶ μὴ πολλῆς τῆς ἐποίησιν σφοδρότης καὶ πρῶτος δρῆας, πολὺν διαπαρντες χρόνον, καὶ ἐπιθεμένοι καὶ διπλοῦς· ἀλλ' ἐδὴ αὐτοῖς πλεον ἰσχυροῦς. Διόπερ δεικνύς τὸν τῶν ἰσχυρῶν ἐργαζόμενον, ἐπήγαγε· Κύριος Δίκαιος, ἦτοι ὁ τῶν δικαίως φροντίζων, σιωκῶν ἀνεχέας ἀμαρτανῶν, τετέστι, τὰς ἰσθηφαιίας αὐτῶν σὺ τῆς δυναστείας· ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος βέβηχε, τετέστιν ἐπιβελῶς, ἐφόδες, μηχανάς. καὶ ἐδιέλυσεν, ἀλλὰ σιωκῶν, ἀρξῆσαι εἰς τέλος ποῖον. τῆς καὶ ἡ Ἐκκλησία πέποιθεν, ὑπὸ τυραννῶν ἐπιβελῶσθῆσα πρῶτος εἶτα ἀίρεσις· ἀλλὰ τὰ μὲν αὐτῆς ἀνθεῖ, τὰ δὲ τῷ πολέμῳ διελύθη. εἶτα διχῆ ἐπισφραγίζει τὸν λόγον, ὡς ἐπὶ πλεον περὶ ἐκλήθηται ἀρχὴ καὶ ἀδυναμία τῶν πο-

Ι. **S**ÆPÈ EXPVGNÀVERVNT ME.] Ad spes meliores adducens eos, ne animum desponderent, ex præteritis iubet ipsos de futuris fiduciam concipere, docens illos recitare hæc verba: qualia illa? Quod nimirum cum sæpè eos inuasissent, superare tamen minimè potuerint: etenim captivos abduxerunt, sed genus eorum delere minimè valuerunt; sed cum paulisper Deo concedente vicissent, rursus vincebantur. Alius, *Sed non potuerunt mihi*: alius, *Sed non praualerunt mihi*: alius, *Attamen non potuerunt*. Illud autem à *iuuentute*. id est, Ex quo ex Ægypto recessi. Sed non superarunt me. Quomodo enim nunc propria haberem, si inimicorum desiderium in me impletum fuisset? Etenim, inquit, ita me afflixerunt, ut sub ærumnis incuruarer. Non quomodocumque, inquit, insidiabantur, sed plurima machinabantur, & dolos struebant, clanculum inuadentes. Illud enim *supra dorsum* vel fraudem & subdolam malitiam designat, vel violentiam. q. d. Ipsas vires meas contere conati sunt. Aquila autem & Theodotion, *Arauerunt*. id est, Opus suum faciebant insidias contra me. Hoc utique martyres quoque dicere possint. Illud autem *Prolongauerunt*, quia cum magna vehementia & assiduitate hoc faciebant, multum temporis in eo consumentes, idque sedulo & assidue: sed id nihil ipsis profuit. Quocirca ostendens eum qui victoriam retulit, subiungit: *Dominus iussus*, scilicet iusti curam gerens, *concidit ceruices peccatorum*, id est, superbias eorum cum potentia; Aquila verò & Symmachus *laqueos*, id est insidias, insultus, machinationes. Et non *dissoluit*, sed *concidit*, illa penitus inutilia reddens. Hoc ipsum etiam Ecclesia perpeffa fuit, prius tyrannorum ac deinde hæreticorum insidijs impetita: verum tamen ipsa floret; inimici verò eius dissipati sunt. Sermonem denique concludit oratione, ut maiori confusione & impotentia mulcentur hi qui oppu-

Quantam
Deus Israë-
licorum curam
gessit.

Deus dissoluit inimicorum insidias.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

Impij cur
facio tecto-
rum com-
parati.

oppugnant Sion. Nam cum per præcedentium narrationem animos addidisset, idem quoque facit per orationem, ostendens belli propositum esse iniquum & invidiæ plenum. quibus congruit illud *Confundantur*: alius autem ait, *Evertantur retrorsum*. Id est, Non solum vincantur, verum etiam turpiter & ridiculosè. Deinde cum dixisset, *Fiant sicut sænum*, addens *tectorum* persistit in similitudine. Quamquam enim id quoque quod est in terra pingui celeriter diffuat; maximè tamen illud quod radice & robore caret; eò quod à semetipso marcescat, ob imbecillitatem minimè pertingens ad perfectionem: per hoc maiorem inimicorum vilitatem fragilitatemque ostendens cum ex fœni tum ex natura loci. Talis nempe est prosperitas eorum qui viuunt in scelere, & rerum iucunditas sæcularium.

7. DE QVO NON IMPLEVIT MANVM SVAM.] Dixit quid contingat ijs qui antequam quiescant exaruerunt. Numquam enim potest fœnum tectorum maturescere, quia non habet fundum. Deinde refert quoque quæ viatores transeuntes messoribus dicere soleant: *Et non dixerunt qui prateribant*. Siquidem hi dum vberes segetes vident, agricolarum industriam admirantes, eas laudant, & reponunt illi: Quoniam & nos *benedicimus vobis in nomine Domini*. Ea verò quæ in tectis crescunt neque manum implent messoris, neque transeuntium prouocant benedictionem.

λεμῶντες τῆ Σιών. ὧσα θάρρυναι γὰρ δεῖ ὃ τῆς πορολαβόντων διηγήσασαι, τὸ καὶ δι' αὐτῆς ἀπεργάζεται, τὴν τῆς πολέμου δεκτικῆς ὑπόθεσιν ἀδικῶν καὶ ἀσεβῶν. οἷς ἀρμόζει τὸ αἰχμηθῆναι. ἄλλος δὲ ἀνατραπήσαν εἰς τὰ ὀπίσω. ταῖς μὴ μόνον ἠττηθῆσαν, ἀλλὰ ἐ ἀιχμῶς καὶ καταγαλάσας. εἴτα εἰπὼν γρηθῆναι ὡσεὶ χόρτος, πορολαβῶν δωμάτων ἐ δεσφεί τῆ εἰκόνι. καὶ γὰρ καὶ ὁ ἐν λιπαρῇ γῆ δεσφεί ταχίως. ἀλλ' εἰδὲ μάλλον ἄρριζος ἐ ἀνίχυρος. ὅσα καὶ ἀφ' ἑαυτῆς μεραίνεται, ἐ φθάνων τελευθῆσαι δι' ἀδυναμίαν. πλείονα δεκτικῆς δεσφεί τὴν τῆς πολέμων ἀτέλειαν καὶ τὸ δικαστῆσιν ἐ ὑπὸ τῆ φύσεως τῆ χόρτος καὶ ὑπὸ τῆ τύπης. τῆ αὐτῆ καὶ τῆ ἐν κακίᾳ ζῶντων ἢ ἀσημεία, καὶ τῆ βιωτικῶν ἢ φαυλότης.

Ζ. ΟΥ ΟΥΚ ΕΠΛΗΡΩΣΕ ΤΗΝ ΧΕΙΡΑ ΑΥΤΟΥ.] Τὸ συμβαῖνον εἶπε τοῖς πορο τῆ πεπαυθῆσαι ξερανομήμοις. ἐ γὰρ διυάται ποτὲ χόρτος δωμάτων τελεσφορηθῆσαι, δεσφεί τὸ μὴ ἔχειν βάθος. εἴτα λέγει καὶ ἀπερ ἔδος ἐστὶ λέγειν τὴς παλιόντας τοῖς δεσφείσιν. ἐ ἐκ εἶπεν οἱ ὠδύζοντες. οἱ μὲν γὰρ κομῶντα δεσφείμοι τὰ λήια, τὴν ἐπιμέλειαν τῆς γαργῶν θαυμαζοῦντες, ἐπαυῖσι, καὶ ἀντιγράψουσιν ἐκεῖνοι. ὅτι καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς ἀλογῶμεν ἐ ὀνόματι κυρίου. τὰ δὲ ἐπὶ τῆς δωμάτων ἔτε χεῖρα παροσὶ τῆ δεσφείσιν, ἔτε τῆς παλιόντων πορολαβῆται τὴν ἀλογίαν.

C A T E N A P A T R V M.



HRYSOSTOMI. Hic quoque Psalmus cohæret præcedenti. Cum enim interrumpetur ædificatio, nec opus ad finem adduceretur, eos in bonam spem adducens, docet ut hæc verba proferant.

I. SÆPE EXPVGNAYERVNT ME.] ORIGENIS. Hæc dicit is qui à iuuentute decertauerat, & inter dimicandum hostes sæpenumerò deuicerat; qui & dicit, Deus qui nutris me à iuuentute mea. *Iuuentutem* vocat commorationem in Ægypto, & inde liberationem. Verius utique hæc nouo populo congruunt, qui multos quidem hostium impetus sustinuit,

Qua dicitur iuuentus sui populi israeliticæ.



HRYSOSTOMΟΥ. Οὗτος ἔχει τῆ ποροτῆσιν πάλιν ὁ ψαλμός. Εἴπειν γὰρ δικόπτετο τὰ τῆς οἰκοδομῆς, καὶ πορο τὸ τέλος τὸ ἔργον ἐκ ἡεθ' ἀγων αὐτῆς εἰς χεῖρας ἐλπῆσας, παιδοθεῖ αὐτῆς λέγειν ταῦτα τὰ ῥήματα.

α. ΠΛΕΟΝΑΚΙΣ ΕΠΟΛΕΜΗΣΑΝ ΜΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ο' ἐκ παίδων ἀγωνιζόμενος ταῦτα εἶπὶ, ἐ ἐπὶ τὸ πᾶσις πεπολεμῆσθαι νικήσας τὴς πολέμους. ἐ ὁ φάσκει, ὁ θεὸς ὁ βέβωον με ἐκ νεότητός μου. νεότητα καλεῖ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ δεσφείαν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγῆναι. ἀληθῆσιν μὲν ταῦτα τῆ νέω ἀρμόττει λαφ', πολλὰς μὲν δεσφείμῶν πορολαβῆσιν, πᾶσιν

δὲ

δὲ θρομβώσῃ, καὶ τὰς πολέμιας περιουπ-
 τὰς ἀποφίνατι.

γ'. ΕΠΙ ΤΟΥ ΝΩΤΟΥ ΜΟΥ ΕΤΕΚΤΕ-
 ΝΟΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διλοῦ δὲ ὁ λόγος
 τὰς μάστιγας τὰς τοῖς νικηφόροις μάρτυσιν
 ἐπιτεχθείσας ὑπὸ τῆς δυναστείας. ταῦτα δὲ
 καὶ οἱ παρὰ τὸν μακάριον ὑπέμειναν Δαυὶδ·
 καὶ οἱ θαυμαστοὶ Ἀναίας, Ἀζαρίας καὶ Μι-
 ζαήλ, ἔδρα Ἀνποχὸν οἱ Μακκαβαῖοι.

ΕΜΑΚΡΥΝΑΝ ΤΗΝ ΑΝΟΜΙΑΝ ΑΥ-
 ΤΩΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Χρήσιμον εἰς τὸ το-
 πὸν, οὐαὶ οἱ ὀπισθώμοι ἀμαρτίας ὡς χοι-
 νίω μακροῖ, ἔως ζυγῆ ἰμάνη δαμάλειος τὰς
 αἰομίας. ὅσοι δὲ περὶ μακρυνεῖ τὴν ἀνομίαν
 ἑαυτῶν, ὅσοι μακρυνεῖ ἑαυτῶν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

δ'. ΚΥΡΙΟΣ ΔΙΚΑΙΟΣ ΣΥΝΕΚΟΦΕΝ
 ΑΥΧΕΝΑΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ γὰρ ἔς
 καταπόδασαν τοῖς ἀγίοις βρόχους, κατέκο-
 ψεν ὁ τέτων Θεός, καὶ τὰς ἀπειθήντας ἑ-
 τοῖς κλοῖς σπύριψεν.

ε'. ΑΙΣΧΥΝΘΗΣΑΝ, ΚΑΙ ΑΠΟΣΤΡΑ-
 ΦΗΤΩΣΑΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Μὴ μὲ-
 νον, φησὶν, ἠττηθέμεσαν, ἀλλὰ καὶ αἰσχύ-
 ας καταγλάσας. εἶτα εἰπὼν, ἠμυθῆτων
 ὡσεὶ χόρτος δωματίων, ἐδρατεῖβει τῆ εἰ-
 κόνι· καὶ ἐδὲ ἀπλάς χόρτος εἶρηκαν, ἀλλὰ
 τὸν ἐπὶ τῆς δωματίων· καίτοι γὰρ ὁ ἐν πεδίω
 ταχέως δαρείβει· ἀλλ' ἐκείνος πλείονα δεκ-
 νὺς τῶν ἐναντίων τὴν δυνάμειαν, τὰ ἐπὶ τῶν
 δωματίων αὐτὸς ὡδραβάλλει· ὡς ἐκτέ-
 ροθεν δεῖξαι αὐτῶν τὸ ἀκατάπτωτον καὶ ἀπὸ
 τῆς φύσεως τῆ χόρτος, ἔδρα τῆς φύσεως τῆ
 τύπε. Ὡσαῦτα γάρ, φησὶ, τῶν ἐναντίων οἱ
 ἔφοδοι ἐκ ἔχουσι ρίζαν ἐδὲ ὑπόστασιν, ἀλλὰ
 περὶ ὄλιγον μὲν δοκῶσιν ἀνθεῖν, ὕστερον δὲ
 ἐλθροχίται, καὶ ὡς ἀδυνεῖς ἀπιπίπτει.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ διδασκαλία τῶν
 καὶ τῆ γνώσεως τοῦ Θεοῦ ἐπαυρομένων ὑψω-
 μάτων χόρτος ἐστὶν δωματίων, ἠερανόμοιος
 περὶ τῆ ἐκασαδῆναι· μήτε πλήρεις ποίων
 τὰς χεῖρας ἐν ἀεθροῖσι ἀγαθαῖς μήτε τὸν
 κόλπον ἐν γνώσει. παρὰ τῆς ἐφασὶν οἱ ὡδρα-
 ροῖς ὁμοίως τὰ εἰπόντι, παρελθὼν ὄψομαι
 τὸ ὄραμα τὸ μέγα τῆτο.

η'. ΕΥΛΟΓΙΑ ΚΥΡΙΟΥ ΕΦ' ἸΜΑΣ.]
 ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰς ὀλίγον κατὰ κλείει
 τὴν ὡδραίνεσιν, ἀπὸ τῆς διηγήσεως τῆς
 παρελθόντων ἀπὸ τῆς ὀλίγης θαρρέην πα-
 ρασκευάζων τὸν ἀκερατὴν, καὶ δεικνὺς τῆ
 πολέμου τὴν ὑπόθεσιν ἀδικον.

ΤΟΜΟΣ III.

sed omnes superavit, hostesque supplices
 reddidit.

CATE-
 NA PA-
 TRVM.

3. SUPRA DORSVM MEVM FABRICAVE-
 RVNT.] ANONYMI. Significat autem hic ser-
 mo flagella triumphatoribus Martyribus ab
 impijs inflictæ. Hæc etiam perpeffi sunt illi
 qui cum beato Daniele erant: & admirabiles
 Ananias, Azarias & Misæel, & Antiochi tem-
 pore Macchabæi.

PROLONGAVERVNT INIQUITATEM SVAM.]
 ORIGENIS. Huc spectat illud, *Ve qui trahunt* Isaia 5, 18.
*peccata quasi funiculo longo, & quasi iugi cor-
 rigia vitula iniquitates.* Quantum autem
 quis prolongat iniquitatem suam, tantum-
 dem elongat semetipsum à Deo.

4. DOMINVS IVSTVS CONCIDIT CERVI-
 CES.] ORIGENIS. Etenim quos laqueos san-
 ctis viris pararunt, horum Deus contudit, &
 torques ipsis circumdatos contriuit.

5. CONFVNDANTVR, ET CONVERTANTVR.]
 CHRYSOSTOMI. Non solum, inquit, vincan-
 tur, sed etiam turpiter & ridiculosè. Deinde
 cum dixisset, *Fiant sicut fœnum tectorum,* Peccatores
 fœno tecto-
 rum simi-
 les.
 persistit in similitudine, & non solum fœnum
 dixit, sed quod est supra domos: etsi enim id
 quod est in campis celeriter diffluit: volens
 tamen ostendere quàm essent viles & ab-
 iecti aduersarij, eos comparat fœno quod
 est supra domos; vt vtrimque ostendat quàm
 sint fragiles & caduci, nempe & ex fœni
 natura, & ex natura loci. Tales enim, in-
 quit, sunt insultus aduersariorum qui non
 habent radicem neque fundamentum,
 sed aliquantisper quidem videntur flore-
 re, postea verò arguuntur, & vt imbecilles
 excidunt.

ORIGENIS. Doctrina sublimitatum
 earum quæ contra Dei scientiam extollun-
 tur est fœnum tectorum, quod priusquam
 euellatur exarescit; neque manus bonis
 operibus neque sinum cognitione replet.
 de qua non dicunt hi qui pertranseunt sicut
 is qui dixit, *Accedens videbo visionem hanc* Exod. 3, 3.
magnam.

8. BENEDICTIO DOMINI SV-
 PER VOS.] CHRYSOSTOMI. Adhor-
 tationem precatione concludit, ex narratione
 præteritorum & ex oratione ad confiden-
 dum adducens auditorem, & iniustam belli
 causam ostendens.

F f f f

ANNO-

ANNOTATIONES CORDERII.

Hoc Psalmo primùm inuitat populum Dei ad agnoscendum Dei erga se beneficium; quòd scilicet impios, etsi ab initio sæpè multumque Dei populum oppugnantes, non permisit præualere: deinde etiam precando prædicat in posterum quoque semper hostes suâ spe frustrandos.

1. *Sapè expugnauerunt me à iuuentute mea, &c.*] Hic ad litteram sermo est de Synagoga, cuius perueritia in Ægypto fuit; vbi cœpta est eius persecutio: & generaliùs de Ecclesia, quæ in ipsa sua infantia oppugnata fuit, cùm Cain Abelem fratrem obruncauit. Sic enim hunc locum intellexit D. Augustinus in Commentario dicens: *Magnus affectus sic cœpisse, quasi aliquid id loqueretur: videtur enim non cœpisse, sed respondisse. Respondit autem querelis & cogitationibus infirmorum: Sapè expugnauerunt me à iuuentute mea. Numquid ideo non peruenit ad senectutem, quia non cessauerunt illi expugnando? Consoletur igitur se Ecclesia de præteritis exemplis, & dicat: Etenim non potuerunt mihi. quod apud Chrysostomum alius legit, Α'λ' ἐκ ἡδυνήσασάν μου, Sed non potuerunt mihi: alius, Α'λ' ἐκ' ὑπερβύσασάν μου, Sed non præualuerunt mihi.*

3. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores.*] Chaldaeus ex Hebræo, & cum secuti Caietanus alijsque sic vertunt, *Super dorsum meum arauerunt arantes, prolongauerunt sulcos suos.* Quæ propè est etiam D. Hieronymi interpretatio. Quid autem sit *arauerunt* Arabicus disertius expressit cùm ait, *Flagellauerunt.* Septuaginta & Latinus Interpres aliâ metaphorâ vsi dicunt, *Fabricauerunt*, vt, opinor, verberum multitudinem innuerent, quæ sanctissimum Christi corpus dehonestauerunt. qua de re alio ipse in loco Dauidis ore queritur, *Congregata sunt super me flagella;* cùm quosdam velut aceros immanium plagarum in altum exstructos vellet exprimere. Nam cùm fabricare sit lapidem lapidibus imponere, aut aliam materiam, quâ crescat opus, & in sublime excitetur; tot & tanti videbantur ictus geminati atque repetiti, vt cumulus quasi quidam inædificatus existeret. Quamquam fabricare non semper de ædificijs dicitur, sed nonnumquam etiam de fabricorum operibus: qualia sunt incidere, sculperè, inscari. *Supra dorsum* igitur Christi fabricauerunt peccatores; hoc est, Sectum fuit ab illis loris & flagellis, atque exaratum: quo modo sectiones illæ, & incisiones, siue corporis lacerationes, idem erunt quod arationes atque sulci qui stylo Hebræo designantur. Eâ verò similitudine arationis significatur Christi dorsum quasi tellurem frugiferam fuisse flagellis & verberibus proficillam & aratam, vt in eam sementis vniuersæ Ecclesiæ iaceretur, ex qua infinita fidelium seges breuissimo tempore pullularet: eodemque modo supra dorsum Martyrum arant persecutores, & seminant segetem meritorum, & iuxta Vulgatam editionem, fabricant ipsis pulcherrimas gloriæ coronas. Non est autem prætereundum quod sequitur.

IBIDEM. *Prolongauerunt iniquitatem suam.*]

Ea nimirum est impiorum natura, vt iniquitatem semper extendant. ductâ similitudine, vt quidam volunt, à funibus; qui vt longiores efficiantur, alij alijs nectuntur. Sic enim impij iniquitatem iniquitati quasi funem funi addunt; itaque longissimum funem conficiunt, quo ipsi constringantur; iuxta illud Prouerbiorum, *Funibus peccatorum suorum constringitur impius.* Id verò tunc fit, cùm iniquæ cogitationi iniquum consensum, consensui opus, operi consuetudinem, consuetudini necessitatem, necessitati excusationem, excusationi defensionem, defensioni impœnitentiam, impœnitentiæ desperationem adiiciunt. S. Augustinus & Vetus Psalterium pro *Prolongauerunt* vertunt, *Longè fecerunt iniustitiam suam:* Aquila, Ἐμίκμησαν, *In longum protraxerunt:* Symmachus, Παρέταρον κακῶντες, *Protenderunt affligentes.*

4. *Domini iustum concidit cernices peccatorum.*] Græcè σκωπίωντες: Latini ferè legunt *concidet.* Pro ἀρχῆνας autem, id est *cernices*, Symmachus reddidit βόβυλος, *laqueos*, vt & S. Hieronymus interpretatur: quod Quinta editio & Theodotion κλοιὸς, *torques*, transtulere, qui scilicet collum adstringunt: Signatè autem ceruicum potiùs quàm capitum aut alterius corporis partis mentionem facit: quippe illis signatè supplicium respondet, quod crucis iugum à se repulerint.

6. *Fiant sicut fœnum teetorum.*] Pulchrè S. Gregorius cum fœno teetorum comparat hypocritam lib. 8. Moralium cap. 28. *Fœnum*, inquit, *teetorum in alto nascitur, sed nequaquam radice solidatur: sic etiam hypocrita summa quidem agere cernitur, sed non in eis ex cordis puritate roboratur. Quod nimirum fœnum antequam euellatur arefcit; quia cùm hypocrita sine intentione rectæ cogitationis bona studuit agere, ea amittens indicat se sine radice floruisse.*

IBIDEM. *Quod priusquam euellatur exaruit.*] Græcè, Πρὸ τῆ ἐκτρασθῆναι: Theodoretus videtur habuisse Πρὸ τῆ ἐξαρθῆναι, *Priusquam efflorescat;* vt nimirum tantâ celeritate exaruisse videatur, vt vix oculi florem deprehendere poterint: quod etiam Scholion obseruat: Aquila, Ὁ ἀρχὴν ἀνὰ δάκρυ ἐξαρθῆναι, *Quod olim germinabat exaruit:* Symmachus, Πρὸ τῆ ἐκκαυθῆναι, *Antequam caulem emitteret:* Sexta editio, ἰσπρωσῆναι, *firmaret.* Notandum autem hæc non imprecatoriè dicta esse, quasi Rex sanctissimus, & in sibi etiam infensissimos hostes mansuetissimus, aliorum ruinam exoptaret; sed quòd rerum sæculi huius vanitatem cognoscens, earum amatoribus, vt ad bonam frugem se reciperent, pio affectu prænuntiaret. *Absit* (inquit S. Zeno Veronensis Episc. & martyr ad hunc locum) *vt istud Propheta peccatum esse credatur; talia autem scientià elocutus est: cognitionis fuit sermo iste, non voti: simul vt peccatoribus horror irrueret in anstatem fructuum suorum arefcensium cognituris.* Sed expendamus appositam fœni teetorum imaginem, quâ notanter vsus est David, vt ostenderet sæcularia bona nullo impellente ruerè,

Quomodo peccatores iniquitatem suam prolongent.

Prou. 5, 2-2-

Ecclesia infantia, oppugnatio & firmicæ.

Supra dorsum Christi fabricauerunt peccatores flagella. Psal. 34, 15.

Persecutores arant super dorsum Martyrum.

Hypocrita est similis fœno teetorum.

Res mundana fœno teetorum comparata.

ruere, sed seipsis areferi, quia infimis aut nullis radicibus posita, soliditatis suæ vim nequeunt sustinere. Etenim quamuis agri fœnum fragile atque caducum sit, at cùm in loco sibi connaturali nascatur & adolescat, nonnihil virium ab humore terræ, quem fugit, habere dixeris; ac proinde euellentis manum vt arefcat sæpius expectat; at tectorum fœnum ad instar est seminis illius, quod dum cecidit in petram, natum aruit, quia non habebat humorem: nullis enim radicibus consistens euellente manu non eget, vt arefiat. Est hæc omnino natura mundanæ felicitatis, florentis fortunæ, & splendoris sæculi, atque omnium rerum illius ac pomparum, quæ seipsis

deficiunt, & arefiunt, vt non opus sit euellente siue impellente manu: nam vt nullus externus hostis nulla tempestas sit, eadem quâ oriuntur vanitate turbantur: non enim solidis causis innituntur. Audiatur iterum in hæc verba S. Zeno, vbi cùm dixisset, *Verum impij fœnum sunt: inania enim seruerunt: inanes sunt, vacui sunt, inutiles sunt: inania enim & inuisilia sequuntur*, sic sapienter exclamat: *O infelices labores, & infructuosa carnis opera adificiorum fœno comparata, & antequam euellantur arida! id est, ante ipsum inuisibilem messis tempus emortua.* Optimè dicit emortua; nullo videlicet succo interiùs animata, ac proinde seipsis arida & decidentia.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Lucæ 8, 6.

IN PSALMVM CXXIX. ARGUMENTVM.

Ω δὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Canticum graduum.

Ὁ ἦν δικαίων χορὸς αὐτῶν τῶν ἰουδαίων προσφέρει, ὡς δηλοῖ τὸ ψαλμῶν τὸ προοίμιον.

Iustorum chorus hanc Deo affert pre-cationem, uti declarat huius Psalmi exordium.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α. **Κ** βαθέων ἐκέκραξα
 ὦ κύριε· κύριε εἰσα-
 κέσον τὴ φωνήν μου·

1. **D**E profundis clamaui ad
 te Domine: Domine ex-
 audi vocem meam:

Τὸ ἐκ βαθέων· ἀντὶ τῆς, ἐξ ὅλης θρα-
 νοίας καὶ ἐκ τῆς βάθους τῆς καρδίας ἐπιβοω-
 μῶν ἀκυσσον.

Illud *De profundis*. id est, Ex tota
 mente & ex fundo cordis inclamantes
 audi.

β. Γενηθήτω τὰ ὦτά σου προ-
 σέχονται εἰς τὴν φωνὴν τῆς δεή-
 σεώς μου.

2. Fiant aures tuæ intendentes
 in vocem deprecationis meæ.

Τὸ αὐτὸ λέγει· βέλει ὅτι εἰπεῖν· ὅτι εἰ-
 λικνωδῶς ἀκυσσον ὡς ἐπικαλεῖσθαι· εἶτα τί
 βέλει εἶπεν.

Idem dicit. Vult enim dicere: Exactè au-
 di inuocationes meas. Deinde quid velit
 edifferit.

γ. Εἰ ἀνομίας παρατηρήσῃς
 κύριε, κύριε τίς ὑποστήσεται;

3. Si iniquitates obseruaueris Do-
 mine, Domine quis sustinebit?

Petit misere-
 ricordiam
 & non ini-
 stitiam.

Ἀντὶ τῆς· μὴ τῆ ἀκριβείας κέρησο τῆ
 σ' αὐτῆ ἐν τῷ λογοποιεῖν πρὸς ἡμᾶς πρὸς
 τὸν ἀμαρτανῶν ἡμῶν· ἐπεὶ τίς ὑφίσταται; χη-
 σαι δὲ μάλλον τοῖς πᾶσι σὺ ἀνελεῖπῶς
 ὑπάρχῃσι· ποίους τέτοις;

Id est: Noli uti accuratione tuâ dum no-
 biscum rationem inis peccatorum nostro-
 rum: quoniam quis sustineat? sed vttere
 potius ijs quæ tibi numquam deficiunt. qui-
 bus illis?

δ. Ὅτι πᾶσι σοὶ ὁ ἰλασμός
 ἐστίν·

4. Quia apud te propitia-
 tio est:

Τέτω, φησὶ, χησῶν καὶ ἀκριβείας.
 Ἐνεκεν τῆς ὀνόματός σου ὑπέ-
 μενά σε κύριε.

Hac, inquit, vttere cum accuratione.
 * Propter nomen tuum sustinui
 te Domine.

* Vulgata
 Et propter
 legem tuam

Καὶ πρὸς τὸ πρῶτον, πρὸς ἡμᾶς δὲ πρὸς
 ὅτι πᾶς ἀνομίας βαβυλωνίων ἐκ ἐπεθύ-
 μησα, ἀλλὰ ἐξ τῶν πρὸς σὲ ἀπίστειαν πᾶ-

Et ad hoc, inquit, attende Domine, quòd
 prosperitates Babyloniorum non desidera-
 uerim, sed propter religionem tuam om-
 nem

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

nem elegerim miseriam. Dicit autem de so-
cijis Danielis & tribus pueris quæ noluerunt
in mensa Babylonica epulari, sed maluerunt
feminibus seu leguminibus vesci, iuxta præ-
ceptum legis.

* *Vulgata*
verbo eius:

Sustinuit anima mea in * ver-
bum tuum:

Etenim, inquit, vbique ad promissionem
tuam respexi, & credidi.

* *Domino.*

5. Speravit anima mea in * Do-
minum.

Et idcirco, inquit, numquam in te spera-
re destiti.

* *Domino.*

6. A custodia matutina vsque
ad noctem speret Israël in * Do-
minum.

Qua sit
custodia
matutina.

Sæpenumerò dictum est, quòd in quatuor
partes noctis spatium distribuat, & quar-
tam custodiam appellet matutinam. Vult
igitur dicere, Quoniam à matutina custo-
dia vsque ad extremam idem facere non
destiti. q. d. Quoniam perpetuò in te spem
habui & nulla in re alia. Porro illud *speret*
est lapsus temporis imperatiui pro præteri-
to. ait enim; Quia sperauimus, & non de-
sistimus.

7. Quia apud Dominum mise-
ricordia, & copiosa apud eum
redemptio.

Et meritò, inquit, hoc facimus: experi-
mento enim accepimus, quanta nobis apud
Deum reposita sit clementia, & quanta re-
demptio, cum voluerit.

8. Et ipse redimet Israël ex
omnibus iniquitatibus eius.

Alioquin hoc etiam scimus, à nullo
alio salutem Israël prouenire nisi à Deo,
qui illam semper admirabili modo
præbet.

σαν ειλόμελω τλαιπωρείαι. λέγει δὲ τὸ μὴ
εἰλάσθ τὴς πῶς τὸν Δαυὶδ καὶ τὴς βρεῖς παι-
δας βυφῶν ἐν τῇ βαβυλωνιακῇ τραπέζῃ,
ἀλλὰ τῶν σπερμάτων μὴ ἐκστῆσαι, καὶ ὡς ὁ
νόμος ἐκέλευσεν.

Υπέμεινεν ἡ ψυχὴ μου εἰς τὸν
λόγον σου.

Καὶ γὰρ, φησι, πανταχῶς εἰς τὴν ἐπαγγελί-
αν ἐβλεπον τὴν σὴν, καὶ ἐπίσταν.

ε. Ἡλπισεν ἡ ψυχὴ μου ἐπὶ
τὸν κύριον.

Καὶ διὰ τῆτό, φησιν, ἐδέσπον ἀπίστησα
τὴν ἐλπίδα μου ἀπὸ σοῦ.

ς. Ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας μέ-
χρι νυκτὸς ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ
τὸν κύριον.

Εἶρη) πολλάκις, ὅτι εἰς τίσσaras καιροῦς
διαρεῖ τὸ νυκτὸς τὸ δόξασημα, ὅτι τῆτάρτιω
φυλακῶν καλεῖ τὴν πρῶτην. βέλεται ἐν
εἰρηῇ, ὅτι ἀπὸ τῆ φυλακῆς τῆ πρῶτης ἀρχὴ τῆ
αἰχματῆς τὸ αὐτὸ ποιοῦν ἐκ ἐπαυσάμω. ἵνα
εἴπη· ὅτι δόξαπαντὸς πρὸς σὲ τὰς ἐλπίδας
εἶχον καὶ ἀλλαχῶς ἐδάμω. τὸ δὲ ἐλπισάτω
χρόνῳ ἐστὶ σφάλμα πρῶτακτικὸν ἀντὶ τῆ
παρηνλυθότος. λέγει γὰρ· ὅτι ἠλπίζομεν,
καὶ ἐκ ἀφισάμω.

ζ. Ὅτι πῶς τὴν κυρίω τὸ ἔλεος,
καὶ πολλὴ παρ' αὐτοῦ λύτρωσις.

Καὶ εἰκότως, φησι, τῆτο ποιοῦμεν· πείρα
γὰρ παρηνλήφωμεν, ὅση πῶς τὴν θεῶν ἡμῶν
οἰκῆ φιλαθροπία, καὶ ὅση λύτρωσις, ὅτι
βέλεται.

η. Καὶ αὐτὸς λύτρωσεται τὸν
Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν ἀνομιῶν
αὐτῶν.

Ἄλλως τε καὶ τῆτο ἠπισάμω, ὅτι ἐκ ἐπὶ
παρ' ἄλλης τῆς Ἰσραὴλ ἡ σωτηρία εἰ μὴ
πῶς τῆ θεῶν, τῆ αἰεὶ τῶν τῶν πῶς ἀχόντ
ἐν πῶς ἀδύξω.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Ex imò
corde cla-
mandum
ad Deum.

I. **D**E PROFVNDIS CLAMAVI
AD TE DOMINE.] Non
simpliciter ab ore, neque sim-
pliciter à lingua, sed ex imò corde cum ma-
gno studio verba effundit. Tales enim sunt

α. **E**K ΒΑΘΕΩΝ ΕΚΕΚΡΑΞΑ ΣΟΙ
ΚΥΡΙΕ.] Οὐχ' ἀπλῶς ἀπὸ σῶ-
ματός, ἐχ' ἀπλῶς ἀπὸ γλώτ-
της ταῖ ρήματα ἐκχεῖται, ἀλλ' ἀπὸ καρδίας
βαθυτάτης μὲ πολλῆς σπουδῆς. τῆται γὰρ
αἱ

αἱ ἤψ' θλιβομένων ψυχῶν, αὐτὴν συγκινῶσι
 τῷ καρδίας μὴ πολλῆς κατανύξεως. Ἰδὸ κ' ἢ
 αἰκίονται. δύο δὲ τίθησι, καὶ ἐκ βαθέων ἐ-
 κέκραξα, ἢ τὸν τόνον τ' φωνῆς λέγων κρου-
 γῶν, ἀλλὰ τῷ δ' ἐξέθει τῆς γλώσσης. κρού-
 πτερον δὲ ἐκέκραξα εἶπεν, εἶτα εἰσάκουσον.
 ὅτι δεῖ τὰ παρ' ἡμῶν ὑπάραξαι, καὶ ἔπος αἰ-
 τιῆ. διὸ δὲ ἐκ βαθέων καὶ οἶον ὑδά-
 των περικλυμένων ἤψ' θλίψεων. ὧσα δὲ
 τῷ ἀκυστικῷ λέγει διώαμιν, ὑπὸ ἤψ' παρ'
 ἡμῶν αἰδήσεων. καὶ φωνῶν ἢ τὸν τόνον ἀλλὰ
 τῷ συσπυκτικῷ δ' ἐξέθει. Ἀκούσον ἔν,
 φωνῶν, ὧν ὅτι κρουγῶν. τί δὲ βέλει εἶπε.

γ'. ΕΑΝ ΑΝΟΜΙΑΣ ΠΑΡΑΤΗΡΗΣΗΣ
 ΚΥΡΙΕ.] Γ'να μή τις λέγει, ὅτι ἀμαρτωλὸς ὢν
 καὶ μωρῶν γέμων καρδίας ἢ διώαμιν δι-
 χεῖς. φειραρεῖ καὶ ταύτῃ τὴν σπῆν. τὸ
 δὲ, τίς ὑποστήσεται; ἀντὶ τῆ, ἐδείξ. Οὐ γάρ
 ὅστις, ἐκ ἐστὶ πνὰ μὴ ἀκρεβείας παρέχοντα
 τὰς διωάμιας, ἐλέες τυχεῖν. καὶ ταῦτα λέγο-
 μιν ἐκ εἰς ῥαθυμίας καθέλκοντες, ἀλλὰ τὰς
 εἰς ἀπογνώσιν ἐμπύπτοντας ὡδραμυθῆμνοι.
 τίς γὰρ κρουγῶν ἀγῶν ἔχει τῷ καρδίας;
 καὶ ἐκ εἶπε, τίς δ' ἐξέθει; ἀλλὰ, τίς ὑπο-
 στήσεται; ἐδὲ ἔπειτα διωήσεται φησι. πῶς ἔν
 ἀξιοῖ χρεῖσας αὐτῶν; κρούσας, φησὶ, καὶ ἡμέ-
 ρος. ἐπεὶ τῆτο πύφουκας. καὶ ὡδρα σὺ ἰλασ-
 μός ὅστις, ἐκ ἐστὶ τοῖς ἡμετέροις καθ' ἑαυμάτην,
 ἀλλ' ἐν τῇ σῆ ἀγαθότητι. τῆτο καὶ ὁ κρού-
 φήτης ἐκ τῆ θῆ λέγων. Ἐγὼ εἶμι, φησὶ, ὁ
 ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σε. εἰ δὲ ὡδρα σὺ
 γράφοντο, δηλοῖ, ὅτι ὡδρα σὺ τῆ ἀγαθῆ
 πατερός ὅστις ὑδὲ ἰλασμός, ἢ πᾶσα λογικὴ
 δ' ἐστὶ κτίσις. Καὶ, αὐτὸς γάρ φησι Γωάννης,
 ἰλασμός ὅστις ὡδρα ἡμῶν ἀμαρτωλῶν ἡμῶν. τί δὲ
 ὅστις, ἐνεκεν τῆ ὀνόματός σε ὑπέμεινά σε κύ-
 ρει; ἔπειτα, ἐνεκεν τῆ γνωριότητι τὸν λόγον
 σε. Ἀκύλας ἐ Θεοδοτίων, δ' ἐστὶ τὸν φόβον. οἱ
 ἐβδομήκοντα, δ' ἐστὶ τὸν νόμον σε. ὅτι γάρ, φησι,
 οὐδὲν πνὶ νόμον κέρησαι τῇ φιλανθρώπιαν
 κρουσδοκίμα στωμελίας, ἐ τὰς κρουστέρας
 ἐλπίδας ἐκ ἀπαγορεύω. ἐπεὶ εἰς τὰ ἐμαυ-
 τῆ κρουσθῶν, πάλαι ἀν ἀπέγνω. νῦν δὲ τῶ
 νόμῳ σε κρουσέχων τῶ λόγῳ σε, κρουσάς
 ἔχω ἐλπίδας. ποῖω δὲ λόγῳ; τῶ τ' φιλαν-
 θρωπίας. αὐτὸς γὰρ εἶπεν. ὅτι καὶ τὸ ἔλεος τῆ
 ἐρανεῖ ὑπὸ τῆς γῆς ἐκρεταίωσε κύριος τὸ
 ἔλεος αὐτῶν ὅτι τὰς φοβημένους αὐτόν. ἢ κρου-
 σθῶντων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀμαρτανό-
 των φείδεται.

animæ illorum qui affliguntur, ipsum cor cum
 magna compunctione commouent; quapro-
 pter etiam exaudiuntur. Ponit autem duo,
 scilicet, *De profundis & clamaui*, non tonum
 vocis clamorem appellans, sed mentis affe-
 ctum. Prius autem dixit *clamaui*, deinde *ex-
 audi*: quoniam oportet ut nostra adsint; & sic
 postulemus. Possit autem istud *De profundis*
 idem esse atque aquis tribulationum circum-
 fusis. Aures verò appellat audiendi faculta-
 tem, nomine hoc à sensibus nostris desumpto.
 Et *vocem* non tonum sed intensam affectio-
 nem intelligit. Audi igitur, inquit, quæ inuo-
 cem. Dic autem quid velis.

3. SI INIQUITATES OBSERVAVERIS DO-
 MINE.] Ne quis dicat, Sum peccator & plenus
 malis innumerabilibus; Non possum orare;
 tollit hanc excusationem. Illud autem, *Quis
 sustinebit?* id est, Nemo. Neque enim fieri
 potest, ut si ab aliquo ex rigore iuris ratio exi-
 gatur, misericordiam consequatur. Atque hæc
 dicimus non ad fœcordiam impellentes, sed
 eos consolantes qui cadunt in desperationem.
Quis enim gloriabitur se mundum habere Prou. 10, 9.
cor? Et non dixit, *Quis effugiet?* sed, *Quis sus-
 tinebit?* sed nec stare, inquit, poterit. Quomo-
 do igitur rogat illo vti? Benignè, inquit, & cle-
 menter: quoniam ita soles. Et *apud te propitia-
 tio est*, non in nostris rectè factis, sed in tua bo-
 nitate. Hoc enim Propheta ex persona Dei
 dicens: *Ego*, inquit, *sum qui deleo iniquitates* I saia 43.
tuas. Si autem *ex te* scribatur, significat, quod
 ex te bono Patre sit Filius propitiatio, quâ in-
 diget omnis creatura rationalis. Ait enim
 Ioannes, *Et ipse est propitiatio pro peccatis* 1. Ioa. 2,
nostris. Quid porò sibi vult istud, *Propter no-
 men tuum sustinui te Domine?* alius, *Vt cogno-
 scatur Verbum tuum*: Aquila & Theodotion,
Propter timorem: Septuaginta, *Propter legem
 tuam*. Quoniam enim, inquit, quasi lege qua-
 dam vsus es clementiâ expectaui salutem, &
 spes meliores minimè abijcio: nam si ad mea
 respexissem, iam pridem olim desperassem;
 nunc autem legem tuam & verbum tuum at-
 tendens, bonam spem concipio. Quale porò
 verbum? vti que clementiæ. Ipse enim dixit: P sal. 101,
Quoniam secundum altitudinem celi à terra II.
*corroborauit Dominus misericordiam suam
 super timentes eum*. Non tantùm autè rectè se
 gerentibus, verùm etiâ delinquentibus parcat.

Christus est
 propitiatio
 nostra.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
T A.

4. SVSTINUIT ANIMA MEA IN VERBVM TVVM.] Alius: *Sustinuit anima mea, & verbum eius expectavi.* Id est, Ex promissis & frequentibus pollicitationibus de benignitate eius & clementia sacram anchoram habui, nec de mea salute spem abieci.

Semper in
Deo sper-
tantium.

6. A CVSTODIA MATVTINA VSQVE AD NOCTEM.] Vult dicere, quòd à matutina custodia vsque ad postremam, id est perpetuò, totà vità, die ac nocte, oporteat ab illa spe pendere, licet innumerabilia eueniant quæ nos impellant in desperationem. Vel quia oportet etiam in rebus tristibus Dominum expectare, non solùm quando est matutina custodia, & res præsentis secundæ sunt, sed etiam vsque ad tenebras tentationum. Deinde etiam causam assignat; *Quia apud Dominum misericordia.* Quoniam, inquit, fons & thesaurus illic est clementiæ perpetuò scaturiens. Vbi autem est misericordia & redemptio minimè simplex, sed copiosa, tametsi à peccatis proditi fuerimus, non oportet concidere. Vbi enim est misericordia non exiguntur rigidæ rationes. Si ergo ita est, clarum est ipsum esse populum suum seruaturum non solùm ab inimicis, sed etiam à peccatis.

δ'. ΥΠΕΜΕΙΝΕΝ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ ΣΟΥ.] Άλλος· ὑπέμεινεν ἡ ψυχή μου, καὶ τὸ ῥῆμα ὑπὲρ ἐκκαρδίσκησα. ταῦτέστιν, ἕπο τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῆς συνηχῶν ὑποσχέσεων τῶν φιλανθρωπίας ἀγκυραν εἶχον ἰσθάν, καὶ ἐκ ἀπηγόρευον τὰ κατ' ἐμέ.

ε'. ΑΠΟ ΦΥΛΑΚΗΣ ΠΡΩΙΑΣ ΜΕΧΡΙ ΝΥΚΤΟΣ.] Βλέπε) εἰπεῖν, ὅτι διὰ τῆς θεωρίας φυλακῆς μέχρι τῆς ἑσχάτης, ἀντι τῆς ἁμαρτίας, πάντα τὸν βίον, νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ τῆς ἐκείθεν ἐλπίδος ἐκκρέμαστος, καὶ μωρία συμπύπτη τὰ ἐμβάλλοντα εἰς ἀπίγνωσιν. ἢ ὅτι καὶ πῶς σκυθρωποὺς θεωροῦσιν ἐπὶ κύριον, ἔ μόνον ὅτι φυλακὴ θεωροῦν, καὶ λαμῶσα τὰ παρόντα, ἀλλὰ ἔ μέχρι τῆς ζοφειῶν ὁδὸς ἀσπασίω. εἶτα λέγει καὶ τὴν αἰτίαν· ὅτι ὡς τὰ κύριον τὸ ἔλεος. ὅτι πηγὴ καὶ θησαυρὸς ἐκείνου, φησὶ, φιλανθρωπίας πηγάζων διηνεκῶς. ὅπως δὲ τὸ ἔλεος ἔ λύτερος ἐχ' ἀπλῶς, ἀλλὰ πολλὰ, καὶ ὑπὸ ἁμαρτημάτων ὡδὺν θεωροῦσιν ὡς ἀναπίπτει ἐ καὶ καὶ. ὅπως γὰρ ἔλεος ἀκελεύεις ὀρθῶς ἐ γίνονται. εἰ τῶν τῶν, ἀδύνατον ὅτι καὶ τὸν λαὸν ὑπὲρ σῶσθαι καὶ ἀπαλλάξει ἐκ ἐχθρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτημάτων.

C A T E N A P A T R V M.



ORIGENIS. Iustorum chorus hanc Deo affert deprecationem.

PROV. 18.
4.
Profundum
cor viri.
Ioan. 4, 11.

I. DE PROFVNDIS CLAMAVI AD TE DOMINE.] ANONYMI. In Prouerbijis: *Aqua profunda consilium in corde viri.* Fundum cordis viri quis intelliget? inquit Iudith. *Puteus altus est,* ait Samaritana. Etiam profunditas in laude ponitur; vt in isto, *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei,* pertingens vsque ad profunda Dei. De profundis igitur illis clamauit.

1. Cor. 2,
10.

Isaia 29,
13.

ORIGENIS. Non ex superficie, sed de profundis suis clamauit ad Dominum. Illud autem *inclamaui te*, cum aliud sit quam *clamaui ad te*, potest significare, quoniam magnificè & magnâ voce (spiritualiter nimirum magnâ) de Deo verba feci. Siquidem improbus labijs honorat Dominum, cum ab ipso longè absit corde: beatus verò, eò



ORIGENIOIS. Οἱ τῆς δικαιοσύνης χοροὶ ταύτην τῶν θεῶν τὴν ἰκαταίαν θεωροῦσιν.

α. ΕΚ ΒΑΘΕΩΝ ΕΚΕΚΡΑΞΑ ΣΟΙ ΚΥΡΙΕ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐν παροιμίαις· ὕδωρ βαθύ βυθὸν καρδία ἀνδρός. βάθος καρδίας ἀνδρός τίς τοσοῦτος; φησὶν ἡ Ἰουδαία. τὸ φρέαρ ὅστις βαθύ, λέγει ἡ Σαμαρεῖτις. καὶ ἐν ἑπαίνῳ τὸ βαθύ λέγεται· ὡς ἐν τῶν, τὸ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, ἔ τὰ βάθη τῆς θεῶν, φθάσας ἐπὶ τὰ βάθη τῆς θεῶν. ὅτι ἐκείνων ἐν τῆς βαθύων ἐπέκρυσεν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐκ ὅτι ἐπιπολεῖ, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐν ἑαυτῶν βαθύων ἐπέκρυσεν ὡς κύριον. τὸ δὲ ἐπέκρυσεν σε, ἔπειρον τυγχάνοι τῶν ἐπέκρυσεν ὡς σε, ὁ δὲ ὡς σιμαίνεν, ὅτι μεγάλως καὶ μεγάλη φωνῆ (γοητῶς δὲ μεγάλη) ἐθολόγησα. ὁ μὲν ἐν φαῦλος τοῖς χεῖλεσι πηρὶ κύριον, πόρρω ἀπέχων ἀπ' αὐτῆς τῆς καρδίας· ὁ δὲ μακάριος, τὰ

τὸ

τὸ πνεῦμα κροῖεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆ, ἐκ βαθέων ἐπέκραυε πρὸς τὸν κύριον.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐντυθεὶν δύο μαρθάνομεν· ὅτι τε, ἐκ ἔσθ' ἀπλῶς ἢ παρὰ τὴν θεῶν τυχεῖν, ἴαν μὴ τὰ παρ' ἡμῶν ὑπάρξῃ. φερόμεθα γὰρ φησὶ ἐκ βαθέων ἐπέκραυε, καὶ τότε εἰσάκουσον. ἵπνιται, ὅτι διὰ τὴν ὡδρατιζομένη καὶ σακρῶν γέμισα πολλὰ ἔχει δυνάμει εἰς τὸ πείσει τὸν θεὸν ὅτι πνεύσασα τοῖς λογιζομένοις. καὶ γὰρ ὡσπερ μέγα πηκατορθωκῶς, ἔ τὰ παρ' αὐτῆ πληροῦσαι, ἔ τως φησὶ· Κύριε εἰσάκουσον τῆ φωνῆς μου.

β'. ΓΕΝΗΘΗΤΑ ΤΑ ὨΤΑ ΣΟΥ ΠΡΟΣΕΧΟΝΤΑ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὠτα κυρίου καλεῖ ἢ ἐπακουστικῶ διακρίν δυνάμει αὐτῆ.

γ'. ΕΑΝ ΑΝΟΜΙΑΣ ΠΑΡΑΤΗΡΗΣΗΣ ΚΥΡΙΕ, ΚΥΡΙΕ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁ διπλασιασμός ἐχ' ἀπλῶς, ἀλλὰ θαυμάζοντες καὶ ἐκπληττομένη τὸν πολὺν τῆς φιλασεφπίας ὄγκον, ἔ τὴν μεγαλειωσίαν αὐτῆ τὴν ἀπείραντον. Τίς ὑποστήσεται; ἔ ἐκ ἔπει, τίς διαφύξειται; ἀλλὰ, τίς ὑποστήσεται; ἐδὲ σῆται δυνάμει ποτὲ φησὶ. τί ἔστιν, ὅτι ὡδρα σοὶ ὁ ἰλασμός ἐστιν; Οὐκ ἐν τοῖς ἡμετέροις, φησὶ, κατορθωκῶσιν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀγαθότητι τῇ σῆ ἐστὶ τὸ διαφυγαῖν τὴν κάλασιν. τὸ διαφύγειν τὴν δίκην ἐν τῇ σῆ καὶ τῆ φιλασεφπία· καὶ μὴ ταύτης ἀπολαύσασθαι, τὰ ἡμέτερα ἐκ ἀρκῆ τῆς μελέτης ἡμᾶς ἔχαρπίασιν ὀργῆς. τὴν καὶ δὲ τὴν φερόμεθα δηλῶν ἔλεγον· ἐγὼ εἰμι ὁ ἐξαλείφω τὰς ἀμαρτίας σου.

δ'. ΟΤΙ ΠΑΡΑ ΣΟΙ Ο ΙΛΑΣΜΟΣ ΕΣΤΙΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ ὡδρα τῆς κελῶ ἰλασμός ἢ ἀνομιῶν ὁ Χριστός ἐστιν· αὐτός γὰρ ἰλασμός ἐστι πρὸς ἡμᾶς ἀμαρτιῶν ἡμῶν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί δὲ ἔστι πᾶσι, ἔτεκεν τὴν ὀνομασίαν σου; ὅτι, φησὶν, εἰ καὶ ἔφω ἀμαρτιῶν καὶ μυρίων γέμων κακῶν, ἀλλ' ὁμοῦς ἡδὲ, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα σου βεβηλωθῆ, ὡς ἐκ ἀν φερόμεθα ἀπολλυμένης. ἔτερος πᾶσι φησὶ, τὸν λόγον σου φερόμεθα ἔτερος, ἔτεκεν νόμον ἢ φόβον ὑπέμεινά σου κύριε.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ δὲ τὴν θεῶν ὄνομα ὑπομονή, κρείττων τῆς δι' ἄλλο π. καὶ εἰς λόγον τὴν κελῶ γηρομένη ἢ ψυχῆ, ἔπαυται ὑπομῆς.

ε'. ΑΠΟ ΦΥΛΑΚΗΣ ΠΡΩΙΑΣ ΜΕΧΡΙ ΝΥΚΤΟΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀντὶ τῆ, δὲ

quod Spiritus clamet in corde eius, de profundis clamavit ad Dominum.

CATE-
NA PA-
TRVM.

CHRYSOStOMI. Hic duo discimus; nempe, quod absolute à Deo impetrare non possumus, nisi nostra quoque adfuerint. Prius enim dixit De profundis clamavi, & tunc exaudi. Deinde, quod oratio intensa & lacrymis plena magnam vim habeat ad persuadendum Deo ut annuat ijs quæ dicuntur. Etenim ac si magnum & præclarum quid fecisset, & partes suas expleffet, ita subiunxit: Domine exaudi vocem meam.

Oratio intensa multum valet apud Deum.

2. FIANT AVRES TVÆ INTENDENTES.] ORIGENIS. Aures Domini vocat vim illam quâ preces eius exaudit.

3. SI INIQUITATES OBSERVAVERIS DOMINE, DOMINE.] CHRYSOStOMI. Hæc geminatio non abs re ponitur, sed est admirantis & magnum clementiæ pondus, & infinitam eius maiestatem obstupescens. Quis sustinebit? Et non dixit, Quis effugiet? sed, Quis sustinebit? Neque subsistere, inquit, unquam poterit. Quid sibi vult istud, Quia apud te propitiatio est? Non in nostris, inquit, rectè factis, sed in tua bonitate licet effugere supplicium. Ut iudicium effugiamus, in tua clementia situm est: quod si eam non fuerimus affecuti, nostra non sufficiunt ad nos ab ira futura eripiendos. Hoc etiam per Prophetam significans dicebat: Ego sum qui deleo iniquitates tuas.

Christus nobis extitit propitiatio.

4. QUIA APUD TE PROPITIATIO EST.] ORIGENIS. Ea quæ apud Dominum est propitiatio delictorum est Christus: Ipse enim est propitiatio pro peccatis nostris.

1. Ioan. 2, 2.

CHRYSOStOMI. Quid rursus est illud, Propter nomen tuum? Quamuis, inquit, ego sim peccator & plenus malis innumerabilibus, sciebam tamen, ne nomen tuum profanaretur, fore ut nos pereuntes minimè despiceres. Alius rursus ait, Verbum tuum expectavi: alius, Propter legem vel timorem sustinui te Domine.

ORIGENIS. Tolerantia quæ propter nomen Domini fit, præstantior est quàm quæ fit alia quacumque ex causa. Et anima quæ ad verbum Domini spectat, laudabiliter sustinet.

6. A CUSTODIA MATVTVINA VSQVE AD NOCTEM.] ANONYMI. Id est, per totam

CATE-
NA PA-
TRVM.

totam noctem. Postremi enim vigiles vsque ad tempus illud excubant.

SPERET ISRAEL IN DOMINVM.] ORIGENIS. Non satis est iustis si soli diuitias spei in Deo collocatæ obtineant, verum etiam omnes alios ad similem possessionem adhortantur, & fructum qui hunc proueniat declarant.

Quia à custodia matutina vsque ad noctem in Deo sperat. Rom. 13, 12. Ioan. 9, 4.

EIVSDEM. Anima quæ ab exordio rectè vixit sperat in Domino à custodia matutina. Siquidem nox præcessit, dies autem appropinquauit. Et si perseverauerit facere illa quæ spe digna sint, sustinens in finem, & audiens illud, Operamini donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari; tunc sperat à custodia matutina vsque ad noctem. Si quis autem cum inceperit benè currere non perseverauerit, à custodia quidem matutina speravit in Domino, non tamen vsque ad noctem. Verum si quis etiam tardius incipiens cursum consummauerit, non quidem à custodia matutina, sed vsque ad noctem sperat. A prima igitur ætate Deum colere quis admonens dicat, A custodia matutina speret Israël in Domino.

A iuuentute vsque ad senectutem in Deo sperantibus.

7. QVIA APVD DOMINVM MISERICORDIA.] ANONYMI. Adhortans nos vt à iuuentute & ab initio decertemus, ait idcirco nos oportere à custodia matutina sperare in Dominum; quoniam cum misericordia sit apud Dominum, & copiosa redemptio ab ipso fiat, ex multis afflictionibus liberatos sperare licet certaminis consummationem, vt rebus speratis potiamur per misericordiam Dei redimentis nos ab omnibus iniquitatibus nostris, non sinentes in ijs esse principatum Israël.

CHRYSOSTOMI. Cum ergo talis sit, & vbique diffusa sit eius clementiæ magnitudo, clarum est eum esse populum suum seruaturum, & liberaturum non solum à supplicio, sed etiam à peccatis. Hoc ergo cum sciamus, perseveremus rogare & orare: & numquam desistamus, siue acceperimus, siue non. Si enim dare situm sit in eius potestate, in eius quoque potestate situm est quando vult dare: tempus autem

σώσης νυκτός. οί γδ πλείστοις φυλάκεις μέχρις εκείνης φυλάττεται τὸ καιρῶν.

ΕΛΠΙΣΑΤΩ ΙΣΡΑΗΛ ΕΠΙ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐκ ἀρμύονται οί δικαιοί μόνοι τῆς εἰς θεὸν ἐλπίδος ἔχειν τὸν πλεῖστον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης ἀπαντας εἰς τὴν ὁμοίαν κτῆσον προεβίβησαν, καὶ τὸ ἐν τῷ θεῷ φυλάκτον δὴ πλεῖστον κέρδον.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τὸ ἀρχῆθεν καλῶς βιώσαντος ἡ ψυχὴ ἐλπίζει ἐπὶ τὸν κύριον ὑπὸ φυλακῆς σωφίας. Ἐ γδ ἡ νύξ σωφροσύνης, ἡ δὲ ἡμέρα ἡγίας καὶ ἀγαθῆς ποιῶν τὰ τὴν ἐλπίσιν ἄξια, ὑπομῶν εἰς τέλος, καὶ ἀκρίων τῆς ἐργασίας ὡς ἡμέρα ὅστις ἔρχεται νύξ, ὅτι ἡ δὴ δυνάται ἐργάζεσθαι. ἐλπίζει ὑπὸ φυλακῆς σωφίας μέχρι νυκτός. εἰ δὲ τις ἀρξάμενος ἔβη καλῶς καὶ ἀγαθῶς, ὑπὸ φυλακῆς μὲν σωφίας ἠλπίσεν ἐπὶ κύριον, ἡ μὲν καὶ ἕως νυκτός. ἀλλὰ καὶ εἰ τις βεβήσεν ἀρξάμενος ἀγαθῶς, ἐκ ὑπὸ φυλακῆς μὲν σωφίας ἐλπίζει, ἕως δὲ νυκτός. Τὸν δὲ σωφροσύνης ἢ ἡλικίας προεβίβησεν πρὸς διασβῆθαι λογίται, ὑπὸ φυλακῆς σωφίας ἐλπίσάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ κύριον.

Ζ'. ΟΤΙ ΠΑΡΑ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΤΟ ΕΛΕΟΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Προεβίβησεν ἐκ νόστητος ἡμεῖς Ἐ ἀρχῆθεν ἀθλείν, φησὶ δὲ τὸ δεῖν ὑπὸ φυλακῆς σωφίας ἐλπίζειν ἐπὶ κύριον. ἐπιπέτρ τὴν ἐλπίσιν ὅτις ὡς καὶ κλειῶν, Ἐ πολλῆς λυτρώσεως προμῆκας ἀπ' αὐτῆ, λυτρώμεν ἐκ πολλῶν ἐλίψων τὸν Ἰσραὴλ ὅστις ἐλπίζειν ἀγαθῶς τὰ τὴν ἀγῶνας, ἐπὶ τῆς τυχεῖν τῆς ἐλπίσιν ὁμῶν δὲ τὸν ἔλεον τὴν θεῷ λυτρώμεν ὑπὸ πασῶν ἀνομιῶν, ἐκ τῆς μηδὲ τὴν ἀρχῆν ἔσθαι ἡμέρας ἐν αὐτοῖς τὸν Ἰσραὴλ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰ τὸν πῶν τοῦτοῦ ὁμοῦ καὶ κέρδον παντὸς τῆς φιλαθεροσύνης αὐτῆ τὸ μέγεθος, ὁ δὴ λαὸς ὅτι καὶ τὸν λαὸν αὐτῆ σώσει, καὶ ἀπαλλάξει ἐκ κολάσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀμαρτημάτων. τὸ ἐν εἰδότης, μίνωμεν ὡς ἀκαλῶντες καὶ μηδὲ ποτε λυτρώμεν, καὶ λάβωμεν, καὶ μὴ λάβωμεν. εἰ γδ τὴν δεῖναι κύριος, καὶ τὴν πῶν δεῖναι κύριος ὅστις καὶ τὸν καιρὸν οἶδει ἀκελῶς.

nouit optimè.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNO- TATIO- NES COR- DERII.

De Psalms huius uti- litate & argumento.



REVIS hic Psalmus est (inquit Bel- larminus) sed plenus saluberrimâ do- ctrinâ, vt non sine causa in Ecclesia præter ceteros frequentetur: vnus est ex gradualibus ; quia deplorat miseriam exilij: vnus est etiam ex pœnitentialibus ; quia docet rationem agendi veram pœnitentiam. Pro defunctis quoque recitari solet in Ecclesia frequen- tissimè ; quoniam si dicatur in persona animæ in Purgatorio detentæ , omnia optimè quadrant. Nam & animæ illæ sunt in quodam profundo, & ascendere cupiunt, & expectant misericordiam Dei per Redemptoris nostri preium. Denique tria continet, scilicet orationem ad Deum, exhortationem ad populum & prædictionem redemptionis futuræ.

Humana natura sine Christo ha- retes in pro- fundo pec- cati.

1. De profundis clamaui ad te Domine.] Græcè est, ἐκ βάθρων ἐπιβοῶ σου, clamaui tibi: Aquila, Ἐκ βαθύτων ἐπιβοῶ σου κύριε, De profundis in- uocauit te Domine : Symmachus, Ἐκ βαθύτατων ἐπέβοά σοι, De profundissimis vocauit te : quinta & sexta Editio, ἐκ βάθρων σου, clamaui te. Quasi de profunda fouea, vel ex profundo pelago, siue barathro, vt inde eruatur, veluti Ionas alter ex ventre ceti, clamat hîc Propheta ; & simul indicat quo in loco res essent humanæ sine Christo ; Deique opem exposcit, Clamat, inquit S. Augustinus, sub molibus & fluctibus iniquitatum suarum. Petit deinde, ne iniquitates vt Iudex seuerus obseruet atque excutiat, vel ne peccata seruet ac retineat: quod faceret, si Deus Messiam non mitteret. vnde subdit:

Peccato- rum remis- sio est per Christum.

3. Si iniquitates obseruaueris, &c.] Id est, Si peccata retinueris ; nec ea dimiseris propter merita Christi tui. Vel, Si peccata obseruaueris, & vt seuerus Iudex sine meritis Christi exqui- fieris, Domine quis sustinebit? vel etiam ex He- bræo, Quis stabit? Quis iniquitatum & iræ tuæ pondus sustinere poterit, quin concidat, & in profundum tartarum pondere pressus ruat?

1. Cor. 1, 30.

4. Quia apud te propitiatio est.] Scilicet per Christum, qui apud te viuum est propitiato- rium; cuius merita hominum iniquitatibus propitium te reddunt: Hebraicè est סליחה selichah: id est, Venia siue remissio tecum est. Omnis au- tem peccatorum remissio per Christum, verum totius orbis propitiatorium, conceditur. Vel dicitur propitiatio siue remissio, quia causa est om- nis remissionis; iuxta illud Pauli, Qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Apud Agellium Hebræi istis verbis, Quia apud te propitiatio est, addunt, vt timearis. Quod duplicem patitur explicationem: Primò, vt idem sensus sit cum istis verbis Apostoli,

Rom. 3, 25. Christi et- iam propi- tiatio me- suenda.

Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ: quasi utrobique innuat Christum propitiato- rium factum siue clypeum, qui peccatorum pœ- nas in seipso suscipiat, magnitudinem diuinæ iustitiæ nostrorumque scelerum grauitatem nobis ob oculos ponere, vt ea summoperè exhor- reamus. Nam si in viridi ligno hæc faciunt (in- quit ipse Christus) in arido quid fiet? vnde ap- positè Eusebius, siue Eucherius Gallicanus,

Lucæ 23, 31.

TOMVS III.

Hom. 2. de Symbolo : Ita & Dominus noster Iesus Christus non solum diuinitatem, sed etiam crucem & mortem suam post futuris seculis voluit celebrari, vt à peccatis, propter qua moriebatur, non solum nos Dei mandata renocarent, sed illata pro nobis supplicia & vulnera detererent. Ita ille. Scitè detererent, grauiissimo scilicet fœditatis peccati & seueritatis diuinæ (quæ proprio Filio, quoddam hominum fideiussor esset, non pepercit) iniecto metu atque terrore. Aliter quoque sic explices: Quia apud te propitiatio est. Hoc est, Idem in propitiatorium, siue operculum, aut scutum, pro peccatis nostris te opposuisti, vt dum homines atrocissimas pœnas atque dolores, quos pro illorum sceleribus per- tulisti, vident simulque animaduertunt, nouis modò peccatis, quantum ex se est, te rursus crucifigere, & super dolores vulnerum tuorum addere, non possint non ad te timendum vehementiùs permoueri atque perducì. Sub quo sen- su illa verba Isaïæ, Stemus simul: quis est aduer- sarius meus? accedat ad me, sic pulchrè accipie- bat Stephanus Cantuariensis in allegorijs Got- fridi Tilmanni ad cap. 3. Sophoniæ, vt ex consi- deratione vulnerum atque dolorum, quæ pro homine Saluator sustinuit, magnus ipsos occu- pet pudor, quo à peccando refugiant: Accedat, inquit, & videat propter se multatum morte, impatum cruce, spiritus illitum, plagis linidum, spinis coronatum, lanceâ perforatum, & esse ad- uersarius erubescat. Ita ille. Meritò igitur apud Deum propitiatio est vt timeatur.

Isaïæ 50, 8.

IBIDEM. Et propter nomen tuum sustinui te Domine.] Sic est in editione Ambrosiana Eccle- siæ Mediolanensis, & in Psalterio Arabico & Ethiopico, & in plerisque libris Græcis, & apud Theodoretum; qui hæc refert. Pro τὸ ὄνομα, Aquila quidem & Theodotion interpretati sunt φόβον, timorem; Symmachus autem νόμον, legem: quod habent ceteræ editiones Latinæ & SS. Hi- larius & Augustinus. Scholiastes addit, quin- tam Editionem dixisse, ὄνομα ὀνόματι, ut ter- ribilis sis. S. Chrysostomus habet etiam νόμον, & hæc affert: alius, Ἐνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, Propter no- men tuum: alius, Ἐνεκεν τοῦ γνωσθῆναι τὸν λόγον σου, Vt cognoscatur verbum tuum: alius, Ἐνεκεν φόβου ὑπὲρ πάντα κύριον, Propter timorem sustinui Dominum: alius, Ἐνεκεν νόμου δέμεναι κύριον, Propter legem ex- spectauit Dominum. Meminit autem hoc loco le- gis, id est pacti cum Patribus initi. ac si dicat: Expectaui te ò Deus vt mitteres Messiam in lege promissum: vel propter legem tuam, quæ tota Messia typis & vmbrijs & vaticinijs plena est. Expectationem deinde suam exaggerat, & repetit.

IBIDEM. Sustinuit anima mea in verbum tuum.] Sic Vetus Psalterium & S. Augustinus atque Hilarius: Vulgata autem & Romanum habet, in verbo eius: apud S. Chrysostomum alius legit, Προσέδωκον ἡ ψυχή μου τὸ ῥήματι αὐτοῦ, Expectaui anima mea verbum eius: alius, Ἰπέ- μινον ἡ ψυχή μου, ἐπὶ τὸ ῥήμα αὐτοῦ ἀπαράδοξον, Susti- nuit mea, & verbum eius expectaui: quomodo S. Hieronymus etiam vertit ex Hebræo. q. d. Ex- spectauit

G g g g

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII. spectavit anima mea Verbum eius diuinum (quod secunda sacrosanctæ Trinitatis persona est) in mundum venturum; & naturam humanam assumpturum speravi, & spero.

David
quanto
Messia de-
siderio tem-
vesur.

6. *A custodia matutina usque noctem speret Israël in Dominum.*] Id est, Semper, perpetuò, torâ die, speret Messiam optatissimum venturum. Ex Hebræo verti quoque potest: *Anima mea ad Dominum præ observantibus matutinam lucem:* quod etiam Aquila vertit, *Ψυχὴ μου εἰς κύριον ἀπὸ φουλασάντων τὴν πρωΐαν.* Confert hîc Vates desiderium Messiz quo flagrabat cum desiderio ægrorum, & iter facientium, & negotiatorum, qui matutinam lucem ad releuandum morbum, & iter negotiaque celeriter peragenda, anxie expectant & observant; ipsum verò Messiz aduentum similem esse innuit luci matutinæ. quasi dicat: Anima mea Messiz clarissimum aduentum expectat, illumque suspirat, plusquam illi qui vel morbo afflicti, vel negotijs vel itineri cursu veloci conficiendo intenti, noctis longitudinem incusant, lucisque matutinæ aduentum vehementer exoptant. Chaldæus sic interpretatus est: *Anima mea expectans Dominum plusquam observantes custodias matutinas; quas observant, ut offerant oblationem matutinam.* Qui sensus Messiz admirabilem indicat oblationem. q.d. Anima mea Deum

expectat, eximiumque illud tempus, in quo Messias seipsum in cruce veluti agnum immolatum pro mundi peccatis Deo offeret. Expectat verò Messiam anima mea plusquam observantes custodias matutinas in templo, vt summo manè sacrificium matutinum faciant: quod sacrificij à Messia faciendi typus est.

7. *Quia apud Dominum misericordia, &c.*] Tandem fore prædicit vt Messias veniat mundumque redimat; qualisque sit ea redemptio aperit, nimirum ex iniquitatibus, & copiosa: verè copiosa: Primùm, quia per copiosam sanguinis effusionem. Deinde, quia non per sanguinem taurorum aut hircorum, sed Dei in crucem sublata effecta est. Præterea, quia non vni vel alteri, sed infinitis etiam peccatis abolendis satis est. Adhæc, quia non multis tantùm, sed omnibus, imò innumerabilibus hominibus redimendis sufficit. Adde, quòd non vnus tantùm, sed omnium temporum omniumque sæculorum captiuus, vt in libertatem vindicari possint, infinitum pretium contulit. Ad extremum, quia non ex peccato solùm animas eripit, sed gratiâ etiam Spiritusque sancti donis in hoc sæculo exornat, easque post hoc sæculum vnâ cum corporibus è mortis potestate ereptas perpetuâ gloriâ in cælo empyreo coronat.

Copiosa
Christi re-
demptio.

IN PSALMVM CXXX. ARGVMENTVM.

1. Canticum graduum.

α. Ω' δὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Propheticus sermo humilitatem edocet, & eorum qui hanc diligunt personam inducit, precantium Deumque obtestantium pro quibus fuerant inflati: vel eorum qui in Babylone virtutem adamauerant, gloriantium eò quòd non similia plurimis perpeffi essent, sed permanserint à Deo dependentes secundùm exempla quæ subiunguntur.

Ταπεινοφροσύνην ὁ προσφηκὸς ἐκπαίδει λόγος, καὶ τῆς ταύτης ἰεραστῶν εἰσαγάγῃ τὸ προσώπου, τὸν θεὸν λιπαροῦντων ἐφ' οἷς ἐφυσήθησαν· ἢ τῆς ἐν Βαβυλῶνι φιλαρέτων, σεμννομένων ἐφ' οἷς ἐ τὰ ὄμματα ἐπιπέσαν τοῖς πολλοῖς, ἀλλ' ἔμεναν ἐξητημένοι τῷ θεῷ καὶ τὰ ἐπιφροσύνην ὑποδείγματα.

PARAPHRASIS ANONYMI.

DOMINE non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei.

Oratio ho-
minis sibi
bonè confij.

Id est, In Babylone nihil desideravi ex delicijs ipsorum quæ cum impietate permixtæ sunt: sed neque idolis attendebam, aut ijs quæ illic immolabantur. Nihil enim mihi tam iucundum accidebat vt pietas.

Neque ambulavi in magnis neque in mirabilibus super me.

Id est, Sed neque concupiui Principatus supra pietatem.

ΚΥΡΙΕ ἔχ' ὑψώθη ἡ καρδία μου· ἐδὲ ἐμετεωρίσθην ὁ ὀφθαλμοί μου.

Ἀντὶ τῆς ἐν Βαβυλῶνι ἐδὲν ἐπιθύμησα τῆς παρ' αὐτοῖς τερπνῶν ἀ τῆ ἀσθεΐα ἀνεμέμηκτο· ἀλλ' ἐδὲ τῆς εἰδωλοῖς προσέειπον, ἢ τοῖς ἐμοῖς τελευτήμοις. ἰμοὶ γὰρ ἐδὲν ἠὲ τερπνὸν ὡς τὸ ἀσθεῖν.

Οὐδὲ ἐπορεύθην ἐν μεγάλοις ἐδὲ ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ.

Ἀντὶ τῆς, ἀλλ' ἐδὲ ἐπιθύμησα δυναστείας ὑπὲρ τῶν δούλων.

β'. Εἰ.

β. Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνῃν· ἀλλὰ ὑψώσω τὴν ψυχὴν μου.

Εἰ δὲ μὴ τὸ ἐναντίον, φησὶν, ἔπεισ ὅλως σε εἰχόμεν, καὶ πρὸς σὲ ἀπέβλεπον.

Ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμῶν Ἰπὶ τῷ μητέρᾳ αὐτῆς,

Καθ' ἅπερ, φησὶ, ἐκείνο ἄλλο ἔστιν ἐπι- σαταὶ πλὴν τῆς φειδύσεως.

Ὡς ἀνταποδώσεις Ἰπὶ τῷ ψυ- χῶ μου.

Τὸ ὡς ἀντὶ τῆς ἔπεισ λέγει. βέλει γὰρ ἐπι- πῆ· ὅτι εἰ μὴ τοῦτο ἦμιν, ἔει μὴ ταῦτα πάντα ἐποίησεν, ὡς ἀκρεβῶς ἐπιστάμενος καὶ τὰς καρδίας ἡμῶν ἀνθερόπων, ἀπόδος μοι εἰ ἀλοίλῳ ψυδόμενος. εἶτα καὶ ἐπισφραγίζει διχῆ τὰ εἰρημῶνα συνήθως καὶ φασὶν·

γ. Ἐλπισάτω Ἰσραὴλ Ἰπὶ τὸν κύριον ἀπὸ νῦν ἔτι καὶ εἰς τὸ αἰὼν αἰῶν.

Οὐκ ἔτι, φησὶ, διὰ τὸ ἔτι σταντὸν ἡμῶν ἀάρετα, ὡς καὶ εἰς τὸ ἐξῆς ἡμᾶς μήποτε ἀπορίσται τὸ ἐπιπέσειν ἐπὶ σὲ πεπνεαμῶνας ἐκ ἡμῶν πρὸς λαβόντων ἐπιτηδύειν γησιώας τὰ μέλλοντα.

2. Si non humiliter sentiebam; sed exaltaui animam meam.

Si autem non è contra, inquit, ita totus tibi adhærebam, & ad te respiciebam.

Sicut ab lactatus * super matre sua,

Quemadmodum, inquit, ille aliud nihil nouit præter nutricem suam.

* Sic retribuēs in animam meam.

Illud ὡς dicit pro ἔπεισ, id est sic. Vult enim dicere: Quoniam nisi talis eram, & nisi illa omnia faciebam, tu tamquam cordium exactus cognitor, redde mihi si falsum imposuero. Deinde etiam oratione prædicta more solito concludit & ait:

3. Speret Israël in Domino ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Igitur, inquit, Domine talem temetipsum nobis exhibe, vt etiam in posterum nos amplius non destituas spe tuâ ex præcedentibus expertos futura rectè dis- ponere.

PARA- PHRASIS ANONY- MI.

* Vulgata addit est

* Vulgata Ita retribu- tio in ani- ma mea.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

ΚΕΥΡΙΕ ΟΥΧ ΥΨΩΘΗ Η ΚΑΡ- ΔΙΑ ΜΟΥ.] Ἐν τῷ τὰ οἰκῆα διηγεῖται διορθῆται τὸν ἀκερα- τῶν. καὶ ἐ λέγει, ὅτι ὑψώθη μὲν, κατέχον δὲ τὸ πάθος. ἀλλὰ τί, ἐδὲ ἡμᾶς τὸ ψυχῆς ἢ ἀνομίας· ἀλλὰ λιμὴν καὶ ἀχίμασος ἢ δῆ- νοια, ἐ δεχομένη τὰ κύματα τῆ νοσήματός. τὴτο γὰρ ἐστὶ τὸ νόσημα πάντων ἀπὸν ἡμῶν κακῶν, καὶ ῥίζα ὠδονομίας πολλῆς. διό φησὶ, Κύριε ἐκ ὑψώθη ἡ καρδία μου, ἐδὲ ἐμετωρεῖσθαι οἱ ὀφθαλμοί μου. τῆτῳ, ἐκ ἀνάσταται τὰς ὀφρῦς, ἐδὲ ἀνέπειν τὸν ἀνχέ- να. ἀπὸ γὰρ τῆς ἔδοθεν πληγῆς τῆ πάθους ὑπερβύζον τὸ νόσημα ἔ τὸ σῶμα χημα- τίζει πρὸς τῶν ἔδοθον φλεγμονῶν.

ΟΥΔΕ ΕΠΟΡΕΥΘΗΝ ΕΝ ΜΕΓΑΛΟΙΣ.] Ἀντὶ τῆς, ἐκ ὑπερβύζον ἀνδρασι, τοῖς πλεῖστοι, τοῖς ἀλάζοι, τοῖς ὑπερηφάνοις. εἶδεις ἀκρί- λειν ταπεινοφροσύνης; Οὐ μόνον αὐτοὶ ἐκ- τὸς καὶ τῆ νοσήματός, ἀλλὰ καὶ τὰς ἔπει φλεγμαίνοντας ἔφυγα, καὶ ἡμῶν τοῖσιν ἀπι- πῆδα συλλόγων, δὲ τὸ πολὺ πρὸς τῶν ἀ-

DOMINE NON EST EXALTATVM COR MEVM.] Sua propria narra- do corrigit auditorem. Et non di- cit, Quoniam exaltatus fui, sed Passionem in- hibui. Sed quid? Ne animam quidem tetigit iniquitas: verum mens erat portus experts tempestatis, fluctus ægritudinis minimè ad- mittens. Hæc enim ægritudo malorum omnium causa, & plurimæ iniquitatis ra- dix existit. Quapropter ait, Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Id est, Non contraxi supercilia, neque ceruicem erexi. Hic enim morbus ab interno perturbationis fonte exundans etiam corpus ad tumorem interiorem componit.

NEQUE AMBLAVI IN MAGNIS.] Id est, inter viros tumidos, diuites, arro- gantes, superbos. Vidisti exactam humili- tatem? Non solum ipse erat à morbo alie- nus, sed eos etiam qui erant tumidi fu- giebat, & à talibus cœtibus resiliebat, pro- pter magnum odium quod in arrogan- tiam

Vari humis- lis argumēt- sum.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

tiam conceperat, & ut nullum ex ea damnum referret. Illud autem, *In mirabilibus super me.* id est, *In exuberantibus super me.* Quin potius, inquit, nisi contrarium fecerim: v. g. *Si non humiliter sentiebam,* &c. Id est, Non solum, inquit, ab arrogantia liber eram, & alienus ab his qui isto vitio laborabant, sed quia non eleuabar, contrariam etiam virtutem supra modum amplexus sum, scilicet humilitatem, moderationem, contritionem. Talem autem habebam humilitatem, qualem infans qui pendet ab ubere matris: quemadmodum enim ille adhæret matri, & humilis est, omnis arrogantix purus, viuens in innocentia: ita etiam ego me erga Deum gerebam ei perpetuo adhærens. Ablactati autem non abs re meminit, sed volens ostendere afflictionem & angustiam. Quemadmodum igitur infans ab ubere recenter auulsus ne sic quidem à matre recedit, sed flens & querulando se excrucians genitrici semper adhæret, nec ab ea recedit: ita ego quoque, inquit, in calamitatibus Deo semper adhæsi. Si autem ita non fui, retribuatur, inquit, animæ meæ. Id est, Luam vltimum supplicium. Deinde ostendens se ided proba facta sua enarrare vt alliciat auditorem, ait: *Speres Israël in Domino.* Siue calamitates siue quodcumque aliud acciderit, tu, inquit, spem retine in Deum.

Sicut infans matri, ita iustus semper adhaeret Deo.

λαζονείας μίσησ, καὶ ὡς κενὸν ἐκεῖθεν πρὸ δέξασθαι λυμὴν. Τὸ δὲ, ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ. ἀντὶ τῆς, ὑπερβάλλουσιν ὑπὲρ ἐμέ. Μαλλον μὲν εἶναι, φησὶν, εἰ μὴ τὸ ἐναντίον ἐποιήσῃ, εἰ μὴ ἐταπνοφρονῶν, καὶ τὰ ἕξῃς. Ἀντὶ τῆς, Οὐ μόνον τὴν ἀλαζονείας, φησὶν, καὶ θαυρῶς ἡμῶν, ἐδὲ τῆς ἐχόντων αὐτῶν ἀλλότριον, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ ἐπαρθῆναι, ἔτι τὴν ἐναντίας ἀρετῶν μὴ πολλῆς ἐνδείξασθαι ὑπερβολῆς, τὴν ταπνοφροσύνην, τὸ μὴ ἐξίστασθαι, τὸ σιωπῆσαι. αὐτῶν δὲ ἐκ τῆς ἀμελείας ταπεινώσασθαι, ὡς τὸ ὑπομάζον παιδίον. ὡς γὰρ ἐκεῖνο φέρει τὴν μητέρα ἔχεται, καὶ ταπεινῶσται, ἀλαζονείας πάσης ἐν καρδίᾳ, καὶ ἀφιείσθησιν. ἔτι καὶ γὰρ φέρει τὸν θεὸν ἡμῶν ἐχόμενος αὐτῆ. ἐχόμενος δὲ τὴν ἀπογαλακτισθῆναι ἐμνήσθη. ἀλλὰ καὶ τὴν θλίψιν ἔτι τὴν σποχρείαν θέλων ἐδείξασθαι. καὶ ἀπερ γὰρ παιδίον ἄρτι μαστῆ ὑποσάσθαι ἐδὲ ἔτι ἀφίστασθαι τὴν μητέρα, ἀλλὰ ὀδυρόμενος κλαυθμυροῦσθαι ὀδυρῶν ἔχεται, αὐτῆς καὶ ἐκ ἀφίσταται. ἔτι καὶ γὰρ φησὶν, ἐν συμφοραῖς ἐχόμενος τῆς θεῶ. εἰ δὲ μὴ ἔτι ἡμῶν, ἀνταποδοθῆναι, φησὶ, τῆ ψυχῆ μου. ἀντὶ τῆς, δοῦλον δίκην τὴν ἐχάσθαι. ἔτι δεικνύς ὡς καὶ τῆτο λέγει τὰ κατ' ἄρτι ὅπως τὸν ἀκαρῶν δὴ πασάσθαι, φησὶν. Ἐλπίσασθε Ἰσραὴλ ἐπὶ κύριον. καὶ συμφορὰ καὶ ἄλλο τι συμβαίη, σὺ, φησὶ, τὸ ἐλπίδος ἐξέχε τῆς εἰς θεόν.

C A T E N A P A T R V M.

1. **D**OMINE NON EST EXALTATVM COR MEVM.] ORIGENIS. Hæ sunt voces iusti in magnis & admirandis gratijs minimè superbientis, neque sese efferentis, neque tumescentis, verum etiam in his humiliter se gerentis.

CHRYSOSTOMI. Quid hoc est? Paulus ait stultum esse semetipsum laudare, etiamsi fuerit necesse; & ided subiunxit dicens, *Factus sum insipiens* [cùm gloriabar,] *vos me coëgestis.* Quomodo hoc ergo ignoravit Propheta, & nunc gloriatur dicēs, *Sum humilis & moderatus,* & quidem supra modum humilis ac simplex. Hoc enim ait, *Sicut ablactatus super matre sua* Quare hoc facit? Quia nimirum res hæc non est omnino prohibita: sed accidit nonnumquam vt si non gloriemur, simus infi-

1. Cor. 12, 11.

Non nisi in Domino gloriamur.

4. **K**ΥΡΙΕ ΟΥΧ ΥΨΩΘΗ Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Αὐτὰ φησὶν δικαίως ἐν χαρίσμασι μεγάλοις ἔτι θαυμασίοις μὴ πετυφόμενος, καὶ ὑπερβαλλόμενος, καὶ ἐν τέτοις ταπεινοφρονεῖν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί τῆτο, ὁ Παῦλος καὶ ἀνάγκης ἔσσης τὸ ἑαυτὸν ἐγκωμιάζειν ἀφροσύνην φησὶ. διὸ ἔτι πῶς λέγει, Γέγονα ἄφρονος καυχώμενος, ὑμεῖς με ἠναγκάσατε. πῶς εἰ τῆτο ἠγνόησεν ὁ Πεσοφθῆς, καὶ κενὴν χαυχᾶται λέγων, Ταπεινός εἰμι καὶ μέτερος, ἔτι ταπεινός καὶ ὑπερβολῶν καὶ ἀπλῆς. τῆτο γὰρ φησὶν, ὡς τὸ ἀπογαλακτισθῆναι ἐπὶ τῆν μητέρα αὐτῆ. τίνας ἐν τῆτο ποιεῖ; ὅτι ἐπὶ παντὶ καὶ τὸ πρῶτον κακῶν. ἀλλ' ἔστι ὅπου ἐ καυχώμενος, ἀφρονος γινόμενος.

μῦθα . διὸ λέγει ὁ καυχώμενος , ἐν κυρίῳ
καυχάσθω . καὶ γὰρ ὁ ἐπὶ τῷ σταυρῷ μὴ καυ-
χώμενος πάντων ἔστιν ἀφροσύνης καὶ πα-
ρομοιωτάτος . ὁ ἐπὶ τῇ πίστει μὴ καυχώμε-
νος , πάντων ἔστιν ἀθλιώτερος . ἔστι δὲ κακὸν
τὸ καυχᾶσθαι . καὶ γὰρ ὁ Φαρισαῖος ἐκαυχήσατο .
ὅθεν τίς ἐφ' ἔφησεν Παῦλος , Γέγονα ἀφροσ
καυχησάμενος , ὑμεῖς με ἠαγαπάσατε ; ὅτι
καὶ ὁρθώματα αὐτοῦ διηγείτο τὰ ἐπὶ τῆ βίῃ
καὶ πολιτείᾳ , ἀπερ' ἐ δέει φέρειν ἀνάγκης
ἐκ ἑσθῆς . ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἔφησεν Ἐὰν θυλήσω
καυχήσασθαι , ἐκ ἕσθημα ἀφροσ . ἀλήθειαν γὰρ
ἔρω . ὥστε ὁ τὰ ἀληθῆ λέγων ἐκ ἑσθῆ ἀφροσ ,
τῷ καιρῷ καλῆντος . ἐκείνῳ ἐδὲ ὁ φροσφῆτης
ἀφροσ καυχώμενος . ἀλήθειαν γὰρ ἔλεγε .
ἀλλὰ τίς ἡ αἰτία δι' ἧς εἰς τὸτο κατήγαγε
τὸν λόγον , ὥστε παιδεῦσαι τὸς ἀκροαταίς , μὴ
μὴ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς κακῆς εἰς ὑπόνοιαν
ἐμπιστεῖν , ἢ ὑποσυρτήσασθαι πάλιν , καὶ εἰς
ἀνάγκην ἐμπιστεῖν ἑτέρας ἀχμαλωσίας .

ΑΝΩΝΥΜΟΥ . Τῆς καρδίας τὸ ὕψος ἐ
μόον δυσσεβῆσαι , ἀλλὰ ἢ δυσσεβῆσαι λυμῆσαι
ται . ἔδειον δὲ τῆς ὑπερηφάνων , καὶ τὰς ὀφρῦς
ἐπαίρειν . τὸ δὲ ἐν μεγάλοις , ὁ Σύμμαχος ἐν
μυθολογίᾳ , ἐδὲ ὑπερβάλλεσσι με . ἀντὶ τῆς
ἐμαυτὸν ἐτήρω , καὶ τοῖς ὑπερ' ἀξίαν ἐκ
ἐπιπέδησα .

β' . Εἰ μὴ ἐταπεινοφρονουμ .]

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ . Ὁ δὲ Σύμμαχος , Εἰ μὴ
ἐξίσουσα , καὶ ἐξομῶσα τὴν ψυχῆν με
ὑπογαλακπιθῆνι φερὸς μητρὸς αὐτῆς , ἕτως
ἀνταποδοθεῖν τῇ ψυχῇ μου . εἰ μὴ ὑπερβλη-
σίως , φησὶ , βρέφει νυῦ ὑπογαλακπιθῆνι
θελῆς ἢ τὴν μητέρα δειμαίνοντι ἐδεισάσῃ ,
καὶ ἐμαυτὸν σοι ὑπέταξα , ἀλλ' ὑψηλῶν ἔχον
δέξιοιαν . ἢ αὐτῆς ἀντιδοθεῖς τυχεῖν ἀξία .

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ . Ὡς ὁ Ἰσαὰκ ἢ ὁ Σα-
μὴλ ἀπυγαλακτιθῆσαν , ἕτως καὶ εἰδὲ ἐκεί-
νους καὶ τὸς ὁμοίους αὐτοῖς μιμησάμενος . Οὐχ'
ὑψῆται δὲ ἡ ψυχὴ τῆς ὑπογαλακπιθῆντος
πρὸς ὑψῆτος αὐτῆς , ἀλλ' ὑψῆται ἐπὶ τὴν
ἐμπερὶ μητέρα . ὡς ἡς εἴρηται , ἢ δὲ ἀνω Ἰε-
ρουσαλὴμ ἐλευθερία ἔστιν , ἧς ἔστι μητὴρ
ἡμεῶν , καὶ τὰ ἑξῆς .

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ . Ὁ δὲ λέγει τοῖς
τῶν ἔσθῃ . Οὐ μόνον ἢ κακίας καὶ φαρῶς ἡμῶν ,
ἢ ἀλαζονείας λέγει . ἐδὲ μόνον τῆς ἔχοντων
αὐτῶν ἀλλότριος . ἀλλὰ ἢ τὴν ἀρετῶν τὴν
ἐσθῆν αὐτῆς καὶ πολλῆς ἐδὲξάμενος ἢ τα-
πεινοφροσύνης , τὸ μεξιάζων τὸ σωτηρίφθαι .

pientes. Quapropter ait: *Qui gloriatur, in Domino gloriatur.* Qui enim in cruce non gloriatur est omnium insipientissimus & iniquissimus. Qui non in fide gloriatur, omnium est miserrimus. Est quandoque etiam malum gloriari: nam & Phariseus gloriabatur. Cur igitur Paulus ait, *Factus sum insipiens [gloriando,] vos me coegit*? Quoniam narrabat præclara vitæ suæ instituta & facinora, quæ non oportebat narrare, nisi necesse esset. Alibi autem dicit: *Si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam.* Qui veritatem ergo dicit cum tempus postulat, non est insipiens. Non est ergo insipiens Propheta qui gloriatur: veritatem enim dixit. Sed quænam causa ipsum induxit in hunc sermonem, ut nimirum doceret auditores, ne postquam liberati sunt à malis in amentiam seu insolentiam relabantur, & iterum resiliant, & in aliam captiuitatis necessitatem incidant.

ANONYMI. Cordis elatio non solum impijs, sed etiam pijs officit. Proprium autem superborum est, supercilia erigere. Illud autem in magnis, *Symmachus in magnificentijs, neque transcendentibus super me.* Id est, Me ipsum custodiui, & supra dignitatem me non extuli.

2. SI NON HVMLITER SENTIEBAM.] ORIGENIS. Symmachus autem, *Si non exaquavi, & similem reddidi animam meam ablactato erga matrem suam, sic retribuatur anima mea.* Si non, inquit, te timui, & me ipsum tibi subegi ad instar infantis ab vbere depulsi suamque matrem verentis, sed altam habui mentem; obsecro ut eandem remunerationem consequar.

EIVSDEM. Quemadmodum Isaac & Samuel ablactati fuerunt, sic etiam hic illos illisque similes imitatus est. Non exaltatur autem anima ablactati quopiam illam extollente, sed exaltatur super matrem suam; de qua dictum est, *Illam autem qua sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra, &c.*

CHRYSOSTOMI. Quod autem dicit est eiusmodi: Non solum fui liber à vitio, arrogantiam inquam, nec solum ab ijs qui illam laborant alienus extiti; verum etiam contrariam ei virtutem cum magna humilitate suscepi, scilicet modestiam & contritionem.

CATE-
NA PA-
TRVM.
2. Cor. 1,
31.

1. Cor. 12,
11.

2. Cor. 12,
6.

Cordis elatio omnibus nocet.

Gal. 4, 26.

Humilitas patulo-
rum imi-
tanda.

CATE-
NA PA-
TRVM.
Matth. 18,
3.

Hoc ipsum discipulis suis Christus præcepit dicens: *Nisi conuersi fueritis sicut paruuli, non intrabitis in Regnum calorum.* Talem, inquit, ego habui humilitatem. Sicut enim lactens paruulus adhæret matri, & humiliatur, & ab omni arrogancia purus est; ita ego quoque erga Deum me gerebam, ei perpetud adhærens.

SIC RETRIBVES IN ANIMAM MEAM.] ORIGENIS. Ablactati animæ retribuit Dominus mercedem tantæ ascensionis.

3. SPERET ISRAEL IN DOMINVM.] ANONYMI. Deinde ostendens se ad alios adhortandos sua propria commemorasse, *Speret, inquit, Israël.* Qui enim, inquit, in eadem spe ac virtute metum communicat, eosdem quoque fructus percipiet.

ORIGENIS. In præcedenti quidem cantico dictum erat, *A custodia matutina speret Israël in Domino;* in hoc verò quousque? *Ex hoc nunc, inquit, & usque in sæculum.* Post hoc sæculum enim fruitur quis ijs quæ sperauerat.

CHRYSOSTOMI. Vides quemadmodum dixi in principio, quod in ijs quidem quæ ad fidem & dogmata pertinent, etsi nulla causa suppetat, assidue gloriandum sit, & qui non gloriatur perierit. In rectè autem factis, cum tempus postulat, minimè quoque recusanda est gloriatio. Quodnam est autem tempus? Multa & varia; quorum vnum est docendi auditorum. Quod utique etiam hic ipse dixit. Et ostendens se sua rectè facta ideò commemorare, vt auditorem ad imitationem suam alliciat, subiunxit: *Speret Israël in Dominum.*

τῆτο τοῖς μαθηταῖς ὁ Χριστὸς ἐκέλευσε λέγειν· Ἐὰν μὴ στραφῆτε ὡς τὰ παιδία, ἔ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ ἑβραίου. Τσαύτῳ καὶ γὰρ φησὶ, ἐκτισσάμενος ταπεινοφροσύνῳ. ὡς γὰρ τὸ ὑπομάζιον παιδίου ἔχεται ἢ μητρὸς, ἢ πατρὸς, καὶ ἀλαζονείας ἀπάσης ἔστι καθαρόν· ὡς καὶ γὰρ ἡμῖν πρὸς τὸν Θεὸν, ἐχόμενος αὐτῆ διπνηκῶς.

ΩΣ ΑΝΤΑΠΟΔΩΣΕΙΣ ΕΠΙ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τῆ τῆ δαυθαλακπιμῶν ψυχῆ δαυθόδιδωσιν ὁ κύριος μωδὸν ἢ ἐπὶ τοσῦτον ἀναβάσθως.

γ'. ΕΛΠΙΣΑΤΩ ΙΣΡΑΗΛ ΕΠΙ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐἴτα δεκνύς ὅτι εἰς ὡδραῖσιν ἐτέρον τὰ οἰκία διζέσιν, Ἐλπισάτω, φησὶν, Ἰσραήλ. ὁ γὰρ ἢ αὐτῆς μοι, φησὶ, κονωαν ἐλπίδος καὶ ἀρετῆς, καὶ τὰς αὐτὰς συλλέξει καρπῶς.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐν μὲν τῆ πρὸ ταύτης ὡδῆ λέλεχται, ἀπὸ φυλακῆς πρῶτας ἐλπισάτω Ἰσραήλ ἐπὶ τὸν κύριον. ἐν δὲ ταύτῃ καὶ ἔως πότε, δὲ τὸ δαυθὸν καὶ ἔως τῆ αἰῶνος. μετ' ἐκέπων γὰρ πρὸς δαυθαυεὶ τὰ ἐλπίζόμενα.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρῶς ὅτι ἐφλω ἔξ ἀρχῆς, ὅτι ἐν μὲν τοῖς πρῶτοις πίστεως καὶ δογματικῶν, καὶ αἰτίας ἐν ἑσπερ, σιωπῶς δεῖ κραυγῶν, καὶ ὁ μὴ κραυγόμενος δαυθαυεῖ. ἐν δὲ τοῖς καρθωμάσιν τῆ βίης, καὶ μετ' ἐκλαῖντος, ἐδὲ πῶτε ὡδραῖσιν δεῖ τὸν κραυγῶν. ποῖος δὲ καὶ πρῶτος; πολλοὶ καὶ δὲ φοροῖν ὡν εἰς ἑστὶ τὸ παιδεύσαι τὸν ἀκροατῶν. ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ἔλεγε. Ἐ δεκνύς ὅτι δὲ τῆτο λέγει αὐτῆ τὰ καρθωμάτα, ἵνα τὸν ἀκροατῶν ὅπασάσθω πρὸς τὸν αὐτὸν ζῆλον, ἐπήγαγγῃ. Ἐλπισάτω Ἰσραήλ ἐπὶ τὸν κύριον.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hoc Psalmo David humilitatem & modestiam suam Deo commendat, & exemplo suo monet Israël, vt sibi diffusus à Deo totus pendeat.

David non ad iactantiam, sed ad populi salutem refert humilitatis suam commendationem. 2 Reg. 24, 15.

1. Domine non est exaltatum cor meum, &c.] Sciendum hoc loco Davidem necessitate compulsum humilitatem suam prædicasse, non vt sibi quæreret vanam laudem, sed vt populi salutem promoueret. Optima sanè ratio. Nam viderat David, propter suam vanitatem in populo numerando grauiter percussus fuisse à Deo ipsum populum: quare voluit vt iterum propter suam humilitatem Deus in populum placaretur. Ita Lyranus hunc locum interpretatur: *Sicut, inquit, in corpore naturali bona & mala disposi-*

tio capitis redundat in membra; sic meritum & demeritum Principis redundat in subditos. Vnde, quia populus Israël fuit percussus propter peccatum David in populi enumeratione; ideo David proponit coram Domino meritum vite sue non ad iactantiam, sed ad populi conservationem. Quasi David ita quodammodo cum Deo argumentaretur: Superbus fui, fateor; sed iam nunc humilem me exhibeo. Si igitur, Domine Deus, propter meam superbiam populum percussisti, æquum est, vt propter meam humilitatem percussio medearis. Vnde patet, non ad propriam iactantiam, sed ad populi salutem, suam apud Deum humilitatem commendasse. Vera hæc animi magnitudo est, in operum grand-

Vera animi calisendo est, cor ne superbiat cogitetur.

granditate suam paruitatem intueri : veræ celsitudinis certa hæc consignatio est , ad ima se demittere , vbi quis peruenit ad culmen . Huc Davidis mens euaserat cùm hæc dicebat : verè magnus qui licet esset , in magnis tamen non ambulabat , nec se super se tumidus efferebat . Quod S. Ambrosius lib. 7. in S. Lucam hoc modo interpretatur : *Non nonit* , inquit , *phaleratu sermonibus artem sua iactare prudentia : quod Philosophi plerique faciunt* . Hanc enim tumido inflantem spiritu scientiam odit Numen , dæmon instillat : quare illam maximè semper auersatus est David ; & ne ab illa supplantaretur superiùs deprecatus est dicens : *Ne veniat mihi pes superbia* : ne elati animi tumor me deiciat & supplantet . Fructum autem suæ orationis hîc exponit , vbi vitæ suæ candidè & simpliciter meminit in hunc modum : *Neque ambulavi in magnis , neque in mirabilibus super me* . Ad quod ita pulchrè S. Ambrosius in Psal. 35. ait : *Hic orauit , ibi impleuit : non impleffet , nisi orasset* . Notat autem ibi Regium Vatem pro se orare voluisse ; vt nos doceret , quemadmodum orare debeamus ad Dominum . Neque enim cogitandum est , vnus tantùm superbix , precibus ad Deum fuis , illum victorem , & constantem in virtute fuisse : sed quæcumque animi labes obijceretur , si quod periculum fraudis denuntiaretur , ad idem armamentarium se conferebat , vires & constantiam ipsdem armis obtinebat : sic à vitio purus perambulabat in innocentia cordis sui medio in palatio , & diuinâ spe recreatus , extremum vitæ suæ diem opperiebatur .

2. *Sed exaltaui animam meam* .] Hoc est , E salutari mei ipsius demissione magnos animos & cælo dignos accepi , quæ me ducit ad Deum . Atque ita quidem Regij huius Cantoris bonus ac peritus interpretes D. Hilarius id dictum , *Exaltaui animam meam* , de excelsitate sumit animi piè generosi , & religiosè magni ; vt corde , inquit , *humiles , sensu vero & animâ firmus ex-*

celsi . Sed quomodo hæc non videntur sibi repugnare ? Priùs dixerat , cor suum non fuisse exaltatum ; deinde subiicit , se animam suam exaltauissè . Quæ hæc coherent ? Optimè profectò ; quia vera animi celsitudo est humilis cordis depressio : animæ verò depressio est cor elatum . Huc collineauit etiam sanctus Zeno Sermone primo in hunc Psalmium , horum verborum nexum expendens : *Videamus* , inquit , *ne forte Propheta ipse se impugnet exaltando animam suam , qui cor suum se non exaltasse gloriatur : non sibi repugnat , sed ostendit animâ esse sublimitatem , superiora vicisse ; quia qui se exaltauerit humiliatur ; & qui se humiliauerit exaltatur* . *Anima enim depressio cor elatum est : cor cohibitum promotio est anima* . Cordis igitur oculorumque depressio via est ad exaltationem animæ . Quò magis minuit se David , & corde respuit mundi magnalia , eò clatiorem exaltationem & magnitudinem acquirit animæ ; vti ibidem D. Zeno pulchrè ostendit : *Quæ* , inquit , *Propheta ista disersitas est ? Non exaltat cor , animam exaltat : excelsus animo , & corde submissus : humilis in suis , sed non humilis in sensu est : sensus eius in calo est , anima eius est in excelsis* . Simul cum cordis summissione animæ venit celsitudo : excelsus eris apud Deum vbi summissus fueris : dum te demiseris ad ima , cælorum ad excelsa pertinges . Amant enim cælorum magnalia descendere , non ascendere : nisi te in imis constitueris , nil cæleste magnum percipies . De cælestibus bonis locutus D. Paulus ait : *Quod oculus non vidit , nec auris ausuit* ,

ANNO-TATIONES COR- DERII. Anima celsitudo est cordis depressio & contra.

1. Cor. 2.

Psal. 35.

I N P S A L M V M C X X X I . A R G V M E N T V M .

α. Ω'δὴ τὰν ἀναβαθμῶν.

1. Canticum graduum.

Τῶ ὀδοποιῶν ὀδοῦ ἑμφερῆς ἕξιν ἑστῶ : ὡδὸν ἀλάθει γινώσκωντα οἱ ἐν Βαβυλωνί , μνησθήσονται τῷ κυρίῳ ὡς τὸν Δαβὶδ ἐπορεύσασθαι , καὶ δεῖναι λύσιν τῆ ἀιχμαλωσίᾳ , ὅπως αἱ καρφῆται λάβωσι ὠφέρας .

Hic Psalmus similis octogesimo octauo : nam qui in Babylone erant hoc loco quoque rogant Deum , vt memor sit promissionum suarum ad David , & à captiuitate tribuat solutionem , vt Prophetiæ finem accipiant .

P A R A P H R A S I S A N O N Y M I .

ΜΝΗΣΘΗΤΙ κύριε του Δαβιδ , καὶ πάσης τ' προσό- τητ' αὐτῶ .

MEMENTO Domine Dauid , & omnis mansuetudinis eius :

Πρώτητα ἐπαύθῃα ἐχ' ἀπλῶς τὴν ὀπείκην καλεῖ , ἀλλὰ τὸν φόβον τῷ θεῷ , μὴ εἰ σιωπῇ ὁ Δαβὶδ καὶ τ' ἀγάπην αὐτῶ

Mansuetudinem hoc loco non simpliciter æquitatem appellat , sed Dei timorem , cum quo vixit David ; & dilectionem

Quid appellet mansuetudinem.

erga

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

erga Deum, quæ illi erat familiaris : & abso-
lutè omnem subiectionem & obedientiam
hoc loco mansuetudinem nominat. Quòd
autem eius studium erga Deum sic appellet,
sequens quoque versus declarat. subdit enim:

2. Sicut iuravit Domino, votum
vovuit Deo Iacob:

Id est, Quando statuit & rogavit hæc.

* Vulgata
in

3. Si introiero in tabernaculum
domus meæ, si ascendero * super
lectum strati mei:

4. Si dederò somnum oculis
meis, & palpebris meis dormita-
tionem,

5. Et requiem temporibus meis:
donec inueniam locum Domino,
tabernaculum Deo Iacob.

Davidis
prima cura
oras de do-
mo Domi-
ni.

Hoc vult breuiter dicere: nempe, Memen-
to Domine quomodo David promiserit &
decreuerit, se præ omni quiete, & omni cul-
tu, omniq; necessitate curaturum, vt re-
periat locum, in quo nomini tuo domum
ædificet. Non enim hoc ait, quòd non dor-
miuerit, neque quieuerit priusquam locum
reperiret, sed quòd huius rei tantùm curam
gesserit, vt omni cultu proprio prætulerit in-
uentionem loci illius. Deinde etiam cetera
recenset.

6. Ecce audiuiamus eam in E-
phrata: inuenimus eam in cam-
pis siluæ.

Quoniam multo tempore præcesserat ar-
ca de loco in locum migrans; idcirco, inquit,
audiuiamus narrantes, vt etiam tunc per agros
& vicos circumiens postea firmata fuerit. Hoc
etiam nobis accidat. Ephrata autem vocat
Tribum Iuda, in quam postliminiò intro-
ducta fuit; & campum siluæ Hierusalem, in
qua quieuit. Subiungunt igitur Deum depre-
cantes, & aiunt hoc modo:

* Vulgata
Introibi-
mus in ta-
bernacu-
lum
adorabi-
mus

7. * Intremus in tabernacula
eius: * adoremus in loco vbi stete-
runt pedes eius.

Deinde etiam ampliùs rogantes hoc ip-
sum subiungunt:

2. Par. 6,
41.

8. Surge Domine in requiem

τιλὸν πρὸς τὸν θεόν, ἢ συνώκει· καὶ ἀπλάει
παῖσαν τιλὸν ὑποταγῶν καὶ ὑπακούων παρό-
τητα ἐνταῦθα ὀνομάζει. ὅτι δὲ τιλὸν συνεδρῶν
αὐτῆς τιλὸν πρὸς τὸν θεὸν ἕτως καλεῖ, δηλοῖ
καὶ ὁ ἕξῃς σίχρος. ἐπάγα γάρ·

β'. Ως ὤμοσε τῷ κυρίῳ, ἠύ-
ξατο τῷ θεῷ Ἰακώβ·

Ἀντὶ τῆς ὁμοιωτικῆς ἐῖδη ταῦτα.

γ'. Εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκηνώ-
μα οἴκου μου, εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ
κλίνης ἐργασίᾶς μου·

δ'. Εἰ δώσω ὑπνον τοῖς ὀφθαλ-
μοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου
νυσσαγμόν,

ε'. Καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτά-
φοις μου· ἕως ἃ ἴδω τόπον τῷ κυ-
ρίῳ, σκηνώμα τῷ θεῷ Ἰακώβ·

Τὸ βέλτερον συντόμως εἰπὼν· ὅτι, μνη-
μόσυνοι δέσποτα ὅπως ὑπέχετο ὁ Δαβὶδ ἐ-
κεῖνη, πείσθη αὐτῆς αἰνέσεως, καὶ πάσης θε-
ραπείας, καὶ πάσης ἀλλῆς χρείας θεραμίαν,
τὸ εἶναι τόπον, ἐν ᾧ οἰκοδομήσῃ τῆς ἀνάπαυ-
σεως οἴκου. ἐδὲ γὰρ τὸ λέγει, ὅτι ἔπειτα ἐμαθῆ-
θη, ὅτι ἀνεπαύσατο πρὸς τὸν τόπον,
ἀλλ' ὅτι προσέτιλὸν εἶχε φροντίδα τῆς ἐργα-
σίας, ὅτι πάσης αὐτῆς θεραπείας οἰκίας
θεραμίαν τιλὸν εἶδον τῆς τύπης. εἶτα καὶ
ταῖς ἕξῃς.

ς'. Ἰδὲ ἠκέσα μὲν αὐτῶν ἐν
Εὐφραθὰ· δὲ ἐργῶν αὐτῶν ἐν τῷ
πεδίῳ ἔδρυμον.

Ὅτι ἡμεροσθὴν ἀεὶ πολὺν χρόνον ἢ
κίβωτος τόπον ἐν τῷ πεδίῳ ἀμείβεσθαι· διόφραση,
ἠκέσα μὲν διηγερούμενοι, ὅτι καὶ τότε ἀμείβεσθαι
ἐν ἀγροῖς καὶ κώμαις ἠδράσθη μὲν ταῦτα.
τὸ γὰρ λέγει καὶ ἐφ' ἡμῖν. Εὐφραθὰ δὲ τιλὸν
Ἰεζαία λέγει φυλῶν, εἰς ἃ μὲν ἀπὸ τοῦ εἰ-
σπέσθαι· καὶ πεδίον δρυμῶν τιλὸν Ἰερουσα-
λήμ, ἐφ' ἧς κατέπαυσεν. Ἐπιφύρουσι γοῦν
δέομοι τῆς θεῆς, καὶ φασὶν ἕτως·

ζ'. Εἰσελεύσομεθα εἰς τὰ σκη-
νώματα αὐτῆς· προσκυνησώμεθα εἰς
τὸν τόπον ἃ ἔστησαν ὀδοὶ αὐτῆς.

Εἶτα καὶ ὅτι πλείον ὡς ἀγαθῶν τῶν
αὐτῶν ἐπαύσεσθαι·

η'. Ἀνάστηθι κύριε εἰς τιλὸν ἀνά-
παυσίην

παυσίν σε, σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τῆς ἀγιασμάτων σε.

tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Ἀνάπαυσιν καλεῖ τὴν τῆ λαῖ κατὰ παυσιν. βέλεται ἔν εἰπεῖν ὡς παλιν τὸν ναὸ ἀνακατασκευάσαι, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης ἐν τῷ οἰκίῳ σῆσαι τόπων. τὸ δὲ τῆς ἀγιασμάτων σε ἀντὶ τῆ σε λέγει· ταῦτα, τῆς ἀγιοσύνης σε.

Requiem appellat populi quietem. Vult igitur dicere: Vt rursus templum instauret, & arcam testamenti loco suo restituat. Illud autem sanctificationis tuæ pro tua dicit: id est, sanctitatis tuæ.

9. Οἱ ἱερεῖς σου ἐνδύονται δικαιοσύνην καὶ ὅσοί σου ἀγαλλιάσονται.

9. Sacerdotes tui * induentur iustitiam: & sancti tui * exultabunt.

* Vulgata induantur * exultant.

Ὡς παλιν, φησὶ, τὰς ἱερέας σε τὴν κατὰ νόμον φέρειν στολὴν, καὶ τὰς ἀνακειμένους σου τὸ ἀρχαῖον ἀπολαβεῖν χιτῶνα.

Vt rursus, inquit, Sacerdotes tui iuxta legem stolam gerant, & hi qui tibi deuoti sunt pristinam formam recipiant.

10. Ἐνεκεν Δαβὶδ τῆς δόξης σου μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπον σου χειρὸς σου.

10. Propter David seruum tuum non auertas faciem Christi tui.

Ἐπειδὴ ἂν ἐκ εἶχον οἰκίαν δικαιοσύνης προβάλλει εἰς τὸ σωθῆναι, ἀναγκάως τῆ προσηγορίας τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν τῆ θεῶ πρὸς αὐτὸν ὑπόχρουν προβάλλονται. τῆ χειρὸς δὲ λέγουσιν ἐνταῦθα, ἦτοι τῆ Ζοροβάβελ, ἦτοι καὶ Ἰησοῦ τῆ ἱερέως τῆ μεγάλου. ἔτι γὰρ ἐν τῇ ἐπαγόδῳ τῆς ἀιχμαλωσίας, ὁ μὲν αὐτὸν ἐβασίλευσεν ὁ Ζοροβάβελ, ὁ δὲ ἱεράτευσεν.

Cum ipsi non possent propriam iustitiam prætexere ad salutem, necessariò propagatoris sui virtutem. Deique erga ipsum promissionem proponunt. Christi autem hinc dicunt, siue Zorobabelis, siue etiam Iesu magni Sacerdotis. Ille enim, scilicet Zorobabel, in reditu de captiuitate ipsis imperabat, alter verò sacris præerat.

11. Ὡς κῆρυξ τῆ Δαβὶδ ἀληθείαν, καὶ μὴ ἀθετήσῃ αὐτὴν ἐκ καρπῶ τῆ κοιλίας σου θήσωμαι ἔπι τῆς θρόνου σου.

11. Iuravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

2. Reg. 7, 12.

Πρὸς ταῦτα, φησὶ, δέωστα καὶ πρὸς ἐκεῖνο ἀποβλέψων, ὅτι ἐ μὴ ὄρκου ἐπηγγελῶ τῆ Δαβὶδ, μὴ ἐκλείπειν ἐκ τῆ ἀνέμματος αὐτῆ καθήκοντων ἐπὶ θρόνου βασιλείας πρὸς τὰ ἐρωτάθωσαν Ἰουδαῖοι τί φασιν· εἰ μὲν γὰρ τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖσιν εἶναι, ἔσηκον τῆ θεῶ ὁ ὄρκος ὁ πρὸς τὸν Δαβὶδ· εἰ δὲ ἀθετῶσιν τὸν Χριστὸν τὸν ἐκ τῆ ἀνέμματος τῆ Δαβὶδ, διεξάπτωσιν τῆ ὄρκου τὸ ὄψιστον. ἀλλ' ὁδηλοῦν ὅτι τὸν Χριστὸν ἀντίτῃ ἢ γραφῇ. ὅθεν ἐπιφέρει·

Ceterum, inquit, Domine etiam ad illud respice, quòd cum iureiurando quoque Dauidi promiseris, minimè defuturum de semine eius qui sedeat supra thronum Regni: de hoc interrogentur Iudæi quid dicant: nam si Christum quidem fateantur esse, constat Dei iuramentum quod est ad Dauid: si autem repudient Christum qui est de semine Dauid, ostendant fidem iuramenti. Sed clarum est Scripturam Christum insinuare. vnde subdit:

In Christo Regnum Davidic stabilitum est.

12. Ἐὰν φυλάξων ὅσοι υἱοὶ σου τὴν διαθήκην μου, καὶ τὰ μαρτύριά μου ταῦτα, ἀδιδάξω αὐτοὺς.

12. Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc, quæ docebo eos:

Καὶ ὅσοι αὐτῶν ἕως τῆ αἰῶνος καθιέν ἔπι τῆς θρόνου σου.

Et filij eorum vsque in sæculum sedebunt super sedem tuam.

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.
* *Vulgata*
elegit

13. Quoniam elegit Dominus Sion: * praelegit eam in habitationem sibi.

Ego enim quantum ad me, inquit, etiam Hierusalem elegi, & volo habitare in ea, atque habere in ea Regnum de genere, nisi ipsi sponte corruperint bona in ipsos collata: si autem non custodierint, percutiam quidem Hierusalem & Regnum quod in ea est, cum verò semel cum iuramento promiserim Dauidi semen eius regnaturum in saecula, transferam Regnum de Gente in orbem vniuersum: quod apparet reipsa executioni mandatum per Dominum.

14. Hæc requies mea in saeculum saeculi:

Adhuc de Hierosolyma hoc dicit. Id est, Quoniam hæc decreui, etiam faciam, nisi vos defeceritis.

* *Vulgata*
elegi

Hic habitabo, quoniam * praelegi eam.

Etiam hic, inquit, decreui habitare; quandoquidem eam prae ceteris elegerim.

* *Vulgata*
Viduam

15. * Venationem eius benedicens benedicam:

Venationem Symmachus *annonam* vocat. Id est, Omnium rerum affluentiam ipsis praebebo.

Pauperes eius saturabo panibus.

Implebo autem, inquit, etiam pauperes benignitate.

* *Vulgata*
salutari:

16. Sacerdotes eius induam * salute: & sancti eius exultatione exultabunt.

Hæc omnia, inquit, faciam circa illam, donec ostendam de genere isto lucernam orbis vniuersi. vnde subdit:

* *Vulgata*
Illuc producam

17. * Illic fuscitabo cornu David:

Cornu vocat Regnum. Vult igitur dicere: Quoniam illic ostendam verum Regnum.

Parauit lucernam Christo meo.

13. Ο'π' ἐξελέξατο κύριος τὴν Σιών · ἠρετίσατο αὐτῷ εἰς κατοικίαν ἑαυτοῦ.

Ἐγὼ γὰρ τὸ ἐπ' ἐμοί, φησι, καὶ τὴν Ἱερουσαλήμ ἐξελέξαμαι, καὶ βέλομαι οἰκίῃ ἐν αὐτῇ, ἵνα ἔχῃ ἐν αὐτῇ τὴν βασιλείαν ἀπὸ τῶν γένεων, εἰ μὴ αὐτοὶ ἐκόντες διαφείροσι τὰ εἰς αὐτὸς ἀγαθὰ · εἰ δὲ μὴ φυλάξωσι, τὰ μὲν τῆς Ἱερουσαλήμ παύσω καὶ τὰ δὲ ἐν αὐτῇ βασιλείας. ἐπειδὴ δὲ ἀπαξ μὲν ὄρκον ἐπηγάλαμι τῷ Δαβὶδ τὸ ἀπέρμα αὐτῷ βασιλεύειν εἰς αἰῶνας, μετὰ τὴν βασιλείαν ἀπὸ τῶν ἔθνεων ἐπὶ τὴν οἰκουμένην ἀπασαν · ὅπερ φαίνεται ἐξελθόντι ἐπὶ τῶν δεσποτῶν τῶν.

14. Αὕτη ἡ κατάπαυσις με εἰς αἰῶνα αἰῶνος.

Ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλήμ φησι, ἀντὶ τῶν ὅτι ταῦτα ἐβλάδασάμι, καὶ ποιήσω, εἰ μὴ ὑμεῖς ἀθετήσητε.

15. Ὡς δε κατοικήσω, ὅτι ἠρετίσαμαι αὐτῷ.

Καὶ ὡς δε, φησι, ἕκιστα κατοικήσω. ἐπειδὴ ταῦτα ἐξελέξαμαι ὡς καὶ τὰς ἄλλας.

16. Τὴν θήραν αὐτῆς διλογώσω διλογήσω.

Θήραν σύμμαχος τὴν σίτησιν λέγει. ἀντὶ τῶν, τὴν οὐσίαν τῆς πάντων παρέξω αὐτοῖς.

17. Τὰς πτωχὰς αὐτῆς χορτάσω ἄρτων.

Ἐμπλήσω δέ, φησι, καὶ τὰς πτωχὰς χρησόμενοι.

18. Τὰς ἱερεῖς αὐτῆς ἐνδύσω σωτηρίαν · ἔσονται αὐτῆς ἀγαλλίασι ἀγαλλιάσονται.

Ταῦτα πάντα ποιήσω, φησι, ὡς αὐτὴν, ἕως ἂν ἀναδείξω ἐκ τῶν γένεων τὸν τῆς οἰκουμένης λύχρον. ὅθεν ἐπάγει.

19. Ἐκεί ἐξανατελώ κέρας τῷ Δαβὶδ.

Κέρας τὴν βασιλείαν λέγει. βέλεται ἐν εἰπεῖν · ὅτι ἐκείθεν ἀναδείξω τὴν ἀληθῆ βασιλείαν.

20. Ἡτίμαξα λύχρον τῷ Χριστῷ μου.

λύχρον

Λύχνον δὲ πλον ἐπι τὴν λαμπερότητα λέγει καὶ τὴν δόξαν τὴν ἐπὶ χειρῶν.

18. Τους ἐχθρούς αὐτοῦ ἐνδύσω αἰχμῶνι.

Πᾶς γάρ, φησιν, ἐσαυπημένος αὐτὲ τῆ βασιλείᾳ αἰχμωθήσεται. δεῖ γὰρ αὐτὸν καθῆσθαι ἕως ἂν τιθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑποπόδιον τῆς ποδῶν αὐτοῦ.

Ἐπὶ ᾧ αὐτὸν ἐξανθήσει τὸ ἀγιασμά μου.

Τὸ ἀγιασμά μου λέγει πάλιν, ἀπὸ τῆς ἀγιασώσεως μου ἐξανθήσει ἐν αὐτοῖς. ταῖς ἐν, ἢ ἐν αἰσίοις ἐν αὐτοῖς ἀνθήσει, καὶ διαδώσει τὸ δῶδός τῆς κέσμω.

Clarum est quod lucernam vocet splendorem & gloriam Christi.

18. Inimicos eius induam confusione:

Omnis enim, inquit, qui Regno eius aduersatur confundetur: nam oportet eum sedere donec positi fuerint inimici eius scabellum pedum ipsius.

Super ipsum autem effloret sanctificatio mea.

Illud sanctificatio mea rursus ait, pro sanctimonia mea effloret in eo. Id est, Mea sanctitas in eo florebit, & communicabit mundo suauitatem odoris.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

4. **M**ΝΗΣΘΗΤΙ ΚΥΡΙΕ ΤΟΥ ΔΑ-
ΒΙΑ.] Ἀλλὰ καὶ μόνον τῆς
μήμης τῆς παρεγγύου μόνον
ἀξίως σώζειται. ἐν ταῦτα δὲ καὶ τὰ κατὰ-
δωμάτια λέγουσι καὶ τὴν ὑποκίμωσαν. εἶτα
ἀφείρεται τὸ τὰ ἐπὶ τῆς παρεγγύου, διηλεκτικῶν,
ὡς δὴ ἡλα, ἐπὶ τὸ κατὰ πείρητον ἰσχυρῶν. κατὰ-
πείρητον γὰρ ἢ ἢ τῆς γὰρ ἀνάστασις, ἢ ὡς τῆς
συνδῆς αὐτῆς ἀμειβῶν ἀπαυτῆ τὸν θυόν, καὶ
φησὶ. Μνήσθητι ὡς ὄμοσον τῶν κελίω. καὶ
παραμύθησον ἰδοὺ πάσης διαπραξίας αὐτῆ
τὴν τῆ τόπου ὄμοσον. φησὶ γὰρ. Ἐὖς ἔθρονον
τόπον τῶν κελίω. καὶ οἱ τῆς τῆς, πρὸς σὶ;
ἐκείνη γὰρ εἶμι, φησὶ, ἰκρυονος. καὶ ἐπεὶ
ἐκείνην λαοδὲξάμενος ἔφησας εἶπαι αὐτοῖς
τὸ γένος καὶ πλὴν βασιλείαν. ταῦτα εἰν, φη-
σιν, ἀπαυτῆ μὲν νῦν τὰς σιωθήσας. καὶ ἐν
εἶπαι, ἕως οἰκοδομήσῃ (τῆτο γὰρ αὐτοῖς ἐκ
ἔφειτο) ἀλλ', ἕως ὄμοσον τόπον τῶν κελίω.
ἀλλ' ὁμοσον ἀφείρεται τὸν οἰκοδομήσαντα, τὸν
ἐπαγγελιάμενον λέγει. Ἐὖς ἔθρονον, φησὶ.
εἶδες σιωδὸν καὶ μεμελεμημηδύλω ψυχῶν;
πῶς ἐδὲ εἶ τὸ φροσῆς ἡ ἀνάγκη, ἐπὶ τῶ
καὶ τὰ λογία ἐδὲ τῆτων λαοκαύσεως μὲν
ἀδείας φησὶ, ἕως ὄμοσον σῆνωμα τῶν θεῶν; καὶ
εἰ μόνον οἰκοδομήσῃ ζητῆται, ἀλλὰ καὶ ἐν ὄμο-
πιδευστάτω χροῖω καὶ μέγιστα ἀφίπονται.
εἶτα τὰ ἀρχαῖα διηγεῖται, καὶ φησὶ

5. ΙΑΟΥ ΗΚΟΥΣΑΜΕΝ ΑΥΤΗΝ ΕΝ
ΕΥΦΡΑΘΑ.] Ἀσάφεια ἔχουσιν οἱ εἰρη. τὸ
γὰρ ἐν Εὐφραθῶ ἐν τῶν Εὐφραθαίων λέγει,
ταῖς τῶν Βηθλεμῆται. Βηθλεμῆται δὲ καὶ

TOMVS III.

1. **M**EMENTO DOMINE DAVID.]
Alibi quidem petunt solūm con-
seruari à memoria maiorum; hęc
autem etiam benefacta commemorant &
æquitatem. Deinde omittens narrare illa quæ
ad mansuetudinem pertinent, utpote mani-
festa, proponit id quod vrgebat. Hoc enim
erat templi erectio, quam tamquam studij
sui remunerationem à Deo postulat, & ait:
Memento sicut iuravit Domino: atque
omni cultu suo prætulit loci ipsius inuentio-
nem. ait enim: *Donec inueniam locum Do-
mino*. Et quid hoc, inquit, ad te? Quo-
niam, inquit, ab eo genus duxi; & cū ip-
sum suscipiens dixeris te ei genus & Regnum
erecturum. Hęc igitur, inquit, pacta conuenta
nunc exigimus. Et non dixit, *Donec adifi-
cauero* (hoc enim non fuerat ei permissum)
sed; *Donec inuenero locum Domino*. Atta-
men omisso eo qui ædificaturus erat, refert
illum qui id promiserat: *Donec inueniam*,
inquit. Vidisti diligentiam & animi sedulita-
tem? quomodo ne ea quidem quæ erant na-
turalis necessitatis, ut somnum & cetera se-
sumpturum dicat, donec tabernaculum Deo
reperiat? Et non solūm ædificare querit, sed
etiam in loco aptissimo decentissimoque.
Deinde vetera recenset, & ait:

6. ECCE AVDIVIMVS EAM IN EPHRATA.]
Hi versiculi obscuritatem continent. Nam il-
lud *Ephrata* intelligit in Ephratæo, id est in
Bethleemite. David autem est Bethleemita,

Davidis
mansuetu-
do specta-
bilis.

Davidis
diligentia
in loco pro
domo Do-
mini inqui-
rendo.

David
Bethleemita
& E-
phratæus.

H h h h 2 &

COM-
MENTA-
RIVSHE-
RACLEO-
TÆ.

& Ephratæus. Itaque illud, *Audiuimus eam in Ephrata.* id est, Accepimus talem promissionem propter Ephratæum, id est Dauidem. Deinde etiam ait in quali loco.

INVENIMVS EAM IN CAMPIS SILVÆ.] Maximam siluam habebat locus ille, in quo templum postremò fuit ædificatum: erat autem ipse locus in monte campi habens decliuitatem. Vult igitur dicere, Quoniam per Ephratæum quoque locum cognouimus, id est campestem, in quo erat silua. Cùm igitur, inquit, per Salomonem quoque factum sit, illicque nomen tuum fuerit adoratum, & nunc dirutum sit, captiuitate omnia defolante, rogamus te vt memor sis promissionum ad Dauidem factarum, & ad propria nos reducas, vt templum denuò excitetur, nosque pristinam formam recipiamus in illud ingredientes, ibidemque adorantes, atque omnia quæ antiquitatis ac salutis sunt recuperantes. subiungunt igitur rogantes Deum, & aiunt hoc modo:

7. INTREMVS IN TABERNACVLA.] Vidisti quàm crasso dicendi modo vsus sit, propter stuporem eorum qui audiebant, dicens Dei tabernacula, & pedes & locum. Hæc autem omnia dicit locum arcæ.

8. SVRGE DOMINE IN REQUIEM.] Quid porro est *in requiem*? Fac, inquit, vt nos desistamus errare, & arca circumferri, & ea tandem aliquando quiescat. Alij autem *requiem* vocarunt cultum legalem, non quòd eo indigeret, sed quòd in pijs hominibus hætenus quiesceret. Pro *sanctificationis tuae* alius *fortitudinis tuae*, alius *potentia tuae*: atque vtraque vera sunt: nam & sanctitas illic communicabatur, & litteræ quoque arcæ impositæ sanctitatem ac fortitudinem conferebant, & per eam Deus sæpè potentiam suam ostendebat.

9. SACERDOTES TVI INVENTVR IYSTITIAM.] Alius *induantur* dicit, alius *vestiantur*. Quod est apertius. Est enim precantis, non vaticinantis, & perentis possessionem virtutis. Iustitiam autem hîc dicit ritus seu cæremonias, Sacerdotium, sacrificium & perfectam vitæ institutionem: quoniam ea est maximè requirenda à Sacerdotibus. *Et sancti tui* (scilicet sanctitatis ac pietatis cultores) *exultent.*

Quid vocet Dei requiem.

Quid appellet iustitiam.

Εὐφραθαῖός ἐστιν ὁ Δαβὶδ. Τὸ ἔν, ἡκιστα μὲν αὐτῶ ἐν Εὐφραθα. ἀντὶ τῆ ἐδείξα μὲν α τὴν Τσαύτῳ ὑπόχρισιν δὲ τῆ Εὐφραθαίης, τῆ τῆς τῆ Δαβίδ. εἶτα ἔ ἐν ποίῳ τόπῳ λέγῃ.

ΕΥΡΟΜΕΝ ΑΥΤΗΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΠΕΔΙΟΙΣ ΤΟΥ ΔΡΥΜΟΥ.] Δρυμὰτα μέγιστον εἶχεν ὁ τόπος, ἐν ᾧ τὸ πλῆθος ὁ ναὸς ἀποδομήθη. ἦν δὲ καὶ αὐτὸς ὁ τόπος ἐν ὄρει πεδίαδος ἔχων ὑπὸ ἰώσων. Βέλομαι ἐν εἰπεῖν, ὅτι δὲ τῆ Εὐφραθαίης καὶ τὸν τόπον ἔγνω μὲν, τῆ τῆς τὸν πεδίων, ἐν ᾧ ὁ δρυμὸς. ἐπειδὴ ἐν, φησι, καὶ ἔγνω δὲ τῆ Σολομῶντος, καὶ προσεκυκλήθη σε τὸ ὄνομα ἐκεῖ, ἔ νῦν κατερείπεται, τῆς αἰχμαλωσίας εἰς ἔδαφος πάντα κατενεγκέσης, δὲ μὲν α μνησθῆναι σε καὶ τῆ ἐπαγγελίων τῆς πρὸς τὸν Δαβὶδ, καὶ ἐπαυαγαγῆν ἡμᾶς εἰς τὰ σκεῖα, ὡς πάλιν ἀνακηρυχθῆναι τὸν ναὸν, καὶ ἡμᾶς ἀπολαβεῖν τὸ πρῶτον χῆμα εἰσόντες ἐν αὐτῷ, ἔ προσκυκλήθη, καὶ πάντα ἀπολαβόντες τὰ ἔ ἀρχαίότητος καὶ σωτηρίας πρῶτα. ἐπιφύρουσι γοῦν δέ μὲν τῆ θεῷ, ἔ φασὶν ἕτως.

Ζ. ΕΙΣΕΛΕΥΣΩΜΕΘΑ ΕΙΣ ΤΑ ΣΚΗΝΩΜΑΤΑ.] Εἶδες ὅση κέχρη τῆ ἔ λέξιος παχύτητι, δὲ τῆ τῆ ἀκρότητι ἀνακλιθῆναι, σκεῖα μὲν λέγων θεῷ, καὶ πῶδας ἔ τόποι ταῦτα δὲ πάντα τὸν τόπον λέγῃ ἔ κίβωτι.

Η. ΑΝΑΣΤΗΘΙ ΚΥΡΙΕ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΝΑΠΑΥΣΙΝ.] Τί δὲ ἐστιν εἰς τὴν ἀνάπαυσιν, εἴη σῆ, φησι, ἡμᾶς ἀλωμῆς, καὶ τὴν κίβωτον ἀεὶ φερεμῆς, καὶ ὅτι γοῦν ποτὶ αὐτὴ ἀνάπαυσιν. Ἄλλοι δὲ ἀνάπαυσιν εἶπον τὴν κη νόμον λαβείας, ἔχ. ὅτι δέ μὲν ἦν, ἀλλ' ὅτι ἀσεβείας τῆς ἐπαυαυέτο. Ἀντὶ τῆ ἀγαθῆς σου ἀλλος ἔ ἰχῦος σου, ἔ τῆς τῆ κεῖται σου. ἔ ἀμφότερα ἀληθῆ. καὶ γὰρ ἡ ἀγνοσίμῃ ἐκεῖθεν εἰδῆτο, καὶ ἀγνοσίμῃς ἦν ποιητὰ τὰ γράμματα τὰ ἐπικύματα καὶ ἰχῦος, ἔ πολλὴν ὁ θεὸς ἐπέδειξατο δὲ αὐτῆς δυνάμειν πολλάκις.

Θ. ΟΙ ΙΕΡΕΙΣ ΣΟΥ ΕΝΔΥΣΟΝΤΑΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ.] Ἄλλος ἐνδυσάδωσά φησιν, ἄλλος ἀμφιδήτωσαν. ὅπερ ἐστὶ σαφές ἐστι. ἀγαθῆς γὰρ ἐστὶν, ἔ πρῶτον ἀνοστος, ἔ αἰτίη τῆς τῆ ἀρετῆς κτήσι. δικαιοσύνη δὲ τὴν ἐνταῦθα φησι τὴν ἀγασίαν, τὴν ἡσυχασίαν, τὴν λαβείαν καὶ τὴν ἀκρίβη πολιτίαν. ἐπειδὴ ταῦτα μάλιστα τῆ ἡρίων ἀπαυαυέτῃ γη. καὶ οἱ ὅσοι σε (ἦτοι οἱ ὁσπότης καὶ ἀσεβείας ἀντιχόμενοι) ἀγαλλιαθήτωσαν.

εἶτα

εἶτα ἐπεὶ ταῦτα ἤπισαν, αὐτοὶ δὲ ὑπώθυ-
νοι ἦσαν ἀμαρτίαις, ὅτι τὸν πορνεύοντα κατα-
φύγουσι πάλιν λέγοντες· ἔνεκεν Δαβὶδ τῆ
δέξου σου. Τί ἔστιν ἔνεκεν, ἢ ὅτι τῆ ἀρετῆς τῆς
ἐκείνου μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ σωθῆναι ἔδει πορνεύ-
οντα. Χειρὲ δὲ τίνος φησι; τῆ τότε χειρὸς
τοῦ, καὶ δημιουργοῦ τῆς ἡμετέρας, ἢ τῆ Ζοροβάβελ ἢ
Ἰησοῦ τῆ Ἰωσεδεκ· τέπειν γὰρ τότε ὁ μὲν ἔβα-
σίδων, ὁ δὲ ἰερατεύει.

κ. ΩΜΟΣΕ ΚΥΡΙΟΣ ΤΩ ΔΑΒΙΔ.]

Ἐπι ἐμνήσθη τῶ ἀνδρὸς καὶ τῆ ἀρετῆς αὐτοῦ,
πορνεύοντα] Ἐπι ἐμνήσθη, τὸ ἐκ καρπῆ
τῆς κοιλίας θῆναι ὅτι τῆ θῆναι. ἀλλ' ἐχ-
είνας αἱ σωθῆναι ἐχρῆστο, καὶ πορνεύον-
τος δὲ· πορνεύοντα; Ἐάν φυλάξωται οἱ υἱοὶ σου
τὴν δεξιάν σου. ὅτι τότε ἰερατεύουσαν
Ἰουδαίῳ, ἢ εἰ μὲν Χειρὸν ὁμολογῶσιν, ἔσηκε
τῆ θῆναι ὁ ἄρκος, εἰ δὲ μὴ, δεξιάν σου αὐτοῖς
τὸ πᾶν. Καὶ ἐπι παρέστησαν, ὅτι τὸν τόπον
ἀλλ' τὸν λόγον, πάντα χόρην καὶ τὰς πα-
ρακλητικὰς. Ἐ φησὶν ὅτι ἐξελίξασθαι κύριος.
ὁ δὲ λέγει, τῆ τὸ ἔστιν, ὅτι ἐξελίξω μὴ ἀφῆς
δεξιάν σου. Ταῦτα γὰρ ἔλεγε· ὅτι ὡς κατοι-
κῆσαι. Τί δὲ ἔστι, τῆ θῆναι αὐτοῖς; Ἄλλος τὸν
ἐπιστομῶν, τῆ τῆ ἀφῆσαι τῆ ἀφῆσαι,
ὡς πάντα αὐτοῖς ὡς ἀπὸ πηγῶν ῥεῖν. εἶτα
ἐμνήσθη δεξιάν σου κύριος τῆ Δαβὶδ. ὅρα πάν-
τοθεν διημερίας συγκληρονομήσω, ἀπὸ τῆ
μυθῆν τῆ ἀναγκάσιον ἐνδῶν· ἀπὸ τῆ τῆ
ἐμνήσθη ἐν ἀσφαλείᾳ τῆ. ἀπὸ τῆ τὸν λαὸν ἐν
ἀφῆσαι. ἀπὸ τῆ τὸν βασιλείᾳ ἐν ἰσχύ.
τῆ τὸ τὸ κύριος. Τὸ δὲ ἐξῆς ἔπειτα· ἰπόμενος
λύχρον τῆ Χειρὸς μου. Λύχρον γὰρ ἐσταῦθα
τὸν βασιλείᾳ φησὶν, ἢ ἀντίληψιν, ἢ σωτηρίαν,
ἢ φῶς· ἢ τὸ κύριος καὶ ὁ λύχρος εἰς Χειρὸν
μυθῆν ἀναφῆσαι, τῆ τῆ Χειρὸν σημά-
ναι λαμπερότητα καὶ δῆσαν· καὶ δὲ τῆ τῆ
τῆ τῆ ἐχθρῶν ἐχθρῶν, καὶ μυθῆν τῆ
τὸν ποῖς καλοῖς τῆ τῆ λυμπερόμῶν. Καὶ ἐκ
εἶπεν ἀπώλειαν, ἀλλ' αἰχμῶν, ὡς ἢ ζῶν-
τας αἰχμῶν, καὶ καταδύει. ὅτι δὲ αὐτὸν
τίνα; τὸν λαὸν, ἐξελίξασθαι τὸ ἀγίασμα μου.
ἄλλος, ἀφῆσαι. τί ποτε δὲ ἔστιν, ἐμοὶ δα-
κῆ τῆ ἀφῆσαι λέγει, τῆ ἀσφαλείαν,
τῆ ἰσχύ, τῆ βασιλείαν, ἀπὸ τῆ ἀρχῆς
ἀφῆσαι αὐτῶν. ταῦτα, φησι, μὲν αἰθῆ-
τα, βρῶντα, ἢ μαρτυρόμῶν· ἀλλὰ ταῦτα
πάντα ἔσαι καὶ τῆ πορνεύοντος, τῆ, ἐάν
φυλάξω) οἱ υἱοὶ σου τὴν δεξιάν σου. ἢ τὸ
erunt stante predicta conditione, nempe, Si custodierint filij tui testamentum meum. Vel

Deinde quoniam hæc petierant, ipsi autem
peccatis obnoxij erant, ad progenitorem suum
rursus confugiunt dicentes: *Propter David
servum tuum.* Quid est *propter?* non propter
illius tantum virtutem, sed quia cum illo
quoque pacta iniuisti. Cuius autem Christi
ait? Eius nempe qui tunc vnctus erat, popu-
lumque regebat, siue Zorobabelis siue Iesu
Iosedec: horum enim alter quidem tunc re-
gnabat, alter sacris præerat.

II. IURAVIT DOMINVS DAVID.]

Postquam viri meminit & virtutis eius, proponit
etiam pacta, nempe se de fructu ventris eius
collocaturum esse supra thronum. Sed pro-
missa non facta sunt absolutè, sed cum con-
ditione: quali illa? *Si custodiuerint filij tui
testamentum meum.* De hoc interrogent Iu-
dæi, & si quidem Christum confiteantur, sub-
sistit Dei iuramentum, sin secus, omnia ipsis
exciderunt. Et quoniam præuaricati sunt, de-
ducit orationem ad locum, consolationem
vndique excitans; & ait; *Quoniam elegit
Dominus.* Hoc est quod dicit, *Quem elegisti
ne permittas vt collabatur:* hæc enim dixi-
sti, *Quoniam hic habitabo.* Quid porro est,
venationem eius? Alius *annonam*, id est rerum
venalium affluentiam, ita vt omnia ipsis quasi
è fontibus profluant. Deinde *illic suscitabo
cornu David.* Vide vndique conflantem pro-
speritatem, ex eo quod nullis rebus necessa-
rijs indigeant; ex eo quod in tuto sint Sacer-
dotes; ex eo quod populus sit in lætitia; ex eo
quod Rex sit fortis & potens. hoc enim est
cornu. Quod autem sequitur sic habet: *Paravi
lucernam Christo meo.* Lucernam enim hic
vocat vel Regem, vel defensionem, vel salu-
tem, vel lucem. Vel cornu & lucerna ad Chri-
stum potius referuntur, ita vt Christi splen-
dorem & gloriam significant; ita nimirum vt
inimici abscondantur, nec vllus sit qui bonis
hisce noceat. Et non dixit interitum, sed con-
fusionem, ita vt viuentes se abscondant, & la-
tebras quærant. *Super ipsum autem:* quem il-
lum? vti que populum, *effloret sanctificatio
mea:* alius, *segregatio.* Quid porro sibi vult
istud? Mihi videtur dicere prosperitatem, se-
curitatem, vires, Regnum, quæ ei segregari ab
initio. Hæc, inquit, manebunt florentia, pullu-
lantia, minimè marcescentia: sed hæc omnia

CATE-
NA PA-
TRVM.

sanctificatio, id est sanctitas mea, florebit, & dabit suauitatem odoris. Porro istud, *Hæc requies mea in seculum*, quomodo erit, cum Sion pertranseat? utique in Ecclesia quam elegit; cuius etiam venatio benedicta est: qui sunt illi qui quotidie reti Apostolico ad fidem adducuntur.

ἀγίασμα, ἀντὶ τῆς ἡ ἀγκυρῆς μου, ἀνθίστα, καὶ δὴ δ' ὡσὶν τὴν δὴ δ' ἰαυ. τὸ δ' ἐ, αὐτὴ ἡ κατὰ-
παυσίς μου εἰς αἰῶνα, πῶς ἔσται, ὅτι δ' Σιών
δ' παρρηχομένης, νοῦτο δ' ἀνθίστα τῆς Ἐκκλη-
σίας ἡ ἡρετίσματο· ἡς καὶ ἡ θῆρα ἡυλῶγηται·
οἱ καὶ δ' ἐκείνου τῆς Ἀποστολικῆς λῆρας πρὸς
τὴν πίστιν ζωογονοῦμενοι.

C A T E N A P A T R V M,

De Psalms
argumento.



RIGENIS. Multam hic Psalmus cum octogesimo octauo cognationem habet: etenim ibi & hic captiui qui in Babylone erant vniuersorum Deum obsecrant, promissiones Magno Dauidi ab ipso factas pro precibus afferentes, & vt veniam consequantur precantes. Ceterum continet vaticinationem totius orbis Saluatoris secundum carnem ex Dauidis genere orituri.

I. MEMENTO DOMINE DAVID.] **CHRYSOSTOMI.** Quid ait? Cum de mansuetudine dixisset, & omisisset narrare quæ Saül fecerat, quæ fratribus alijsque quàm plurimis, ad aliud caput deducit orationem, quod maximum in se zelum continet. Quare ergo hoc facit? Duabus de causis: vna quidem, quia Deus eo maximè delectatur: *Super quem enim, inquit, respiciam, nisi super mansuetum, & quietum, & tremantem sermones meos?* Alia verò, quoniam id quod maximè vrgebat erat templi constructio & ciuitatis ædificatio, & antiqui status Reipublicæ restauratio: ad hoc potissimum dirigit orationem. Atque illud quidem quod ad eius mansuetudinem spectabat, vt omnibus manifestum, prætermittit, id autem quod ad præsens eius institutum maximè conducebat in medium adducit. Etenim videre cupiebant templum excitatum, veteremque ritum sacrum restitutum. Quoniam ergo Dauid in eo maximè elucebat, tamquam illius studij remunerationem petit à Deo templi ædificationem, & dicit:

Deus maxi-
mè delecta-
tur man-
suetudine.
Isaiz 66, 2.

2. SICVT IURAVIT DOMINO, VOTVM VOVIT DEO IACOB.] **ANONYMI.** Et quid hoc ad te? Quoniam, inquit, ab eo genus duxi; & quoniam cum tibi fuisset acceptum eius studium, dixisti te eius genus & Regnum erecturum, idcirco hæc pacta conuenta nunc à te exigimus. Et non dixit, Donèc ædificauero (hoc enim non fuerat promissum) sed, Donèc inueniam locum Domino

Vrget pro-
missiones
Dauidi fa-
ctas.



RIGENOUS. Παλλῆν ὁ ψαλ-
μὸς αὐτῶ πρὸς τὸν θυδοκοςὸν
θυδοκὸν ἔχει συγγράμειαν· καὶ γὰρ ἐν-
ταῦθα κακεῖ τὸν τῆς ὄλων θύου ἐκτελέουσι οἱ
ἐν Βαβυλωνίᾳ δουλοῦντες, τὰς πρὸς τὸν μέ-
γαν Δαβὶδ ὑπ' αὐτῆς γρηγορήσας ὑποχέ-
σεις ἀνθυμίας προσφέρουσι, καὶ τυχεῖς
ἀξίως συγγνώμης. ἔχει δ' ἐπεὶ ῥῆσιν τῆ
καὶ σάρκα βλασφημίας ἐκ γένους Δαβὶδ τῆ
οἰκονομίας σωτήρος.

α. ΜΝΗΣΘΗΤΙ ΚΥΡΙΕ ΤΟΥ ΔΑΒΙΔ.] **ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ.** Τί λόγῳ; Εἰπὼν παρα-
τητα, καὶ ἀφοῖς δηγήσασθαι τὰ καὶ τὸν Σαὺλ,
τὰ καὶ τὴν ἀδελφῶν καὶ ἔτερα πλείονα, ἐφ'
ἔπειτα κεφαλαίον ἀγοῖ τὸν λόγον, ὃ ζήτη
μέγιστα ἡ πολλῶ. τίνας ἐν ἑαυτῷ τῶτο ποιῶ;
δοκῶ ἔπειτα· ἕως μὲν, ἐπειδὴ τῶτο μέγιστα
τίρπεται ὁ θὸς· Ἐπὶ τίνα γάρ, φησὶν, ὄλα-
βλίψω, ἀλλ' ἡ ἐπὶ τὸν πρῶτον, καὶ ἡσύχον,
ῥιμοῦτά μου τὴν λόγον; ἐτίθει δ' ἐπειδὴ τὸ
κατηπύξον τῶτο μέγιστα ἢ ἀνάστασις τῶν καὶ
οἰκοδομῆ πύλων, καὶ δ' παλαιῶς πολιτείας
ἀπόδοσις· πρὸς τῶτο μέγιστα ἐπέγῃ τὸν
λόγον. Καὶ τὸ μὲν, ὡς δ' ἄλλοι πᾶσι, τὸ τῆς
παραδοτικῆς παλαιοῦ, ἢ δὲ μέγιστα ἐδοῖτο
πρὸς τὸ πρῶτον τῶτο εἰς μέσον φέρει.
Καὶ γὰρ ἐπιθύμειν ἰδοῖν τὸν ναὸν ἀναστῆναι,
καὶ τὴν παλαιὰν ἀρχαίαν ἀποδοθεῖσαν· ἐπεὶ
ἐν ἐν τῶτο μέγιστα ἔλαμψεν ὁ Δαβὶδ, ὡς περ
ἀμοιβῆ δ' ἐκείνου ἀποδοθῆς ἀπαυτῷ τὸν θὸν
τὴν τῶ ναὸ οἰκοδομῆ, καὶ φησὶ·

β. ΩΣ ΩΜΟΣΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ, ΗΓΑΤΟ
ΤΩ ΘΕΩ ΙΑΚΩΒ.] **ΑΝΩΝΥΜΟΥ.** Καὶ
τί τῶτο πρὸς σὶ; ὅτι ἐκείνου, φησὶν, ἔχοντός εἰ-
μι· καὶ ἐπεὶ ἐκείνου ἀποδοθεῖσά μοι τῆ ἀποδοθῆς,
ἔφησας ἔσῃσιν αὐτῆ τὸ γένος ἐ τὴν βασιλείαν,
ὄλα τῶτο ταύτας ἀπαυτῶν τὰς σιωθῆσας
νω. Ἐ ἐκ ἔπειτα, ἕως ἢ οἰκοδομηθῶ (τῶτο γὰρ
ἐκ ἐφ' ἑαυτοῦ) ἀλλ' ἕως ὄψεσ τῶτο τῶ κελίῳ
καὶ

CATE-
NA PA-
TRVM.

καὶ σκηνώμα τῷ θεῷ Ἰακώβ. εἶτα τὸν μὲν
οἰκοδομήσαντα ὡραΐσκει· τὸν δὲ ἐπαγγελί-
λάμβον εἰς μέσον τίθει, ἵνα μάθῃς πόσον
ὄσι γνώμη ὀρθῆ ἀγαθὴ, καὶ πῶς αἰετῆ ἡθε-
ρέσει τὸν μωθὸν ὁ θεὸς ὀρίζων εἴωθον· ὅθεν
τέτο αὐτῷ μέμνηται μάλλον, ἐπεὶ δὲ αὐτὸς
ὄσι ὁ οἰκοδομητὴς ἢ ὁ παῖς· ὁ μὲν γὰρ αἰετῶς
ἐπηγείλατο, ὁ δὲ ἐπετάγη. καὶ ὄσα αὐτῷ τὴν
προθυμίαν· ἢ μόνον εἰς οἰκίαν φησὶν ἐκ εἰ-
σελεύσεως, ἐδὲ εἰς κλίβαν ἀναβήσεως, ἀλλ'
ἐδὲ αἰετῶς φυσικῆς ἀνάγκης ἐδὲ τέτοιον ὄσο-
λαύσεως μὴ ἀδύνατον, ἕως ὅσον τόπον ἔσκη-
νωμα τῷ θεῷ Ἰακώβ.

& tabernaculum Deo Iacob. Deinde cum qui-
dem qui erat ædificaturus præterit; eum verò
qui est pollicitus in medium adducit, ut scias
quantum bonum sit rectus animus, & quo-
modo Deus semper consueverit bonæ volun-
tati mercedem constituere: ideò eius potiùs
meminit, quoniam ipse est potiùs qui ædifi-
cavit quàm filius: hic enim pollicitus est, ille
verò iussus est. Vide autem eius animi prom-
ptitudinem: non solùm dicit se non ingressu-
rum domum, nec lectum ascensurum, sed ne
ea quidem quæ erant naturalis necessitatis se-
curè desumpturum, donec inuenerit locum
& tabernaculum Deo Iacob.

5. ἸΑΟΥ ΗΚΟΥΣΑΜΕΝ ΑΥΤΗΝ ΕΝ
ΕΥΦΡΑΘΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τὰ πα-
λαιὰ διηγεῖται νεῦ, δεικνύς ὅτι καὶ ἔμωρε-
σεν πολὺν χρόνον ἢ κίβωτος, τόπον
ἐκ τότε ἀμείβουσα. ὅθεν τέτο φησὶν ἰδὲ ἠκέ-
σα μὲν αὐτῷ ἐν Εὐφραθῇ. Ἐῦτα διηγή-
σαντο ἡμῖν οἱ πατέρες ἡμεῖς, ταῦτα ὅθεν ἀκοῆς
κατέχουμεν, ἐπὶ καὶ τότε περὶ πάντα καὶ
ἐν πεδίοις καὶ ἀγροῖς, ἠδὲ ἐν ἄσπετον μὴ ταῦτα.
τέτο δὲ ἠδὲ εὐφραθῇ καὶ νεῦ. Εὐφραθῇ ἐνταῦ-
θα τὴν Ἰουδα λέγει φυλῶν, εἰς λεῖ μὴ πολ-
λὴν ὁδοὸν εἰσπνέχθη.

6. ECCE AUDIVIMVS EAM IN EPHRATA.]
CHRYSOSTOMI. Narrat nunc vetera, ostendens
arcam antea longo tempore errasse, locum
loco mutantem. Idcirco dicit: *Ecce audiuimus
eam in Ephrata*. Hæc narrauerunt nobis pa-
tres nostri, hæc ex auditione percepimus,
quòd cum tunc quoque vbique oberraret in
agris & campis, postea firmata sit. Hoc ip-
sum nunc quoque fiat. Ephrata hîc dicit
Tribum Iuda, ad quam post longam circui-
tionem deducta est.

Quid per
Ephrata
intelligat.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τινὲς τὰ περὶ τῆς Χε-
ρὸν ἡμεῖς αἰνιγματίζουσι εἶπον· ἐν Εὐ-
φραθῇ γὰρ ἀκαθίστα ἦτο Βηθλεὴμ, καὶ ἐν
ταῖς πεδίοις ὄρεθη, ἢ τὸ ἀπὸ τῆς νεῦ ἐν
ἡμεῖς. ἐπεὶ εἶναι φησὶν, οἰκοδομήθη τότε
ἔπεσον κινήθη ὁ τόπος, κατηρέφθη δὲ
νεῦ, δὲ ὄρεθη μνησθῆναι σε ἡμεῖς τότε ἐπαγγε-
λίαν, καὶ δὲ ἡμεῖς καὶ οἰκοδομήσαι ἔπεσον
σκυλῆται· διό, φασὶν, εἰσελεύσεως εἰς τὰ
σκηνώματα αὐτῶν.

ANONYMI. Nonnulli dixerunt hîc tacitè in-
finuari ea quæ ad Christi natiuitatem spe-
tant: hæc enim in Ephrata siue Bethleem au-
dita, & in campis reperta fuit, vbi erat spe-
lunca in qua natus est. Cum igitur, inquit,
tunc ædificatus & adoratus fuerit locus, nunc
autem dirutus sit, rogamus ut memor sis pro-
missionum tunc datarum, & concedas nobis
ut ædificemus & adoremus; quoniam, in-
quit, *introibimus in tabernacula eius*.

Η. ΑΝΑΣΤΗΘΙ ΚΥΡΙΕ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΝΑ-
ΠΑΥΣΙΝ ΣΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τετέστιν
εἰς τὴν βασιλείαν σε, ἢ εἰς τὴν ἀνά-
παυσιν. παρεῖσι δὲ οἱ ἄνθρωποι, λέγοντες μὴ
ἐν ἀναπαύσει αὐτὸν γινώσκοντες τῆς ἀνα-
στάσεως. καλῶς δὲ τῷ σωτήρι ἢ κίβωτος
τῷ ἀγαθῷ σου, ἡμεῖς ἢ προσληφθεῖσα
σάρξ. καὶ γὰρ ἐκ ξύλων ἀσκήπτων ἔσται ἢ κίβω-
τος, ταῦτα εἰκονίζον. τὸ δὲ ἰλασθῆαι ἐκ
χρυσίου ὑπάρχον καθαροῦ, τὴν θεότητα
ἠνίτητο.

8. SURGE DOMINE IN RE-
QVIEM TVAM.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Id
est in Regnum tuum; quod erat eius re-
quies. Hæc autem dicentes, declarant ip-
sum ante resurrectionem non fuisse in re-
quie. Rectè autem adiungitur *arca sanctifi-
cationis tue*, scilicet assumpta caro. Etenim
cum arca esset ex lignis imputribilibus, il-
lam in imagine expressit. Propitiatorium
autem cum esset ex puro auro, diuinitatem
insinuabat.

Arca san-
ctificatio-
nis est caro
Christi.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πολλὰ ἐκείθεν ἀγω-
σὴν εἰδὸσο, καὶ ἀγνοσὴν ἔσται ἰσχύος λεῖ
ποιητικὰ τὰ γράμματα τὰ ἑπικειμήματα πολ-
λὴν γὰρ ὁ θεὸς ἐπεδείξατο δι' αὐτῶν δυνά-

ORIGENIS. Multa illinc sanctitas tradeba-
tur, & quæ ei erant impositæ litteræ erant &
sanctitatis effectrices & roboris: magnam enim
Deus per eas potentiâ ostendit, cum nimirum
arca

CATE-
NA PA-
TRVM.

David non
temporalia
sed spiri-
talia po-
stulat.

arca & semel & bis & sæpiùs capta fuit ab alienigenis. Quid autem sibi vult istud *Surge*? Fac, inquit, vt nos desistamus errare & arca circumferri, & ea tandem aliquando quiescat. Vbi autem hæc facta fuerint, vide illum non querere ædificationem ciuitatis, neque quidquam rerum sensibilibium, sed templi erectionem, Sacerdotum plenitudinẽ, veterem cultum & sacerdotium. Deinde quoniam hæc petierant, ipsi autem erant multis peccatis obnoxij, ad progenitorem confugit dicens, *Propter David seruum tuum*, non propter virtutem tantum ipsius, neque propter studium quod ad templi erectionem contulit, sed propter pacta quæ cum illo iniuisti.

II. IVRAVIT DOMINVS DAVID VERITATEM.] ANONYMI. Sedebunt, inquit, in sede Christi discipuli eius eorumque successores. Verumtamen & filij tui ó Dauid qui ex circumcissione sunt, si nouum Testamentum custodiuerint, & testimonia eius, quæ docturus sum eos, etiam ipsi sedebunt super eam. Et videmus etiam multos ex eis Episcopali sede dignos fuisse habitos.

13. QVONIAM ELEGIT DOMINVS SION.] CHRYSOSTOMI. Non enim homo locum elegit, sed Deus ipsum suã sententiã constituit, se ad eorum imbecillitatem demittens. Hoc est ergo quod dicit, *Quem tuã sententiã constituisti, quem aptum esse censuisti, ne permittas diffluere.* Dixisti enim, *Quoniã hic habitabo:* sed illa dixit cum illis pactis conuentis, *Si custodiuerint filij tui testamentum meum, &c.*

15. VENATIONEM EIVS BENEDICENS BENEDICAM.] ORIGENIS. Id est rerum venantium abundantiam, fertilitatem, ita vt hæc omnia tamquam è fontibus affluant. Hoc igitur hic dicit: Pollicitus es te benedicturum eius venationem, id est, te præbiturum rerum copiam necessariorum cum multa securitate.

18. SVPER IPSVM AVTEM EFFLOREBIT SANCTIFICATIO MEA.] ANONYMI. Alius ait *cornu*, alius *segregatio eius*, alius *segregatum eius*. Quid est ergo quod dictum est? Mihi videtur hic dicere prosperitatem, securitatem, vires, Regnum, quæ ei segregauit ab initio. Hæc, inquit, manebunt florentia, pullulantia, non flaccida, neque decidua. Sed hæc omnia erunt, si manserit ea quæ priùs dicta est conditio: nem-

μη, κὲ ἀπαξ ἐ δὲ καὶ πολλὰ κίς ληφθείσης, ὡς τὸ γῆρ ἀλλοφύλων. τί δ' ἐβρι τὸ ἀνάσσει; εἰσὶν, φησὶ, ἡμῶς ἀλωμῶν, ἐ τὴν κίβωτον περιφερομένη, ἐ ὅτι γουὶ ἀνάπαυσον αὐτῶν. Τέτοιον δ' ἐ γημορμῶν, δεῖ αὐτὸν ἐ πύλειως ζῆπῆντα οἰκοδομῶν, ἐκ ἄλλο τι γῆρ αἰδητῆρ, ἀλλὰ τὴν ἐ κίβωτῆ ἀνάστασιν, τὸ γῆρ ἡρίκων πλήρομα, τὴν παλαιὰν λαβείαν καὶ τὴν ἱεροσωμῶν. εἶτα ἐπειδὴ ταῦτα ἤτησαν, καὶ ὑπὸ δῆμινοι ἀμαρτήματὸς ἦσαν αὐτοί, ἐπὶ τὸν περιόρον καταφύγῃ λέγων, Ἐνεκεν Δαβὶδ τῆ δ' ἄλυσε, ἐδὲ τὴν ἀρετὴν ἐκείνου μόνου, ἐδὲ δεχθὲ τὴν σωθῆν ἦν ἐπιήσαστο περι τὴν ἀνάστασιν τῆ γαῖ, ἀλλ' ὅτι καὶ σωθῆκαίς εἶθε περι αὐτὸν.

14. ΩΜΟΣΕ ΚΥΡΙΟΣ ΤΩ ΔΑΒΙΔ ΑΛΘΕΙΑΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καθεδήσονται, φησὶ, ἐπὶ τῆ θρόνου τῆ Χρῆστῆ οἱ μαθηταὶ αὐτῆ ἐ οἱ ἐκείνων δεξιοδοχοί. πλὴν καὶ οἱ σοὶ υἱοὶ ὁ Δαβὶδ οἱ ἐκ περιτομῆς, ἐὰν φυλάξωσι τὴν κενὴν δεξιοδοκίαν, καὶ τὰ μῦρτύρια αὐτῆς, ἐ μέλλω διδάξαι αὐτῆς, ἐ αὐτοὶ καταδῆν) ἐπ' αὐτῆ. καὶ ὁσῶμῶν ὅτι πολλοὶ δεξ αὐτῶν τῆ ἐ ὁπισκοπῆς θρόνου ἤξιώθησαν.

17. ΟΤΙ ΕΞΕΛΕΞΑΤΟ Ο ΚΥΡΙΟΣ ΤΗΝ ΣΙΩΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ γδ ἀνθρώπος τὸν τόπον ἐξελέξατο, ἀλλ' ὁ θεὸς ἐψηφίσαστο συγκαταβαίνων, τῆ αὐτῶν ἀδυναμία. τῆτο εἰ λέγει, ἐν ἐψηφίσει, ἐν ἐδοκίμασας ἐπιτήδειον εἶν, μὴ ἀφῆς δεχθῆναι. ἔλεγας γδ, ὅτι κατακίησε ἐσταῦθα. ἀλλὰ ταῦτα ἐλέγει μὴ ἴ σωθῆκαίς ἐκείνων, ἐὰν φυλάξων) οἱ υἱοὶ σε τὴ δεξιοδοκίαν μου, ἐ τὰ ἐξῆς.

16. ΤΗΝ ΘΗΡΑΝ ΑΥΤΗΣ ΕΥΛΟΓΩΝ ΕΥΛΟΓΗΣΩ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τητέσι γῆρ ὁσίαν ἀφθονίαν, τὴν δυναμίαν, ὡς πάντα αὐτῶν ὡς ἀπὸ πηγῶν ἐπιρρεῖν. τῆτο εἰ φησὶ ἐσταῦθα. ἐπὶ ὑπέχει τὴν θῆραν αὐτῆς διλογῆσειν, τητέσι, τὴν γῆρ ἀναγκάσιον ἀφθονίαν παρέξει μὴ πολλῆς ἀσφαλείας.

19. ΕΠΙ ΔΕ ΑΥΤΟΝ ΕΞΑΝΘΗΣΕΙ ΤΟ ΑΓΙΑΣΜΑ ΜΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπεὶ φησὶ τὸ κίρας, ἄλλος τὸ ἀφορισμὸν αὐτῆ, ἄλλος τὸ ἀφορισμῶν αὐτῆ. τί δῆποτε εἰν βρι τὸ εἰρημῶν; Ἐμοὶ δοκεῖ τὴν δυναμίαν λέγειν, τὴν ἀσφαλείαν, τὴν ἰκμῶν, τὴν βασιλείαν, ἔπειρ δε ἀρχῆς καὶ ἀφώρισον αὐτῆ. ταῦτα μῶνι ἀνδῆντα, φησὶ, βρῶντα, ἐ μαρμαρόμῶν, ἐδὲ καταπίπτοντα. ἀλλὰ ταῦτα πάντα εἶσα, μὴ τῆ περιδορισμῆ τῆ εἰρημῶν,

ρημίμ, Εἰ ἀν φυλάξω) οἱ υἱοὶ σου τὴν δόξα-
 θήκω μου· ἢ τὸ ἀγίασμα, ἀντὶ τῆ ἀγάπης
 μου, ἀνθήσῃ, & δόξα ὡς τὴν δόξαν. τὸ δὲ,
 αὐτὴ ἡ κατάπαυσις μου εἰς αἰῶνα, πῶς ἔσται
 ὅτι τὸ Σιών τὸ παρερχομένης; τοῦτο δ' ἀν ὅτι
 τὸ Ἐκκλησίας ἢ ἡρετίσας, ἢ καὶ ἢ θήρα ἢ ἢ-
 λόγηται, οἱ καὶ ἐκείνω τῶ Ἀποστολικῶ
 λήφ ὡς τὴν πίστιν ζωζήμενοι.

pe, Si custodierint filij tui testamentum meum.
 Vel sanctificatio, id est sanctitas mea, flore-
 bit, & suauem odorem emittet. Illud autem,
 Hac requies mea in saculum, quomodo erit
 in Sion quæ pertranfit? Hoc itaque intelligen-
 tur de Ecclesia quam elegit, cuius etiam vena-
 tio benedicta est, qui sunt illi qui quotidie
 Apostolico reti ad fidem adducuntur.

ANNO-
 TATIO-
 NES COR-
 DERII.

ANNOTATIONES CORDERII.



M i c Psalmus pietatem Davidis & ar-
 dens templi ædificandi studium de-
 clarat, simulque quid Deus ipse iura-
 uerit se tam religiosæ voluntati red-
 diturum; oratque ut regium genus propaget,
 Christoque Domino misso Regnum perpetuo
 stabiliat.

1. *Memento Domine David & omnis mansuetudinis eius.*] Græcè τὸ πάσι τὸ ἐρεβντῶ· pro quo Aquila vertit καουχίας; Symmachus καλώσις: quæ vexationem & afflictionem significant: quinta Editio τὸ ἐρεβντῶ, humiliatiōnis. Notandum hîc, quod David, dum Deum sollicitare contendit ut beneficia infundat, vnam solam profert mansuetudinem: & licet illustriores alias virtutes haberet, ut fidem & charitatem eximiam, tamen his prætermisissis solius meminit mansuetudinis. Nimirum petens à Deo dona etiam ostendere voluit se habere aliquid suum, quod offerre posset; atque idcirco profert mansuetudinem: ex qua venit, quod per veram possessionem bona habeat quisque propria & suâ. Vnde pulchrè S. Chrysostomus Homil. 34. in Genesin: *Hinc, inquit, David maiorem calidus concilians benivolentiam, & afferens quæ suâ erant à misericordie Deo maiora affectus est. Quasi dum mansuetudinem non præmitteret, nihil posset afferre quod suum videretur. Et idem ut sciatur habere aliquid suum, vnius mansuetudinis memoriam commendat. Sanè constat hoc animi decus tanti esse apud Deum, ut nomen hoc velut sacrum anathema in votis & precibus suis Ecclesia censuerit interponendum; vnde vel ipsum sacræ Missæ Officium frequentissimè his ipsis verbis Sacerdos auspicatur, Memento Domine David & omnis mansuetudinis eius.* Obsecrationis genus potentissimum hoc est apud Deum, qui cum naturâ sit ipsa mansuetudo, quasi per ipsam diuinitatem obtestamur, quæ Dei dono ac munere in præstantium virorum animos diffusa est. Itaque precatio quasi ipsius mansuetudinis inaurata nitore in summi Numinis affectu dulces & pios motus efficit, & illius beneficentissimam bonitatem homini conciliat: & quidem maximè, si per Davidem intelligamus Christum, ut exponit S. Hilarius, & eum secutus Hugo: idque probant ex eo intelligi, quod non modò vir ille magnus vitâ & virtute Messiam adumbraverit, verum etiam quod ratio nominis Christo conueniat. Significat enim David idem quod manu fortis vel aspectu desiderabilis. Quæ omnino pulchrè in Seruatore congruunt: nam bellator generosus & in-

clytus, mansuetudine ut manu fortis, latum peccati regnum Erebiq; regem vicit, & triumphum amplissimum reuexit. Vnde relucet decor in vita lenitatis, qui fidelium animos capit: ut non sine causa ob illam ipsam placabilitatem, omni ex parte verendam & amabilissimam, aspectu desiderabilis vocetur. Quare ad petendam mansuetudinis gratiam, & summi omnium parentis animum deliniendum, dicamus sæpè, *Memento Domine David*, Christi videlicet tui, veri Messie, humanissimi Seruatoris, Agni immaculati, qui excessu quodam lenitatis & inuicti amoris cruorem omnem suum fudit in pretium nostræ redemptionis. Memento omnis mansuetudinis eius, ut proficiat illa nobis, & tuo singulari beneficio per imitationem in nos transfundatur.

2. *Sicut iuravit Domino.*] Ex Scripturis, inquit Iansenius, patet quàm studiosus fuerit David in parando loco arcæ & ædificando templo, dum mox in principio Regni sui super totum Israël arcam Domini cum solemnibus pompis transferret; primum è domo Abinadab, deinde è domo Obededom in domum suam; & postea ædificare templum cogitaret, nisi à Domino per Prophetam Nathan prohibitus fuisset. Verum de voto Davidis nihil in Scriptura legitur. Putant igitur quidam votum istud Davidem fecisse illo tempore, quo circa arcam transferendam intentus erat: verum obstare videntur verba voti hîc explicata. Cum enim David tunc nondum inuenerit tabernaculum Deo Iacob, necesse fuisset eum contra votum suum frequenter fecisse, ac proinde stultum votum consequens fuit eum emisisse. Itaque dicunt verba huius voti non simpliciter esse accipienda, sed per totum, ut per omnia hæc, Non ascendam in domum vel lectum meum, nec dormiam, &c. intelligatur voluisse significare, se non perfectè quieturum, nec depositurum sollicitudinem, priusquam inuenisset locum Domino, &c. Hæc tamen interpretatio non videtur litteræ benè congruere. Proinde verosimilior est Hebræorum hoc loco sententia, qui dicunt istud votum Davidem fecisse eo die, quo vidit propter peccatum numerationis populi Angelum paratum ad percutiendum Hierusalem, ut scribitur in libris Regum & Paralipomenon: tunc enim videbat necessarium sibi esse ut Deum sacrificijs placaret; nec tamen poterat ire in Gabaon, vbi erat altare holocaustorum, ut in prædictis locis scribitur. Erat enim nimio timore perterritus. Sciebat quoque templum à filio Salomone ædificandum in Sion, quemadmodum ei promissum fuerat; verum

Sola mansuetudo habet propria sua bona.

Mansuetudo addit vim precibus & votis.

Christus verus David, per quem orationes.

Quam studiosus fuerit David in parando loco arcæ.

An & quale votum fecerit David.

2. Reg. 24.
 1. Paral.
 22.

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.

certum locum, in quo ædificandum erat, nondum didicerat. Itaque tunc vouit se non introiturum in domum suam, &c. priusquam diuinâ reuelatione didicisset locum illum à Deo electum, in quo templum extruendum esset. Accessit ergo Dei iussu Gad Propheta, qui præcepit vt ascenderet ad aream Ornam Iebusæi, super quam viderat Angelum extensum habentem gladium, ibique extructo altari offerret sacrificia: quæ cum vidisset igne cælesti deuorari (exaudiuit enim eum Dominus in igne de cælo, vt ibi scribitur) dixit: *Hæc est domus Dei, & hoc est altare in holocaustum Israël.* Quasi dicat: iam inueni locum quem quærebam. Hic enim erit locus, in quo à filio meo constructurum templum, in quo erit altare holocaustorum. Vnde & lib. 2. Paralipomenon cap. 3. dicitur Salomon construxisse templum in monte Moria, qui demonstratus fuerat Dauidi patri eius in loco quem parauerat Dauid in area Orna Iebusæi; atque ab eo tempore cœpit parare omnia ad ædificandum templum necessaria, & filium Salomonem ad id adhortari. Secundum hanc sententiam Scripturis & litteræ conformem, quod dicitur in primo versu, *Memento mansuetudinis eius, vel, vt habent Hebræa, afflictionis eius;* rectè intelligitur de ea afflictione & humiliatione in qua erat tunc temporis, cum sacco indutus & prostratus in terram hæc voueret. Alioquin enim satis impertinens videretur quod hic de mansuetudine & humiliatione Dauidis afferretur. Quod ergo dicitur, *Donec inueniam tabernaculum,* intelligendum est, Donec inueniam locum tabernaculi. Ita Iansenius.

Dauidis
studium &
vigilantia.

3. *Si introiero in tabernaculum, &c.]* Negat se introiturum in tabernaculum domus suæ, nec ascensurum in lectum strati sui, non daturum somnum oculis suis aut palpebris suis dormitationem, non requiem temporibus suis, *Donec,* inquit, *inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Quæ non vulgarem sollicitudinem, sed vigilantia quoddam genus extraordinarium mirandumque significant. Cumque deinde ab internuntio diuinæ mentis fuisset monitus, nolle Deum vt manus operi admoueret; quod sancti Numinis prouidentia Salomoni reseruaret; sic in cælestibus illis monitis acquieuit, vt tamen, quantum fas, & Imperatoris mundi nutus permetteret, deuoti animi studium persequeretur, & singulari diligentia & structura illius grandis superbissimæque delineationem conficeret, & magnam pecuniæ vim appararet, alia denique prouideret, de quibus in sacris Annalibus proditum est. Quod D. Hieronymus (si ille est auctor Epist. 36. de obseruatione vigiliarum, quæ in nono ipsius Operum Tomo circumfertur) expendens, *Quis,* inquit, *tantum non stupeat Dei amorem & animi deuotionem, vt somnum sibi, sine quo humana vtrique corpora deficiunt, penitus interdixerit, donec locum ad templum Domini fabricandum reperiret? Quæ res nos debet firmiter admonere, vt si ipsi locus Domini esse volumus, & tabernaculum eius, ac templum cupimus haberi, in quantum possumus, exemplo Sanctorum vigilias diligamus.*

Vigilia
Dauidis ad
tabernacu-
lum Deo
fabrican-
dum sua-
dent vigi-
lias ad præ-
parandum
animum
Deo.
Arca fæ-
deris Deus
& Domi-
nus diceba-
tur.

5. *Donec inueniam locum Domino.]* Vbi notandum arcam fœderis vocari Dominum, sicut etiam Moyse cam vocat, quando arcam allo-

quens dicit: *Surge Domine: reuertere Domine:* in Hebræo est: *Surge Iehouah: reuertere Iehouah.* De candelabro quoque dicitur: *Vsq̄ue manè luceat coram Domino;* id est *coram arca.* Sic plurimis alijs locis arca fœderis, quia Dei locum apud Hebræos obtinebat, ipso Dei nomine Deus ac Dominus passim dicebatur; vti interpretatur Ribera in cap. 9. Epist. ad Hebræos, Lyranus in Psal. 46. Genebrardus, & alij. Hic autem arcam intelligi manifestè patet ex versu sequenti.

6. *Ecce audiuimus eam in Ephrata.]* Hoc est, Audiuimus arcam esse in terra Ephraim, quando fuit in Silo & in agro Iosue Bethsamitæ, qui siluosus erat. Vbi Dauid reddit causam, cur vellet ædificare templum, in quo arcam collocaret; quòd scilicet eam humili in loco positam comperisset: ac proinde pronomen *eam* refert ad arcam præcedenti versiculo significatam, non quidem proprio nomine, sed *Domini,* seu *Dei:* quibus eam nominibus appellabat. Arca autem à Silo in Cariathiarim translata mysticè significabat Euangelium à Synagoga in Ecclesiam transferendum: *Silo* enim, quæ interpretatur *abruptio,* significat Synagogam, quæ dicebat: *Dirumpamus viscera eorum.* Per *Cariathiarim* verò, quæ interpretatur *Civitas siluarum,* significatur Ecclesia Gentium: *Quæ erat* (vt ait Rupertus) *silua magna, bestijs ferocibus, id est malignis spiritibus, inhabitata & peruisa: nunc autem civitas est fide fundata, muro diuinitatis & Angelorum presidij communita.* Vnde Dauid litteraliter de arca, mysticè de humanitate Christi Domini locutus: *Ecce,* inquit, *audiuimus eam in Ephrata; inuenimus eam in campis siluæ.* Vbi Rupertus citatus: *jam,* inquit, *non inuenitur illic, ubi audiuimus eam: iam non inuenitur in illa, de qua processit, gente; sed in Gentijs, quæ prius fuerant tamquam silua à bestijs, id est malignis spiritibus, possessa; nunc autem in modum camporum sepius gratia Dei circumdase cultiles sunt & fecunda.* Quem sensum Lorinus noster hic fusiùs illustrat additis alijs sensibus tropologicis: quos consule.

Arca
translatio
significat
Euangelium
à Syn-
agoga in
Ecclesiam
transfe-
rendum.
Psal. 2, 3.

7. *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius.]* S. Hieronymus vertit, *Adorabimus scabellum eius:* quod ad fœderis arcam esse referendum Hebræi Doctores volunt; quam veluti solium diuinitatis proni omnes adorabant. Accipiunt quoque aliqui hoc litteraliter de loco vnde ascendit Christus in cælum, qui est in monte Oliuarum: in quo loco adhuc apparent vestigia pedum Christi: in quo loco ex deuotione multi Christianorum Christum adorant. de quo loco dicitur: *Et stabunt pedes eius in die illa super montem Olisarnum, qui est contra Hierusalem ad Orientem.* Alij hoc intelligunt de loco prope Romam, vbi apparuit Christo Petro dicens: *Venio Romam iterum crucifigi:* qui locus hodie appellatur *Domine quò vadis?* in quo apparent adhuc vestigia pedum Christi. In quo loco ex deuotione multi Sancti adorant. Mysticè autem per pedes, qui sunt vltima pars corporis, intellige perseuerantiam. In illis ergo qui perseuerant in bono vsque in finem stant pedes Christi: in illis autem qui non perseuerant non stant pedes Christi. Illi igitur verè Christum adorant, qui in bono vsque ad finem perse-

Locum pe-
dum Chri-
sti multi-
plex.

Perseue-
rantia my-
sticè per pe-
des signifi-
catur.

perseuerant, quia illi sunt de numero illorum, in quibus steterunt pedes eius. Ita Ayguanus.

8. *Tu & arca sanctificationis tua.*] Pro quo S. Chrysostomus hic legi à quibusdam ait *ἰσχύος, roboris*; ab alijs *ἀνάτης, hoc est potentia*: S. Hieronymus vertit, *Tu & arca fortitudinis tua.* Hebræorum quidem illa quondam verè fortitudinis & potentia arca fuit, dum Azotios plagâ fœdâ & insanabili dolore conficit, dum fictitium Numen Philisthæorum prosternit, dum castigat Ozam, dum curiosum Bethsamitarum intuitum plurimorum millium morte & miserando exitio vindicat, dum Hierichuntinos muros euertit: illam hostes vnam exhorrescebant, illius vim atque Numen sentiebant, eâ præsentem conficiebantur. Arca verò sanctificationis nostræ (Deiparam intelligo) multa longè mirabiliora conficit: illâ enim præsentem non Dagon modò vnus, sed omnia idola vanitatum corruunt, impij merito supplicio afficiuntur, superba vitiorum arces & castella, vt Iericho illa vetus, cadunt, potentissimi humani generis hostes omni crudelitate nostram in cladem inhiantes in fœdam fugam vertuntur, superantur. Prò quanti nobis ab illius præsidio triumpho & coronæ textuntur! Illa nobis vallum est, illa securum, & vt Moysi vtat verbis populum in Deuteronomio excitantis, *Gladus gloriae nostræ*: sancto ipsius auratoque pallio vt muro firmissimo regimur: obiecto illius nomine vt tormento militari fulminante hostium machinationes perfringimus. Nos igitur nouam habemus arcam, verè gloriam & pulchritudinem Ecclesiæ tum militantis tum triumphantis: quam mundi opifex Deus non è lignis setim, sed ex omnium gratiarum admirabilitate confecit: in ea lex, in ea manna, propitiatorium, splendor, maiestas: inde voces, oracula, gratiæ: ibi sedes perhonorifica Numinis populum moderantis: hanc Sacerdotes & Liturgi nostri non vt illi quondam Mystæ Abramidum humeris, sed in oculis atque in ore ferant oportet & penitissimo in pectore; ipsius laudes prædicent, illam ament, atque omni studio venerentur: ab illa præsentem in aduersæ fortunæ casibus præsidium, ab illa quies & cælestium bonorum copia, ab ea virtus sanctimoniamque donantur. Hinc iure optimo David prophetae suæ decus admirans vocat *Arcam sanctificationis*. Quod opinor imitatus Andreas Hierosolymitanus Orat. de salutatione Angelica, nuncupat eam *κρητὴν, ἐστὶ τὸ ἁγίασμα τῆς καινοπραξίης δόξης, arcam, in qua noua sanctificatio gloriæ*. Verè arcam sanctitatis (inquit Iuuenalis Hierosolymorum Antistes apud Glycam tertiâ parte) *que Christum in utero suo gestauit. Verè arcam sanctissimam* (ait Gregorius Thaumaturgus Serm. 1. de Annuntiatione) *intrinsicus & extrinsicus deauratam, que vniversum sanctificationis thesaurum suscepit*. Hoc thesauro diues, eademque in omnes singulari & inusitatâ beneficentiâ prædita, quid non largietur pijs suis cultoribus, qui casto & deditissimo animo illi seruiant, ad illam accedent, illius opem atque studium religiosi officijs prouocabunt.

9. *Sacerdotes tui induantur iustitiam.*] Quam paulò pòst inferius vers. 16. nominat salutare; sicut apud Isaiam dicitur: *Induit me vestimentis salutis*: vbi in Hebræo S. Hieronymus esse mo-

net: *Induet me vestimento Iesu*, qui videlicet *factus est nobis iustitia*, inquit D. Paulus. Hanc ergo iustitiam vt sapientiæ abollam, vt clauatam trabeam, vt triumphalem palmatam ferre montentur Sacerdotes. O regale & pulchrius omnino auro paludamentum! quod S. Chrysostomus velut dædalâ manu Phrygionis opere polymito elaboratum, tribus licijs, tricolore texturâ formosum describit; ait enim ad hunc Davidis locum, iustitiam tria quædam ornamenta complecti, quæ Sacerdotum propria sunt, *τὸ ἁγίασμα, τὸ ἱεροσουλὼν, τὸ κατὰ τὴν ἁγίασμα, sanctimoniam, sacerdotium, cultum sacrum*: vt hæc sit quædam Iris pietatis, quæ mirabili varietate Sacerdotem ceu sacrum Regem insigniat. Hanc eandem Imperatoriam chlamydem, pro fibulis gemmaque humerali geminâ charitate decenter hærentem, commendat Ordinibus sacris magnus Antistes, Princeps Regum terræ; *Sic decet nos implere omnem iustitiam*; quasi dicens illum amictum Sacerdotij proprium esse oportere, commendabileque efficiat & sacro imperio dignos. Varios Nobilium ordines, qui aliquo inter se amore & dignitate sociantur, variæ notæ atque signa distinguunt: hic torquem, ille cruceque gerit, quidam periscelides, alij icunculas, hic spicas, ille conchas tellinarum. Sacerdotij nota honorisque symbolum est iustitia: hoc decore mundi Seruator ordinem suum insigniit. Nam *Sacerdos secundum ordinem Melchisedech*, cuius nomen *Iustitia Regem* interpretantur, vult omnes suos in hunc ordinem adlectos esse Reges, esse iustos, omnes Melchisedeches, iustitiæ Reges haberi; vt iustitiam induit, illud felicissimum audiant, *Christum induisti*, & eius imitatione, pompâ regiâ & honore triumphant. Ita Eleganter Cresollus noster Mystagogi lib. 1. cap. 4. lect. 4. vbi fusiùs regium Sacerdotum ornatum describit. Omnes certè qui religioni præficiuntur, aræque seruiunt, Hypothetæ & diuinæ mentis interpretes aiunt esse oportere perfectos, & vndique absolutos. Ita in primis vocat S. Paulus, *Quicumque ergo perfecti sumus*. Quo loco τῶν ἁγιωτάτων, *initiatos*, illum intelligere ait S. Maximus in cap. 1. de Cælesti Hierarchia, Dionysij magni mentem exponens. Hinc S. Chrysostomus, qui genus illud vitæ exquisitè perpenderat, Sacerdotum perfectionem vocat *ἁπλοῦς, plenam vndique absolutionem*; quam illis David cupiebat cum diceret, *Sacerdotes tui induantur iustitiam*. Iustitiam enim ibi nominat *ἀκριβῆ πολιτείαν, perfectam vitæ institutionem*: quæ maximè in Sacerdotibus requiritur, vt ibidem Chrysostomus exponit. Et aliàs illud eiusdem Vatis oraculum enodans, *Sacrificate sacrificium iustitiæ*, ait ibi τῆς ἐκκλησίας πολιτείας, *Ecclesiastica vitæ instituenda ratio*, tantò antè fuisse descriptam, & iustitiam eo loco significare *ἀπαρὰ ἀγαθῶν, vel, vt in Psal. 5. loquitur, καθ' ὅλον ἀγαθῶν, genus omne virtutum*.

10. *Non auertas faciem Christi tui.*] Phrasi Hebraica, sicut suscipere faciem est honorare aliquem; ita auertere alicuius faciem est reijcere precem illius; eò quòd is qui alium exaudire recusat cogat eum cum pudore faciem auertere, & pudefactum abire. *Propter David* igitur, inquit, id est propter promissionem factam Davidi, item propter eius mansuetudinem, virtutes,

Arca fœderis vis & fortitudo.

Virgo Deipara est arca sanctificationis & fortitudinis nostræ.

Deut. 33.

ANNO-TATIO-NES COR-DERII. I. Cor. 1, 30. Qualis iustitia vestis induenda sit sacerdotibus.

Matth. 3.

Iustitia est insigne sacerdotij.

Psal. 109.

Gal. 3.

Philip. 3, 13.

Psal. 4.

Isaie 61.

ANNO-
TATIO-
NESCOR-
DERII.

afflictiones & merita principio Psalmi commemorata, *Non auertas* (à nobis scilicet) *faciem Christi tui*. Id est, Christi gratiam & fauorem à nobis ne remoueas. Vel, Eius conspectum & præsentiam ne differas, neque subtrahas faciem & aduentum Christi tui, reuocans promissionem de eo exhibendo. Item, Ne auerferis, ne repellas, ne repudies precem Christi tui. Rabbini per Christum hîc ferè intelligunt Salomonem, quia Salomon secundi Paralipomenon sexto capite hunc versum sibi ipsi accommodat. Sed cum sententiæ alienæ sæpè aliò accommodentur, rectius hoc de Christo Domino dictum accipitur. q. d. Eum ô Domine pro sua reuerentia exaudi pro nobis interpellantem. Ita Genebrardus.

Psal. 88,
36.

11. *Iuravit Dominus David veritatem, &c.*] Hoc accipi potest, vt sit sensus: Iuravit ei fidelitatem, promisitque ei se fore fidelem. Alibi enim in Psalm. dicit Dominus: *Semel iurans in sancto meo, si David mentiar*. Aut iurasse veritatem dicitur, quia iuravit rem verissimam. Quæ interpretatio idè videtur conuenientior, quia postmodum videtur velle explicare eam veritatem quam promisit: agit enim hîc de veritate in seruandis promissis: quæ nihil aliud est quam fidelitas. Est autem fidelitas virtus in Angelis & hominibus inclinans ad seruanda promissa intuitu obligationis quam promissio inducit; in Deo verò est ipsa essentia aut voluntas considerata, vt suo modo ad hoc inclinât. Vnde sicut Deus est sua essentia, suus amor, sua cognitio; ita quoque est sua fidelitas & infinita propensio ad præstandum quicquid promisit: & quia per Christum omnia præstat quæ ipse promisit generi humano, etiam Christus sæpè veritas in Scripturis dicitur: sicut etiam vocatur misericordia: quia per ipsum Deus omnem misericordiam seu misericordiæ effectus præstitit hominibus. Quæ cum ita sint, vtrique factum erat dixisse Deum iurasse, quid opus est addidisse quòd iurauerit veritatem? Numquid potuit Deus iurasse falsum? Nihilominus addit David: *Et non frustrabitur eum*. Et fanè id videtur superuacaneè positum. Quid enim necesse est dicere Deum non frustraturum re iuratâ eum cui iuravit?

Deus est
sua veri-
tas & fi-
delitas.

Homo auer-
sari so-
let rem iu-
ratam.

Psal. 109,
4.

Hieronymus viuaciùs rem expressit: *Iuravit Dominus David, & non auertetur ab ea*; quasi ipsa iuratio auersionem facere soleat rei iuratæ, ne iurans illam adimpleat. Quod disertè dicitur in alio Psalm. *Iuravit Dominus, & non penitebit eum*. Num potest Deum rei iuratæ pœnitere? Auertabitur Deus iuramentum; & re iuratâ frustrabitur eum cui iuravit Dominus? Profectò etsi non iurasset Deus, quia summa veritas est, mentiri non potest. Planè mendaciò reluctatur diuina natura, quæ & eius veracitas: non esset Deus si mentiri posset, & non implere iuramentum: imò iurat Deus quod sua ipsius maximè interest, nempe nobilitare Davidis genus, de quo ipse nasciturus erat; & dare magnum Sacerdotium, quod Christo suo datum fuit. Ita planè. Quorsum ergo, postquam Deus semel iurasse dicitur, statim additur, iurasse veritatem, nec frustraturum esse eum cui iuravit re iuratâ; nec eum pœnitere iuramenti; nec auersurum esse implementationem rei iuratæ? nisi quia iuramentum solet sequi apud homines auersio à re iurata & quoddam quasi pœnitentiæ genus, quod it-

clinat ad pœnitendum & auertendum à re iurata, & quidam velut fomes mouens ad oppositum; & apud homines est prognosticum rei non faciendæ. Itaque, inquit David (loquens de Deo more humano) Deus veritas est, & ita mentiri nequit; Deus verax est, & bonus, adeoque non potest peierare. Dei maximè interest quod iuramento promisit, & ita valdè allicitur ad implementationem iuramenti. vnde subdit:

I B I D E M. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.] Irenæus lib. 3. cap. 27. expendit dictum esse de fructu ventris tui, non autem de fructu lumborum vel renum tuorum; vt nimirum Christus intelligatur: quem doctè Tertullianus obseruat fructum ventris dictum, non vtri. hæc sunt eius verba: è libro 3. Contra Marcionem cap. 20. *Ventris fructus dicitur caro Christi, quæ ex utero Mariae floruit, ideoque & fructus ventris tantum nominatur, vt proprie ventris, quasi solius ventris, non etiam vtri.* Itaque hoc loco non dixit de fructu tuo, sed de fructu ventris tui, ad ventrem virginis respiciens, vt notauit idem Tertullianus loco citato. Hic autem fructus cum floruit ex ventre virginis, non virginitatis florem abstulit, sed flos virginitatis exitit ac decor.

Christum
proprie
fructus
ventris.

15. *Venerationem eius benedicens benedicam.*] Græcè *ὑπαρ*, Hebraicè *עֲשָׂה עֲשָׂה*: quod proprie *viatum* significat. Vnde ridet Caluinus editionem nostram Vulgatam, quòd pro *viatum* substituerit *viduam*: ait enim Presbyterum aliquem lasciosum existimasse e & esse vnum d, & sic pro *viatum* legisse *viduam*; quæ quia vox mutila erat, addidisse a, & fecisse *viduam*; & neminem fuisse in Ecclesia nostra, qui hanc corruptionem aduertere potuerit. Sed facile hanc calumniam refutat Bellarminus nolter, dicens Latinum interpretem vertisse quod in Græco inuenerat *ὑπαρ*, quod *viduam* significat omnium consensu: quod etiam Patres Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Prosper, Cassiodorus & alij in Græco legerunt. Imò S. Hilarius meminit vtriusque lectionis, & contendit veram lectionem esse *viduam*, & sic lectum fuisse antequam Christus nasceretur. Igitur necesse est vel in Hebræo mutatum esse textum, & Septuaginta legisse aliter quàm modò habeant (& hæc est sententia S. Hilarij) vel in Græco textu esse corruptionem factam vitio scriptorum, quia vnam litteram legerunt pro alia, vt S. Hieronymus putat: sed in sensu nulla ferè diuersitas est, cum per vtrumque vocabulum significetur, abundantiam ciborum fore in ciuitate Dei. Et quoniam, vt idem Hieronymus dicit, vsus obtinuit vt legatur *vidua*, non est lectio Latina illo modo mutanda, cum non à lascioso Sacerdote, vt Caluinus calumniatur, sed à veneranda antiquitate ortum habuerit. Mysticè autem Eucharisticus panis hoc loco *vidua* promittitur, id est animæ desolatæ, quæ auxiliùm sibi non petat ex rebus humanis; tali enim animæ præcipuè debetur Eucharistia. Optimè item Eucharistia *venatio* dicitur; scilicet, quia multo labore & sudore conquirenda est: rectè etiam *viatum* seu *viaticum* appelles, quia non deferenda eis qui otio torpent, sed illis qui in via virtutis quotidie proficiunt, & ad cælestem patriam contendunt.

Vulgata
lectio con-
tra Calui-
num defen-
ditur.

Eucharis-
tia quibus
danda.

Iesus ipse est vestimentum Sacerdotum.

16. *Sacerdotes eius induam salutari.*] Græcè σωτηρίαν, salute: Chaldaeus vertit, vestibus redemptionis: quæ nihil aliud sunt quàm ipse Messias, Saluator, Iesus. Quod videtur explicare Isaias simillimo oraculo, superius ad versum nonum citato. Illustrat & eundem locum S. Cyrillus in cap. 3. Malachiz sic scribens: *Filijs Aaronis gestamen erat stola prescripta legibus; selectis autem in Christo & sanctuario destinatis, indumentum splendidum, & ιερογενής, sanctum & sacerdotale, est Christus ipse.* Et paulò post ait mundi Seruatorem esse *αγιον ιεργων, priorem Mystratum, qui sacris operantur, αμειον εξιασων, indumentum admirabile.* Eleganter Cresollius noster Mystragogi lib. 2. cap. 13. sect. 2. Sacerdotum nostrorum vestem describens: Christus, inquit, Iesus cum Ecclesiam suam diuino consilio institueret, non vt quondam Aaronem, suæ religionis Pontificem, aliosque Sacerdotes, vestire bysso purpuraque voluit, atque auro barbaricarij manu variato; nec auream fronti laminam imposuit, nec humeris Ephod, siue Epomidem, opere polymito confectam, non pectori textum lapillarem, non lateribus baltheum, plumarij artificio distinctum, non denique hinc inde phrygio limbo malogramata, atque nolas sacro horrore sonantes, sed vt longè antè pius Cantor ad nablium cecinerat, *Sacerdotes suos induit salutari*, vel, vt alio loco dicitur, *iustitiâ*; hoc est, virtutum omnium textu & pulchritudine exornauit: siue per iustitiam *πᾶσαι ἀρεται*, vt Lyczi voluere sapientes, intelligat, videlicet omnem virtutum complexum & Christiani animi perfectionem: siue adumbret mundi Seruatorem, qui factus est nobis iustitia; cuius mirabili vitæ innocentia & imitatione tegi nos & ornari velit. Nam cum eo concinens

Paulus, & eodem afflatus spiritu, monet vt induamur *Domum Iesum Christum*. Sic Gregorius Theologus Orat. 42. ait Christum nominatum esse agnum vellere aureo atque diuino non solum propter innocentiam, verum etiam *διὰ τὸ ἕρδμεν τῆς ἀρχαίας γυνώσκουσ, quod sit veteris munditatis velamentum.*

17. *Illuc producam cornu David.*] Sic appellat Regnum Messie, quod erat inchoandum in Sion, atque inde per totum orbem propagandum. Explicuit hoc Zacharias in suo Cantico dicens: *Erexit nobis cornu salutis in domo David pueri sui, &c.*

IBIDEM. *Parauit lucernam Christo meo.*] Secundum phrasim Hebraicam lucerna frequenter accipitur pro filio vel posteritate, quæ patris nomen clarum fecit & illustre. Sic dicitur ad Ieroboam: *Filio eius dabo Tribum unam, vt remaneat lucerna David sermo meo cunctis diebus.* Et de Abiam dicitur: *Propter David dedit & Dominus Deus suus lucernam in Hierusalem, vt suscitaret filium eius.* Per excellentiam igitur hoc loco Christus intelligitur, qui ex Davidis semine oriundus non modò nomen eius, sed totum insuper orbem erat illustraturus. Potest tamen etiam aptissimè intelligi, vt S. Augustinus exponit, de præcursoire Domini, qui ipso Christo teste erat *lucerna ardens & lucens*: erat enim ardens fide & charitate; lucens exemplo & prædicatione Christum orbi manifestans.

18. *Super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea.*] In Hebræo est, *Super ipsum efflorescit Nazaraïtis meus*: pro quo S. Hieronymus vertit *corona mea*. Quæ sanè corona lemniscis ornata caelestibus efflorescit in omnem æternitatem, & strophia sacris hominibus supeditabit.

ANNOTATIONES CORNERUM. Rom. 13, 14.

Lucæ 1.

Lucerna accipitur pro posteritate. 3. Reg. 11.

Ibid. cap. 15.

Christus lucerna Davidis, Ioannes lucerna Christi.

Ioan. 5, 35.

IN PSALMVM CXXXII. ARGVMENTVM.

α. Ωδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

1. Canticum graduum.

Ἐπὶ Ρόβοām Ἰσραήλ θύσαν αἱ φυλαὶ, καὶ αἱ μὲν δέκα τῶν Ἰσραήλ ἠκολούθησαν, αἱ δὲ δύο τῶν Δαβιδικῶν παρ᾽ ἅπαντα βασιλείᾳ: καὶ δὲ τῶν ἐπ᾽ ἀνοδὸν ἐκ Βαβυλωνίως πάλιν συνῆλθον εἰς ἓν, καὶ τῶν συμφωνίᾳ ἠγάπησαν, καὶ μίαν ἔχον ἠγμονίαν, δὲ ἡσυχίᾳ μὲν προεδιαίρει.

Tempore Roboam Tribus diuise fuerunt, & decem quidem Ieroboam secute sunt, duæ vero Davidicum amplexæ sunt Regnum: post reditum igitur ex Babylone rursus in unum coactæ sunt, & concordiam adamarunt, & unum habuerunt imperium, quod hic Psalmus prædicit.

Tribus sub Roboam diuise, post reditum è Babylone coniunctæ fuerunt.

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΚΑΘΟΥ Δὴ τί καλόν, ἢ τί τερπνόν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφῶς, ἀπὸ τῶν αὐτῶν.

ECCE * nunc quid bonum, vel quid iucundum, nisi habitare fratres in vnum?

* Vulgata quàm bonum & quàm iucundum habitare Concordia Deo grata.

Ἄρα τῶν εἴ τι καλόν, & εἴ τι ἀρετὸν τῶν θεῶν, πῶς ὅτι τὸ ἠνωθὲν τῶν συγγενεῶν, καὶ τὰ τὸ διαίρεσθαι πρὸς ἀλλήλους, εἴτε καὶ τὰ ἑαυ-

Id est: Si quid bonum, & si quid Deo gratum sit, hoc est cognatos coniungi, & à diuisione desistere. Deinde etiam exempla

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

di&i huius declarationem ostendunt. sub-
iungit enim:

2. Sicut unguentum in capite,
quod descendit in barbam, bar-
bam Aaron,

Sufficiebat quidem dicere unguenti abun-
dantiam à capite deferri in barbam, nunc au-
tem adiunxit etiam Aaron, rem hanc maio-
rem faciens à dignitate personæ.

Quod descendit in oram vesti-
menti eius:

Quid vocet
oram ve-
stimenti.

Oram vocat colare vestimenti. Vult igi-
tur dicere, quod unguentum ex redundan-
tia à capite in barbam descendens stillet
etiam in oram vestimenti, ac talis sit odoris
eius suavitate repletus. Deinde etiam aliud
exemplum adfert ad rei huius confirmatio-
nem, & ait:

* Vulgata
Hermon
* in mon-
tem

3. Sicut ros * Aërmon, qui de-
scendit * super montes Sion.

Non hoc dicit, quod ros montis Aërmon
descendat in montem Sion (nam hi montes
minimè sibi mutuo vicini sunt) sed quod in
vtrisque montibus id ipsum accidat : nempe
quod mons Aërmon in montes qui ad pedes
eius siti sunt rorem deriuat, & subiectam re-
gionem irriget. Quemadmodum igitur hoc
etiam delectabile est, adeoque utile existit ; ita
etiam populi concordia Deo iucunda grata-
que accidit.

Quoniam illic mandavit Do-
minus benedictionem, * vitam
vsque in sæculum.

* Vulgata
addit &

Istud *illic* non de loco dicit, sed de
re, sicut etiam alibi ostensum est : *Illic*
iter quo ostendam ei salutare meum. &
alibi : *Ibi ceciderunt omnes qui operantur*
iniquitatem. ac si dicat, in istiusmodi rebus.
Sic etiam hoc loco istud, *illic mandavit.* id
est, Talibus Deus salutem largitur.

Psal. 49,
25.
Psal. 35,
13.

δείγματα δεικνυσι τῆ λεγομένη τὴν σαφή-
νεια. ἔπιφέρει γδ.

β. Ὡς μύρον ἐπὶ κεφαλῆς,
τὸ κατὰβαῖνον ἐπὶ πώγωνα, τὴν
πώγωνα τὸν Ἀαρών,

Ἡρκεῖ μὲν εἰπεῖν μύρον ἀεικσίας φε-
ρομένην ἀπὸ κεφαλῆς ἐπὶ πώγωνα, νυνὶ δὲ
προσέθηκε καὶ τὸν Ἀαρών, μείζον ποιῶν τὸ
ᾠσεῖμα τῆ τῆ προσώπου τιμωτατι.

Τὸ κατὰβαῖνον ἐπὶ τὴν ὠσιν ἔ-
κινδύναται αὐτοῦ.

Ὡς καλεῖ τὸ ἀειφραχλήιον τῆ ἱματίου.
βέλει) ἐν εἰπεῖν, ὅτι ἐκ τῆς ἀεικτικότητος τὸ
μύρον ἀπὸ τῆ κεφαλῆς κατὰβαῖνον ἐπὶ τὸν πώ-
γωνα βρέχει καὶ τὴν ὠσιν, ἔστιν ὁ τριῶτος
διωδίας πεπληρομένης. εἶτα ἔτερον ἕτερον ἰσο-
δείγμα φέρει εἰς βεβαίωσιν τῆ προσέγγιατος,
καὶ φησὶν.

γ. Ὡς δρόσος Ἀερμών, ἢ κα-
τὰβαῖνον ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών.

Οὐ τῆτο λέγει, ὅτι ἡ δρόσος τῆ Ἀερμών
ὄρει κατὰβαῖνει ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών (καὶ γδ ἐκ
ἐγγύς εἰσὴ ἀλλάλων ταῦτα τὰ ὄρη) ἀλλ' ὅτι
ἐν ἀμφοτέροις τὸ αὐτὸ γίνε) τοῖς ὄρεισι· καὶ
γδ τὸ Ἀερμών ὄρος ὡς ἐκ τῆ δρόσου εἰς τὰς
προσώπους τῆ δρόσιν πηδῶν, καὶ ἀρδεν
τὴν ἰσοκρομένην χῶρον. ὡς ἐν ἔστι
καὶ τῆτο περιπνῶν, ὅτι τῆτο καὶ χρησι-
μοι· ἔτιος ὅτι περιπνῶν ἔτι διὰ τῆ ὁμο-
νοια τῆ λαῶ.

Ὅτι ἐκεῖ ἐνετείλατο κύριος
τὴν δόξα, ζῶν ἕως τοῦ αἰῶ-
νος.

Τὸ ἐκεῖ ἐκ ἐπὶ τόπου λέγει, ἀλλ' ἐπὶ
προσέγγιατος, ὡς καὶ ἀλλαχῆ ἐδηξῆθ· ἐκεῖ
ὁδοὺς ἐν δόξῳ αὐτοῦ τὸ σωτηρίῳ μου. καὶ
ἀλλαχῆ· ἐκεῖ ἔπαισι πάντες οἱ ἐργαζό-
μενοι τὴν ἀνομίαν. ἵνα εἴπη, ἐν τῆς τριῶτος
προσέγγιατος. Οὕτως καὶ ἐνταῦθα τὸ, ἐκεῖ
ἐνετείλατο. ἀντὶ τῆ, ὅτι ἐπὶ τῆς τριῶτος ὁ
δοξὸς τὴν σωτηρίαν χειρίζεται.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

1. **Q**UCCÈ NVNC QVID BONVM, VEL
QVID IVCVNDVM?] Alius, *Quid*
bonū, & quid pulchrum? Ceterum
non dixit absolute habitationem, neque vnā

1. **Δ**ΟΥ ΔΗ ΤΙ ΚΑΛΟΝ, Η ΤΙ
ΤΕΡΗΝΟΝ ;] Ἄλλος, *τί ἀγα-
θόν, καὶ τί καλόν;* ἀλλ' ἐχ'
ἀπλῶς τὴν οἴκησιν εἶπεν, ἕδρι τὸ ἐν οἰκίσκῳ
συνέ-

συνίχαθ, ἀλλ' ὅτι τὸ αὐτὸ, ταῖσι μὲν ὁμοφρονίας, καὶ συμφρονίας καὶ ἀγάπης, τὸ μίαν ψυχῶν ἔχει, εἴτα καὶ εἰς ὡσαύδεσσι ἐκφέρει τὸ σιμιθῶν, καὶ σωματικὰς εἰκόνας τίθει, δυναμῶς ὡσαύτησιν τῶν ὄψιν. τίς ἢ εἶπεν,

β'. ΩΣ ΜΥΡΟΝ ΕΠΙ ΚΕΦΑΛΗΣ, ΤΟ ΚΑΤΑΒΑΙΝΟΝ ΕΠΙ ΠΟΓΩΝΑ, ΤΟΝ ΠΟΓΩΝΑ ΤΟΝ ΑΛΑΡΩΝ.] Οὗτος γὰρ ἀρχιερεὺς ὡς ἐχρῆτο τῆς μύρου, καὶ κρατὶς ἀΐζο πάντων, σφόδρα ἐπιχαρὶς ὡς τοῖς ὀσφροσὶ καὶ ἰδίς. ὡσπερ ἐν, φησὶ, ἐκεῖνος ἐμφορεῖται τῆς χάριτος, καὶ πολλὰς δωδίας ἐμπόδισαι, ἔχων τοῖς ὀσφροσὶ παρέχει· ἔτι καὶ τὸ ἐπὶ κεφαλῆν, καὶ τῆ ψυχῆ τῶν ἰδίων ἐπιτίθει. Ὡς δὲ, ὁ καλεῖται ὡσαύτησιν, Ἀκύλας εἶμα ἐνδύματα. Ἐκ γὰρ τῶν ὡσαύτησιν, φησὶ, τῶ μύρου ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὡσαύτησιν ἐπὶ τὸν πόγωνα βρέχει, καὶ τὸν ὄψιν, ἢ ὡσαύτησιν τὸ τῶ ἰματίο ἀφαιρῶν.

γ'. ΩΣ ΔΡΟΣΟΣ ΑΕΡΜΟΝ Η ΚΑΤΑΒΑΙΝΟΥΣΑ.] Φασὶ γὰρ ποσαύτῳ καταφύραθ δρόσον ἐν Αἰρμόν, ὡς καὶ τὸς κροσῶν ὡς ἀπὸ βροχῆς εἰσέρχεται. καὶ δι' ἐκεῖνον μὲν τὸν δωδίαν, ὡς τῶν δὲ τὸ πρῶτον παρῆσιν. τὸ δὲ ἐκεῖ, ἀπὸ τῶ ἐν τῆ ὡσαύτησιν κατοικίῳ, ἐν τῆ ὡσαύτησιν συμφρονία, ἐπιτίθει κύριος τῆς δωλογίας. καὶ γὰρ δωλογία τῶ ἐπὶ ἔστι, ὡς τ' ἀνατίκω ἀφαιρῶν. Τῶ καὶ ἔπειτα ἐπαυεῖ ἀνιγματοδ ὡς λέγειν. Ἐὰν κοιμηθῶσιν οἱ δύο, καὶ ἕνα θῆμι αὐτοῖς. εἴτα καὶ τὸ ἰσχυρὸν αὐτοῖς. τὸ γὰρ ἀνατίκω τὸ ἰσχυρὸν ὡσαύτησιν ἀνατίκωσιν. ἔτι δὲ ἀγάπη, ἐκεῖ ἔστι ζωῆ. διὸ εἶπεν, ἔστι ζωῆ ὡσαύτησιν αἰῶνος. ὡς γὰρ ἢ φιλοφροσύνη δωλογίας ἐργάζεται, ἔτι δὲ ὡσαύτησιν τῶ ζωῆ μὲν ἀφαιρῶν ἔστι.

contineri domunculâ, sed in unum, id est cum concordia, & consensione & dilectione unam animam habendo. Deinde etiam per exemplum exprimit id quod dicitur, & corporales ponit similitudines, quæ possint rem ipsam oculis subijcere. Quænam hæc similitudo?

COM-MENTARIVS HERACLEOTÆ.

2. SICVT VNGVENTVM IN CAPITE, QVOD DESCENDIT IN BARBAM, BARBAM AARON.] Hic enim cum esset Pontifex ungebatur hoc unguento, & undique distillabat, valde gratus & suavis omnibus eum videntibus existens. Quemadmodum ergo ille, inquit, habitu decorus, multaque repletus fragrantia, gratiam præbet videntibus; ita etiam hoc pulchrum est, & animæ adfert voluptatem. Oram autem, quam collare vel torquem appellamus, Aquila vocat os vestimentorum. Ex affluentia enim, inquit, unguenti à capite descendens in barbam pluit, & in oram, siue supremam vestimenti partem.

Pontifex olim unguento distillabat.

3. SICVT ROS AERMON QVI DESCENDIT.] Dicunt enim in Aërmon tantum roris deferri, ut etiam regulæ ab humore eius distillent. Atque per illum quidem fragrantiam, per hunc verò iucunditatem demonstravit. Illic autem, id est in tali habitatione, in tali concordia, mandavit Dominus benedictionem. Hoc enim est benedictio, sicut contrarium maledictio. Hoc etiam quidam alius subobscurè laudat dicens: Si dormierint duo, etiam calor ips erit. deinde etiam fortitudinem eius indicat: nam funiculus triplex non cito rumpitur. Vbi autem charitas, ibi & vita. Quocirca dixit, Et vitam usque in seculum. Quemadmodum enim contentio mortem parit, ita vbi pax ibi vita est securissima.

Aërmon mons rosiferus.

Ibid. 12.

C A T E N A P A T R V M .

α. **Κ**ΑΛΟΥ ΔΗ ΤΙ ΚΑΛΟΝ, Η ΤΙ ΤΕΡΠΝΟΝ;] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πολλὰ τῆς ὡσαύτησιν τῶ ἐπὶ μὲν καλὰ, τὸ δὲ πρῶτον ὡσαύτησιν ἔχει. ἔπειτα ἰδὸν μὲν ἔχει πάλιν, τὸ καλὸν δὲ ἀπιστέρευ. ἄμφω δὲ σωματικῶν ὡσαύτησιν ἀφαιρῶν. ὅτι δὲ τὸ ἰσχυρὸν ἀμφω ταῦτα σωματικῶν, ἔστι ἰδὸν καὶ τὸ καλὸν. τῶ γὰρ μάλιστα ἢ ἀγάπη κέκεται, μὲν τῆς ὡσαύτησιν καὶ τὸ ἰσχυρὸν ἔχει καὶ ἰδὸν ταῦτῳ ἐν ἐπιτίθει ἀνιμῶν. ἢ γὰρ ἀπλοῦς τὸ ὡσαύτησιν

1. **Q**UOD BONE, VEL QUID IUCVNDVM?] CHRYSOSTOMI. Multæ quidem res sunt pulchræ & honestæ, sed carèt delectatione: quemadmodum alix sunt rursus iucundæ, sed deest eis honestas: non facile autem contingit ut vtraq; conveniât. Sed in hoc quod dictum est hæc vtraq; concurrunt, & voluptas & honestas maxima. Hoc enim in primis habet charitas, quod cum utilitate sit eadem facillima atque iucundissima: eam igitur hæc laudat. Non dixit enim ab-

Charitas est virtus utilis simul & iucundissima.

solutè

CATE-
NA PA-
TRVM.

solutè *habitationem*, sed *in unum*, id est, cum consensione, & concordia, & dilectione. Deinde sermonem hunc clariorem reddens, etiam exemplo illum declarat. Ceterum secundum sensum obuium, quando eiusdem fidei fuerint, ecce hoc bonum; quando verò etiam operibus consenserint, ecce hoc iucundum. Fratres autem in unum habitantes intellige tres animæ facultates, vel animam & corpus: quæ quando in notitia rerum diuinarum & in probis actionibus consenserint, & rectè se gesserint, ecce hoc bonum; quando verò scientia corresponderit, ecce hoc iucundum.

2. SICVT VNGVENTVM IN CAPITE.]

Quid mysticè per unguentum, barbam & oram vestimenti designatur.

ORIGENIS. Unguentum est Spiritus sanctus, caput est mens, barba est ratio. Hæc ratio autem cor circumdat. Barba verò Aaron est ratio quæ obstruit & cohibet passiones, virtutesque Deo sacrificat. Porro gratia Spiritus etiam vsque ad oram ipsius vestimenti descendit; id est, communicatur per practicam virtutem & per moralem philosophiam. Ora enim vestimenti est eius finis.

3. SICVT ROS AERMON.] ANONYMI.

Adduxit etiam aliam similitudinem, quæ multam habet iucunditatem, & spectatori præbet delectationem. Hæc autem non abs re posuit; sed quoniam ante captiuitatem decem Tribus & duæ erant dispersæ ac diuisæ, & id fuit causa multæ iniquitatis, eosque ad seditiones, contentiones & bella impulit: idcirco ne hæc fierent suadet & consulit, ne populus amplius distrahatur, sed simul habitet, & sit coniunctus, & vni administratori & Regi pareat, & charitas ab initio ad finem vsque diffuat, tamquam ros omnes peruadens; & comparat claritatem unguento & rori: per illud quidem suauitatem odoris; per hunc verò quietem ac delectationem visus volens ostendere.

Montes Sion & Aermon quid mysticè significent.

ORIGENIS. Montes Sion sunt Sancti illi qui sublimia contuentur, in quos descendit ros. Aermon autem interpretatur auersio ferarum. Aiunt autem Iordanem quoque inde oriri. Hoc autem significat etiam sacri Baptismatis gratiam: hæc enim semper descendit in Sanctos, & per illam fit auersio spiritualium ferarum.

ILLIC MANDAVIT DOMINVS BE-

εἶπεν, ἀλλ' ἔπει τὸ αὐτὸ, ταῦτά ἐστι μὴ ὁμοφω-
νίας, & συμφωνίας, κ' ἀγάπης. εἶτα σαφές ἐ-
στι τὸν λόγον παίων, & ὡς ἡδύδευγμα ἐκ-
φέρει τὸ εἰρημῶρον. Κατὰ δὲ τὸν ἀποστόλου
ἐν, ὅταν ὁμόπιστοι ὦσιν, ἰδὲ τὸ κελεῖν. ὅταν
δὲ κ' τοῖς ἔργοις συμφωνῶσιν, ἰδὲ τὸ τερπνόν.
Α' δὲ λφὺς δὲ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κραυγαῖται, ἵνα
ταῖς ψαῖς τῆς ψυχῆς διωσθῆται, ἢ ψυχῆς καὶ
σώματος. ὅταν συμφωνῶσι πρὸς τὴν ἡγίαν
γνώσιν καὶ πρὸς τὰς ἀγαθὰς πράξεις, ὅταν
ἢ ἀφ' ἑαυτῶν, ἰδὲ τὸ κελεῖν. ὅταν δὲ καὶ ἢ
γνώσιν συμφωνῶν, ἰδὲ τὸ τερπνόν.

β'. ΩΣ ΜΥΡΟΝ ΕΠΙ ΚΕΦΑΛΗΣ.]
ΕΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μύρον ἐστὶ τὸ πνεῦμα τὸ
ἀγιον, κεφαλή δὲ ὁ νῦς, πάγων δὲ ὁ λόγος.
ἡμπερὶ χεῖρ δὲ τὴν καρδίαν ὁ λόγος. Πάγων
δὲ τῷ Ἀαρὼν ὁ λόγος ὁ καταφρόντων τὰ
πάθη, καὶ κερουργῶν τὰ θεῖα τὰς ἀρετάς.
καταβαίνει δὲ ἢ τῷ πνεύματι χάρις καὶ
ἐπὶ τὴν ὡσαν τῷ ἐνδύματι αὐτοῦ. ταῦτά,
ἡμπερὶ ἰδὲ) ἡμπερὶ ἀρετῆς καὶ ἐπὶ
τῆς ἡθικῆς φιλοσοφίας. ἢ γὰρ ὡσαν τῷ ἐνδύμα-
τι αὐτοῦ ἐστὶ τὸ πῆρας.

γ'. ΩΣ ΔΡΟΣΟΣ ΑΕΡΜΟΝ.] ΑΝΩ-
ΝΥΜΟΥ. Καὶ ἐτέρον εἶκονα παρήγαγε, πολ-
λὸν τὴν ἰδὸν ἔχουσαν, κ' τῆς διατητῆ τῆς τέρ-
ψης παρεχομένη. ταῦτα δὲ ἐξ ἀπλῆς τέ-
θικον. ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς τῆς αἰχμαλωσίας
καὶ δέκα φυλαὶ & δύο διασπαρμύλαι ἦσαν, κ' τῆ
ἐκτοῦ ἡθρονομίας πολλὰς αἰποὺ γέρον, & ὡς
στάσεις κ' πολέμοι αὐτὰς ἐπέβαλε. ἡμπερὶ
ἵνα μὴ ταῦτα γινῆ) ἡμπερὶ καὶ συμβαλεῖ,
μπερὶ ἡμπερὶ τὸν δῆμον, ἀλλ' ὁμῶς καὶ
καὶ σωφροσύνη, κ' ἰσὺ ἐπὶ ταῦτα δὲ
μαργαρίτῃ & βασιλεῖ, καὶ τῷ ἀγάπῳ ἡμπερὶ
ῥέουσαν ἀπὸ πρῶτον μέχρι τέλει, ὡσπερ ἐν &
τῷ δρόσῳ ἡμπερὶ πάντων διαβαίνουσαν. καὶ
ἡμπερὶ ἀλλοῖς ἢ ἀγάπῳ κῆρυξ & δρόσῳ
δὲ ἐκείνη μὲν τῷ δωδία. ἡμπερὶ δὲ ταῦτα
τῷ ἀνάπαυσιν καὶ τὸ τερπνόν τῆς ὄψεως
ἡμπερὶ ἡμπερὶ βυλόμενον.

ΕΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁρῶ Σιών οἱ τὰ ὑψη-
λὰ σκοπεῖοντες ἄγιοι, ἐφ' ὧς καταβαίνει ἢ
δρόσος. αἰρῶν δὲ ἡμπερὶ) ἀποστροφῆς θη-
ρίων. φασὶ δὲ καὶ τὸν Ἰορδάνην ποτὲ ἐκεῖ
γινῆ) ἡμπερὶ. σημαίνει δὲ καὶ τὸ τῷ τῷ ἀγίῳ
βαπτίσματος χάρις. αὐτῇ γὰρ αἰεὶ καταβαί-
νει ἐπὶ τὰς ἀγίας, κ' δὲ αὐτῆς γίνε) ἢ ἀπο-
στροφῆς ἡμπερὶ κτηνῶν θηρίων.

ΕΚΕΙ ΕΝΒΕΒΙΑΛΤΟ ΚΥΡΙΟΣ ΤΗΝ ΕΤ-
ΛΟΓΙΑΝ.]

ΛΟΓΙΑΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πῦρ ἐκεῖ; ἐν τῇ τριαύτῃ κατὰ κλήσιν, ἐν τῇ τριαύτῃ συμφωνία καὶ ὁμοφωνία. καὶ γὰρ δὲ ὁμοφώνια τῶν ὄντων ὡσπερ τὸ σασιάζειν ἐ δὲ ἀσασα-δὲ ἀεῖ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀρραβῶν δὲ τῶν ἀγαθῶν πάντων ἐ τὸ αἰώνιος ζωῆς ὅτι ἡ ἀγάπη τῶν ἀγίων βαπτισματις διδομένη χάρις, ἥς μέτοχοι γλυκοῦμεθα. Ἐνθα γὰρ ἀγάπη, πολλὴ ἢ ἀσφάλεια, πολλὴ ἢ ὡς τῶν θεῶν ῥοπή· αὐτῇ μητὴρ τῶν ἀγαθῶν ἐ πηγή· αὐτῇ πολέμων ἀναίρεσις, φιλοφροσύνη ἀφαισμός. Διόφθοι, καὶ ζωὴ ὡς τῶν αἰώνων. ὡσπερ γὰρ ἡ εὐαγγελία θανάτου ἀώρου ἐργάζεται, ἕως ἢ ἀγάπη καὶ ἡ ὁμόνοια τὰ τὸ ζωῆς, μὴ ἀδείας πάσης παρέχει) καὶ ἀσφαλείας, ἀλλὰ καὶ τὰ ἕτερα αὐτῇ χαρίζεται ἀγαθὰ.

NED ICTIONEM.] CHRYSOSTOMI. Vbinam illic? In tali habitatione, in tali concordia, in tali consensu & contubernio. Hoc enim est benedictionis; quemadmodum dissensio & diuulsio sunt maledictionis.

EIVSDEM. Omnium bonorum & æternæ vitæ pignus est gratia illa quæ per sacrum Baptisma conceditur, cuius participes efficiamur. Vbi enim est dilectio, illic est multa securitas & copiosum à Deo auxilium; hæc mater & fons bonorum est; hæc est bellorum abolitio, contentionis interitus. Idcirco ait, *Et vitam usque in sæculum.* Quemadmodum enim seditio mortem parit immaturam, ita dilectio & consensus vitam, eamque tutissimam & securissimam præbet, quin & cælestia nobis bona largitur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hic Psalmus commendat fratrum concordiam tum ab honestate, tum à iucunditate, & aptis similitudinibus rem illustrat.

1. *Ecce nunc quid bonum, vel quid iucundum, nisi habitare fratres in unum?* Latina paulò aliter habent: *Ecce quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in unum!* Quam lætationem Hebræo conformiorem censet Ianfenius, licet sensus idem sit. Duo autem dicit de concordia fratrum, nempe quòd res sit bona, & simul iucunda. Quædam enim bona sunt, sed non iucunda; & contrà, vt superius in Commentario & Catena ostensum est. Martyrium enim bonum est, sed non iucundum; & contrà, voluptas est iucunda, non autem bona. Hoc itaque canticum, & diuinam prædictionem, quidam è Patribus, & doctissimi piarum rerum scriptores, sumunt de Religiosis, qui verè fratres vnum in locum & cætum conueniunt; quorum dulcissimam & benevolentissimam concordiam David prædicat, vt quiddam valdè bonum atque iucundum. Id ipsum noster Hieronymus Platus lib. de Bono status Religiosi eximio quodam genere orationis illustrat; ostenditque multis & grauissimis rationibus triplex boni genus in hac vita sociali communi animorum voto & deuotione composita reperiri. Sed prius illud magnificè quoque fecerat D. Antoninus 3. parte tit. 16. cap. 10. item 1 parte tit. 6. cap. 2. §. 5. vbi in Cœnobijs esse bonum vtile probat, numeratis illius vitæ vtilitatibus nouem, quas similiter D. Bernardus recensuit, & mirificè commendauit: excellentem verò iucunditatem in eadem exponit, allatâ similitudine cum paradiso voluptatis, cum terra promissionis, cum monte transfigurationis: quorum locorum incredibilia bona, & velut pancarpia suauitatum, in religiosis familijs animaduertantur. Rationem boni quoque honesti in eo notat, *vt habitent fratres in unum*, scilicet

in vnitae, inquit, substantiæ communis, remotâ proprietate: in vnitae obedientiæ totalis, abiectâ propriâ voluntate: in vnitae continentiæ integralis, sine venerea societate. Ait videri nihil honestius & conuenientius illis, qui amore Dei à se reiectis & repudiatis omnibus, se totos ad quærendum illud *unum* contulerunt, quod necessarium mundi liberator dixit, quàm si conueniant in *unum diuinitatis* per frequentem contemplationem; in *unum potentialitatis* per dominantem rationem; in *unum statum suæ vocationis* per proficientem continuationem; in *unum fraternæ dilectionis* per bonam conformationem. Hæc & similia copiosè dicuntur à beatissimo illo viro, tum ab alijs, qui de religiøsæ vitæ bonis sibi tractandum & exponendum putauerunt. Verùm alij magni & acuti Litterarum diuinarum Interpretes hoc Davidis oraculum in commune ad Christianos referunt, quos Deus ad politiæ suæ nouæ communionem adlegit. Omnes enim Christianos nuncupauit fratres, & primis Ecclesiæ temporibus omnibus inspirauit, vt essent vnum corpus & anima vna, quâ nulla potest esse maior coniunctio. Quare in hoc dicto Regij Vatis, *habitare in unum*, non tam ad locum est referendum quàm ad eandem omnium sententiam & concentum voluntatum: vnde apud Septuaginta est, *habitare fratres in unum*, hoc est in eandem coire fidem, propositum, religiosam honestatem, felicitatem, vno verbo, omnium animorum pacem. De hac igitur Christianorum omnium inter se concordia David exclamat: *Ecce quàm bonum & quàm iucundum!* S. Hieronymus vertit, *Ecce quàm bonum, & quàm decorum!* est enim in Hebræo *נָחִים נָחִים* *nachim*: quod *pulchrum & decorum* significat. Omnia ista in concordiam aptè conueniunt, vt sit bonum, pulchrum, honestum, decorum, iucundum. Quod bonum neque loco definitur, nec emolumento ducitur, nec perturbatione

Fratrum concordia res bona simul & iucunda.

Multiplex bonum vita socialis religiosa.

Fidelium omnium erat cor unum & anima vna.

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.

batione minuitur. Nam præclare dicit Hugo à S. Victore; *Loco unum esse, & animo non esse, prænam esse; animo, non loco, bonitatem; loco & animo, felicitatem.* Hanc igitur pacem diuinorum mysteriorum conscius Dauid hîc prædicat, quæ sine vel locorum vel hominum consideratione vera ubique & solida est, & inuiolabilis retinetur: cuius mirabilem iucunditatem speciosumque decorem geminâ comparatione illustrat, dum ait illam esse vnguento & rori simillimam.

2. *Sicut vnguentum in capite, &c.*] Aquila vertit, *ὡς ἔλαιον ἀγαθὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καταβαῖνον ἐπὶ τὸν πύργον, τὸν πύργον Ἀαρὼν, τὸ καταβαῖνον ἐπὶ τὸ σῆμα ἐνδυμάτων αὐτοῦ, Sicut oleum bonum super caput descendens in barbam, barbam Aaron, descendens in os indumentorum eius:* Symmachus, *ὡς τὸ μύρον τὸ κάλλιστον ἐπὶ κεφαλῆ κατὰ πύργον ἐπὶ πύργον τὸν Ἀαρὼν, τὸ καταβαῖνον ἐπὶ τὸν σῆμα ἐνδυμάτων αὐτοῦ, Sicut vnguentum optimum super caput defluens in barbam Aaron, quod defluxit ad oram vestimentorum circummetentium illum.* Bonum sanè ac iucundum vnguentum hoc fuit, quod è raris & pretiosis aromatis compositum, & quod omnes, ad quos odor peruenisset, inexplicabili suavitate perfundebar: sic concordia in cœtu pio res pretiosissima apud Deum hominesque habetur, è plurium commercio vt dulcium aromatum varietate composita, quæ odore gratiæ suæ & benevolentissimæ charitatis ad omnes diffunditur humanissimâ & dulcissimâ oblectatione. Illud vnguentum in diuinis Litteris appellatur *Oleum sanctum*; cui cum similis dicitur concordia, necesse est vt fateamur hanc sacram esse atque venerandam, quæ homines apud Numen commendet, & in odorem suauitatis vsque ad folium gloriæ Dei euehatur. Ceterum mysticè his verbis Dauid etiam hierarchici corporis speciem in membris Aaronis, primi legis Sacerdotis, vt in emblemate figurauit, & diuina eius dona cantu & lyrà profecutus est. Per caput autem, barbam & subiectas partes intelligit totum vndique absolutum & perfectum. Sic memini S. Chrysostomum eruditè animaduertisse apud Isaiam hominis similitudine de Iudæa vaticinantem, nomine capitis, barbæ, pedum *ἀβύσσος χάραν, vniuersam regionem* designare; cui vastandæ ignitus hostium furor & barbaries imminebat. Per caput igitur Dauid intelligit summum religionis Ducem & Hierarchiæ verticem, per barbam eos qui dignitate proximè ad illum accedunt, per oram vestimenti gradus ordinisque omnes inferiores: qui omnes corpus odoratum efficiunt mirifico delibutum vnguento, & pretioso; quale fuit illud sacerdotale, quod lectissimis è rebus conficiebatur. Quid verò aliud per id vnguentum intelligit, nisi charismata Sacerdotio adiuncta, nisi vberes cæli gratias atque dona, quibus Hieromystæ perfunduntur, & bonus odor Christi fiunt in vitam salutemque aliorum? Sed videte mysterium. Illud vnguentum summæ & acerrimæ suauitatis, ros ille diuinus, vt etiam eodem loco appellat Dauid, fluxum habet suum Numinis imperio definitum, vt primum in caput tum in reliqua membra delabatur. Quod eximie S. Leo illustrat in hunc modum Serm. 3. de sua assumptione scribens: *Pontificij sacra-*

Concordia
vnguento
comparata.

Eccli. 45.

Quid per
caput, bar-
bam Aaronis,
&c. in-
telligatur.
Isaia 7.

Quid per
vnguentum
significatur.

7. *Quò ibo à spiritu tuo?* &c.] Addit hîc Deus aliud argumentum, quo probet neminem esse qui possit euadere scientiam Dei; quia videlicet Deus vbique est, & omnia penetrat. Vnde fit vt nullus sit locus, ac ne cogitari quidem possit, quem Deus non repleat, in quo præfens diuinæ mentis amplitudo non reperitur. Pulchrè ad hunc locum Chrysologus Serm. 2. *Videt*, inquit, *per totum mundum nuda Dei oculis delicta consistere, non calum, non terram, non maria, non abyssum, non ipsam noctem Deo velare posse peccata;*

ANNO-TATIONES COR- DERII.

Dei scientia nostrum caput excedit.

Quid hic per funiculum intelligatur.

Innocentia & simplicitas Deo placet.

Mat. 18, 3.

ANNO-TATIO-
NES COR-
DERII.

Heb. 4, 13.
Apoc. 4, 6.

cata; sentit quantum sit sceleris, mali quantum, in ipso Dei peccare conspectu, & ideo clamat: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci; cum omnia nuda & aperta sint oculis eius, ac veluti vitrea; iuxta illud Apocal. In conspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo. Vbi, Riberâ Interprete, multitudo hominum qui in terra sunt comparatur mari vitreo, id est pellucido, quod est in conspectu sedis Dei; quoniam quamvis celare Deum velint sua consilia, & occultissime peccare, pellucida sunt oculis eius, omnia de celo contemplatur. Id quod clariùs exponens subdit:

Ier. 23, 24.
Deum ubique
presens
penetrat
omnia.

8. *Si ascendero in calum, tu illic es, &c.] Sic etiam apud Ieremiam: Numquid non calum & terram ego impleo, dicit Dominus? Quam vim exponere cupiens Trismegistus Mercurius, ait Deum circumlocum esse, cuius centrum ubique sit, & circumferentia nusquam. At S. Augustinus lib. 7. Confessionum cap. 5. hanc omnium rerum vniuersitatem velut spongiam cogitabat, quam vndique mare infinitum ambiret, & penetraret: sic verò hunc mundum occupat, ut loco nullo diuina mens definiatur & claudatur, sed simul in omni spatio, quod vllâ pingi cogitatione potest, versetur: quod de spatijs extra mundum infinitis grauiissimi Theologi asserunt.*

Iob 22, 12.

Iob in diuina schola eruditus id humanum genus docuit, cum Deum celo excelso pronuntiat. Itaque S. Dionysius Areopagita lib. de Diuinis nominibus cap. 3. nominat vim ἀπανταχὺ παριστῶν, ἢ ἰστανῶν, ubique presentem, & nusquam: D. Athanasius eodem sensu, Ἐν τοῖς πάντο, ἢ ἐξ ὅλης ἁλώ, In omnibus, & extra omnia. Quod Isidorus Hispalensis lib. 1. de Summo bono cap. 2. eruditè in hunc modum illustrat: *Immensitas diuina magnitudinis ita est, ut intelligamus eum intra omnia, sed non inclusum; extra omnia, sed non exclusum; & ideo interiorem, ut omnia contineat; idèo exteriorem, ut incircumscriptâ magnitudinis sua immensitate omnia concludat, &c.* Pij viri hoc genere meditationis plurimum proficiunt ad virtutis omne genus & perfectionis, cum presentem ubique Deum cogitant & verentur. Multosque scimus à scelere & maleficio reuocatos, quod adorandum omnibus Numen adesse cognoscerent; cuius fallere oculos aut vlticem criminum manum effugere nullâ ratione possent. Sanè potentissimum est hominibus frænum, quo vsus Dauid, in magna fortunæ licentia suum animum componebat. Diuinè S. Leo Serm. 5. de Quadragesima: *Ista ergo, inquit, scientia summi Iudicis, iste est tremendus aspectus, cui peruium est omne solidum, & apertum omne secretum, cui obscura clarent, muta respondent, silentium confitentur, & sine voce mens loquitur.* In eodem genere considerationis versatus Minutius Felix ita profitetur: *Vbi que non tantum nobis proximus, sed infusus est.* Difertè quoque ac eleganter S. Bernardus ad hunc Psalmi locum Serm. 6. de Dedicatione Ecclesiæ ait: *Deus ubique est non diuersus, sed diuersa distinguens; apud homines malos, præstolans atque dissimulans; apud electos, operans & seruans; apud superos, pascens & cubans; apud inferos, arguens & condemnans.* Quare quis sceleratus viuens in Dei præsentia non erubescat, ne dicam exhorrescat?

Memoria
Dei fugat
peccatum.

11. *Et dixi: Forsitan tenebra conculcabunt*

*me, &c.] Id est, Si dixerit, inquit, nobis cogitatio nostra, ut in tenebris ab oculis tuis Demine occultemur, & ad perfruemum delicijs & impuris voluptatibus abscondamur; respondeamus ei, quòd vana & insipientissima sit: nam & tenebræ Deo apertæ sunt, caligo sicut claritas manifesta, & obscura nox non minùs lucida quàm si esset meridies: ipsum enim nihil latet; & ut Paulus ait, Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Sed quemadmodum quis est in parua cellula vel conclauì per præsentiam, quia omnia quæ sunt in eo loco oculis cernit, & sine vlla ambiguitate cognoscit: sic Deus, cui totus orbis quoad visibilia & inuisibilia locus est exiguus, omnia intuetur, vniuersa discernit, præterita, præsentia, & futura, & possibilia; & quidquid est aut esse potest manifestè cognoscit. Illud autem quod sequitur, Et nox illuminatio mea, &c. simile est illi quod dixit S. Laurentius (licet alio sensu) Mea, inquit, nox obscuram non habet, sed omnia in luce clarescunt: quia tenebra, ô Domine, non obscurabuntur à te, nec aliquid in me facient, quod tuis oculis sit inuisum; sed nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebra eius, ita & lumen eius. Id autem, inquit, habeo non ex virtute mea, sed ex munere tuo Deus meus; quoniam tu scilicet suscepisti renes meos ab impura colluue mundandos, suscepisti me de vtero matris meæ. Guilbertus Abbas Serm. 1. in Cantica, expendens illa verba Dauidis, Nox illuminatio mea in delicijs meis, sic scribit: *In delicijs ait, non in scentis: ita & tu nobem si non potes sciens, peritenta illuminare delicijs. Nam in hac nocte potest Iesus meus magis dulci quodam affectu suauiter sentiri quàm sciri ad purum.* Scientiam igitur remittamus in æternitatis diem, quando clarâ visione defæcatus animus Iesum comprehendet: dum in hac nocte sumus amoris demus operam, qui meliùs nobis reuelabit Iesum. Acutè D. Bernardus Serm. 3. de verbis Isaïæ sic ait: *Quid lucere festinas? Nondum illud aduenit tempus, in quo fulgebunt iusti sicut Sol in Regno Patris eorum. Interim perniciosus est iste appetitus lucendi; seruere enim multo melius.* Non te totum scientiarum lumini tradas, da primas amoris in hac vita, da primas ardori. Felicior eris & securior si ardeas, quàm si luceas; si ames, quàm si scias.*

12. *Quia tenebra non obscurabuntur à te.]* Symmachus, οὐτε οὐκ ὁ σκοτεινὸν ἐσὶν οὐδ' ἀλλὰ ἡ νύξ ὡς ἡμέρα φαίνεται, [alias φαίνε.] Neque tenebra erunt tenebricosa super te: sed & nox sicut dies lucet, [aliàs lucebit:] S. Augustinus legit: *Quoniam tenebra non obtenebrabuntur à te: Tu ergo, inquit, noli tenebrare tenebras tuas; nam Deus illas non tenebrat, sed magis illuminat, quia dictum est in alio Psalmo: Tu illuminabis lucernam meam Domine, Deus meus illuminabis tenebras meas. Qui autem tenebrant tenebras suas quas Deus non tenebrat? Homines mali, homines peruersi, cum peccant utique tenebra sunt, dum non confitentur peccata sua quæ fecerunt, sed insuper defendunt, tenebrant tenebras suas. Ergo iam si peccasti, in tenebris es, sed confitendo tenebras tuas mereberis illuminari tenebras tuas; defendendo autem tenebras*

Deo etiam
tenebra
peccata
sua.

Heb. 4, 13.

Non solum
venit
nisi
habebat
obscuritatem.

In huius
vita nocte
amoris de-
licijs pe-
ccata quàm
scientia ob-
scurendum.

Tenebras
sua tene-
bras, qui
peccata ex-
cusat &
defendit.

tuas tenebraberis tenebris tuis. Et quando enades à dupliscibus tenebris, qui in simplicibus laboras? unde autem Dominus non tenebras tenebras nostras? Quia non nos sunt impunita habere peccata. Hæc tor sententiarum luminibus de tenebris S. Augustinus, quas illustrat dum damnat. Nemo igitur tenebris suis addat, nemo culpas excuset, nemo defendat, aut neget. Nocentior fit, qui innocentem se facit, cum sit nocens; & crimen aggrauat excusatio, dum putatur eleuare; & in densiores tenebras se recipit, qui se abscondit.

13. Quia tu possedisti renes meos.] S. Chryso- stomus hoc loco per renes velut ex parte intel- ligi vult torum hominem; additque non esse hoc exiguum ad partem laudis & prouidentia, esse Dei possessionem: Qui enim, inquit, possidet, xh- ditai, & xerou, & curam gerit, & promidet. Hinc illa magnifica Dei pollicitatio ad spem & fiduciam erigentis: Noli timere, quia te redemi, & vocaui te nomine tuo, meus es tu. Quæ verba dulcissima sunt, & mirificâ iucunditate replent animum. Res Dei sumus, ad illum pertine- mus, nocere nobis nemo potest, quin eo ipso Dei potentiam irriter, maiestatem violet. Mem, inquit, es tu, singulari quadam ratione, non eo tantum modo, quo cælum & terra ipsius sunt; quod creator & architectus sit omnium; sed quia, inquit, redemi te, noli timere. Cruor ipse purpu- reus Agni immaculati, pretium illud immortale & incomparabile, quod nisi Deus æquare nihil potest; gemmantes illæ in corpore sancto plagæ, aureum pignus infiniti sui erga nos amoris, oculis genitoris oblatæ, & pium cor expugnan- tes, altè clamant, Noli timere; & ut ait D. Cy- prianus, securitatem nobis & protectionem pol- licentur.

14. Quia terribiliter magnificatus es.] Ad hunc locum D. Chryso- stomus Hom. 1. de incomprehensibili Dei natura obseruat quædam esse, quæ sine metu admiramur; vt pratum mul- tis floribus depictum: quædam quæ admiramur cum metu; vt mare vasto gurgite profundum: & de hoc genere ait esse diuinam Sapientiam non solum mirabilem, sed etiam terribilem: Miramur, inquit, maris vastitatem immensos- que gurgites, sed non sine metu, cum eius inspi- cimus altitudinem. Sic & Propheta, cum va- stum id immensumque diuina sapientia mare inspicit, vertigine quasi tentatus obstupescit, ac summo cum timore demirans recedit, atque ex- clamat: Terribiliter magnificatus es. Quis enim non pauëat, considerans illos diuinæ sapientia oculis, vt sapius D. Gregorius appellat, inso- pitos; quos nihil effugiat, nihil lateat, quibus nulla hominum Angelorumve arcana abscon- dantur?

15. Non est occultatum os meum à te.] Hunc versum Aquila sic est interpretatus, Οὐκ ἐπαλύθη ἐσὰ μὲν ἀπὸ σοῦ, ὅτι ἐποικίλω ἐν ἀποκρύφῳ, ἰξικιοισθῶ ἐν τοῖς κρυπτοῖς τῆς γῆς, Non sunt abs- condita ossa mea à te, quod factus sum in abdi- to, effigatus in infimis terra: Symmachus verò, Οὐκ ἐλάθη ἢ κρυπτοῖς μὲν, ἢ ἐποικίλω ἐν τῷ κρυπτῷ, ἐποικίλω δὲ ἐν κρυπτοῖς τῆς γῆς, Non latuit con- firmatio mea, quæ factus sum in abscondito, va- riegatus sum tamquam in infimis terra. Occul- tum quippe est, & inuestigari non potest,

quomodo ex illa fluida & molli materia exi- stant & compingantur ossa. Vnde Salomon id esse maximè occultum affirmat: Quomodo, in- quit, ignoras quæ sit via spiritus, & quâ ratione compingantur ossa in ventre pragnantis; sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium. Hæc, in- quit, res tam occulta atque secreta minimè te latuit, quamuis illam in occulto & in abdi- to loco sis operatus, nempe in ventre matris: non indignatus es meâ illi confirmationi ac roborati- oni operam præstare, & in occultissimos natu- ræ sinus conspectum tuum & prouidentiam in- ferre. Ita Agellius.

IBIDEM. Et substantia mea in infimis ter- ra.] Ex Hebræo verti potest, Acui pictus sum, seu, Variè contextus & variegatus sum, ac veluti opere phrygio distinctus. Tanta est enim humani corporis pulchritudo, vt phrygianum quoddam stragulum multicoloribus filis inter- textum referre videatur. Comparat igitur opus creationis in neruis, ossibus, carne, cuti, cum opere phrygionico, & aluum, seu vuluam matris, cum inferioribus terræ. q.d. Variè effectus sum & contextus, miro artificio & ingenio distinctus sum membris, veluti acui pictus textusque, quo pacto pannus lineus pulchrè solet acui pingi, aut aula elegantia imaginum & colorum varietate. Vnde D. Ambrosius lib. 6. Hexaëmeron cap. 8. admirandus exclamat: Pictus es à homo; & pictus à Domino Deo tuo: bonum habes artifi- cem atque pictorem: noli bonam delere picturam, non fuco, sed veritate fulgentem; non cerâ ex- pressam, sed gratiâ. Vbi dum hominem pi- ctum vocat, alludere videtur ad hunc Psalms locum.

16. Inoperatum meum viderunt oculi tui.] Græcè est ἀρρηγασθὲν μὲν: Symmachus legit ἀμφοτεροῦ μὲν, Informem me, prout S. Hierony- mus habet: in Hebræo est רָחַץ גֹּלְמִי: quod significat Rudem factum meum, id est embryo- nem, vt vulgò Naturales vocant, cum videlicet nondum factus in materno ytero omnibus suis membris & formâ ultimâ fuerit absolutus, sed impolitus adhuc est, temporis successu per vir- tutem generatiuam perficiendus.

17. Mihi autem nimis honorificati sunt ami- ci tui Deus.] Alius Interpres apud S. Chryso- stomum legit, Τίμοι ἐξ ἰσοῦ οἱ ἰταῖοι σοῦ, Pretiosi fuerunt familiares tui: Apollinarius interpretat- ur ἀντοῖ, admirabiles, & omnibus suspiciendi. Vbi à Dauide nominantur amici, vel ἰταῖοι Quam hon- orificati sint amici Dei. socij, qui scilicet in societatem Dei vocati sunt ad tuendam & propagandam religionem, ad si- millima vitæ facinora, ad sudores exhauriendos in iuuando hominum genere, & deducendo ad felicitatem. Quam ob causam Paulus σὺν πρῶτος, Dei adiutores appellat, qui dispendio vitæ suæ compendium immortalitatis faciunt, & pleni meritis excellentissimarum virtutum ab homini- bus digrediuntur. In hos ergo pius Vates inij- ciens oculos suos admirandus exclamat: Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus. Nimis inquit λίαν, hoc est valdè, vehementer (vt Augustinus & Cyprianus legunt) incredibiliter, supra hominum fidem & opinionem. In quibus verò honorati? In multis mirificisque rebus. In primis, quod à turba & populi multitudine illos adsciuit ad heroicum & diuinum vitæ genus, vt

T t t t 3 dispen-

Nos sumus singularis Dei posses- so.

Isaie 43, 1.

Homo à Deo quasi acui pictus.

Immensum diuina sa- pientia mare in supo- rem & ter- rorem con- iicit.

Quam hon- orificati sint amici Dei.

Hominis est occulta for- matio.

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.

dispensatores mysteriorum, vt lucem mundi, vt apotropæos humani generis, & sospitatores, vt Pharos in naufragijs, vt Medicos in morbis, vt primipilos Ecclesiæ militantis, vt Quæstores sacrarum largitionum, vt legatos Vniuersitatis, vt Principes super omnem terram. Vnde subdit:

I B I D E M. *Nimis confortatus est principatus eorum.*] Vbi, vt loquitur Caictanus, optimæ Regis partes describuntur magnipendere iustos propter Deum, & Primates iustorum efficere potentes: quoniam vbi fortes honorantur, ibi multiplicantur fortes: vbi docti honorantur, multiplicantur docti: & similiter vbi iusti honorantur, ibi multiplicantur iusti. Agit autem de magnis fatoribus religionis Dei que amicis, quos ipse mundi Rex de mundo redeuntes, in hominum oculis abiectos, omnium rerum possessione nudos & spoliatos, sed gratiâ diuites, in ciuitate sancta Hierusalem regali honore & principatu in sempiternum æuum decorauit. S. Hieronymus ex Hebræo vertit: *Quia fortes pauperes eorum:* quemadmodum etiam apud Theodotionem legitur, *Ἐκσταυώθησαν οἰκίαι αὐτῶν, Ῥοβῆσθι facti sunt, vel, Principatum obtinuerunt pauperes eorum.* Ex quo loco docti quidam Interpretes aiunt, ex mente sensuque Prophetæ, Apostolos hîc dici primarios duces paupertatis, quibus eâ causâ & sublimes honores, & Principatus, & magnificæ grauiarum opes à Deo tribuantur.

Pauperes Christi fortes & gloriosi.

Odium perfectum quod.

22. *Perfecto odio oderam illos.*] Hoc dupliciter exponi potest: vno modo, vt perfectum odium idem sit quod capitale & maximum: altero, vt illud dicatur odium perfectum, quod vitia non naturam persequitur; & quod ex zelo aduersus ipsam improbitatem, non autem ex vltionis & vindictæ affectu & cupiditate oritur. Ad vtrumque enim sensum referri potest: quod est Hebraicè *perfectio odij.* Posteriores expositionem secutus Theodoretus, & D. Augustinus:

Oderam, inquit, in eis iniquitates eorum, diligebam condstonem tuam. Hoc enim est perfectio habenda, odio odisse, vt nec propter vitia homines oderis, nec vitia propter homines diligas. Eodem modo exponit D. Gregorius 3. parte Pastoralis curæ Admonitione 23. *Inimicos, inquit, Dei perfectio odio odisse est, & quod facti sunt diligere, & quod faciunt increpare. Itaque tantus Propheta hoc velut in hostiam Deo obtulit, quod contra se pro Domino prauorum inimicitias excitauit. Sequitur enim, Et inimici facti sunt mihi. Hinc est quod Tribus Leuitica assumptis gladijs per castrorum media transiens, quia feriendis noluit peccatoribus parcere, dicta est manus Deo consecraste. Hinc per semetipsam Veritas dicit: Quid putatis, quia pacem veni mittere in terram? non veni pacem mittere, sed gladium. 34. Deinde monet omnes Gregorius, vt eandem pacem dilectione integrâ intrinsecus teneant, quam per inuentionem vocis extrinsecus turbant: quod vtrumque se testatur seruasse Regium Vates cum ait, Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis. 7. Ecce loquens impugnabatur, sed tamen impugnatus erat pacificus; quia nec insaniens cessabat reprehendere, nec reprehensos negligebat amare.*

23. *Proba me Deus, & scito cor meum, &c.]* Non optat cum iniquis, vt non videat Dominus, nec intelligat Deus Iacob, sed magis vult, vt videat, vt intelligat, vt vniuersa scrutetur, & si quod semen iniquitatis inuenerit, illud extirpet, & omnes suas cogitationes & opera in viam veritatis, id est in Christum, adducat. Pulchrè hîc Augustinus: *Si aliquid inueneris, inquit, Domine in vita mea quod displiceat oculis tuis, quoniam via mea mortalis est, tu deduc me in via aeterna, scilicet in Filio tuo, ubi nulla est iniquitas: quia si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum.*

IN PSALMVM CXXXIX. ARGVMENTVM.

1. In finem Psalmus Dauid.

α. Εἰς τέλος ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ.

Hunc ex persona propria recitat Dauid, Saulem accusans & qui cum ipso erant; hos quidem vt detractores, illum verò vt ab illis persuasum; & in auxilium vocat Deum vniuersorum.

Τῆτοι ἐν προσώπῳ ἰδίου φησὶ ὁ Δαβὶδ, αἰνώμῳ τὸν Σαὺλ καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ τοὺς μὲν δευδαλοντας, τοὺς δὲ ὡς πωδῶ μῶροι· καὶ καλεῖ εἰς ὀπικερίαι τὸν ὅλον θεόν.

PARAPHRASIS ANONYMI.

2. **R**IPE me Domine ab homine malo: à viro iniquo eripe me.

Malus & iniquus quis.

Malum & iniquum eundem vocat; iniquum quidem ex conatu, malum autem eò quòd molestiam faceſſat illi cui insidiatur. In

β. **R**ΕΛΟΥ με κύριε ὁ ἀνδρῶν πονηρῶν· ἀπὸ ἀνδρῶν ἀδίκων ῥύσαι με.

Πονηρὸν καλεῖ ὁ ἀδικὸν τὸν αὐτὸν· ἀδικὸν μὲν ἐν τῷ ὀπικερίσῳ, πονηρὸν δὲ ἀπὸ τῆ πόνου ἐπαίχου τοῦ δευδαλονδῶν· κοινός

νός δὲ καθὼς εἴρηται, πάντας αἰπαῖται τὸς
μὲν τὸ Σαὺλ, ὅθεν ἐπιφέρει.

communi autem, uti dictum est, omnes accu-
sat qui cum Saule erant. unde subdit:

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

γ'. Οἵπινες ἐλογίσαντο ἀδικίας
ἐν καρδίᾳ, ὅλην τὴν ἡμέραν πα-
ρετάσσοντο πολέμοις.

3. Qui cogitauerunt iniquitates
in corde, totâ die constituebant
prælia.

Τὸ ὅλην τὴν ἡμέραν ἀντὶ τῆς δεσποτικῆς
λήτῃ. βέλτεται γὰρ εἰπεῖν· Οὐδ' ἄλλο ποί-
σιν οἱ μετ' αὐτοῦ, ἢ σπείρειν ἡμεῖς πολέ-
μοις διπλοῦς.

Illud totâ die dicit pro semper. Vult
enim dicere: Hi qui cum illo sunt nihil
aliud faciunt, quàm contra me assiduo bella
excogitare.

δ'. Ἡκόμισαν γλώσσαι αὐτῶν
ὡσεὶ ὄφρατος· ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ
χείλη αὐτῶν.

4. Acuerunt * linguam suam sic-
ut serpentis: venenum * aspidis
sub labijs eorum.

* Vulgata
linguas
suas
* aspidum

Δ Ι Α * Α Λ Μ Α.

D I A P S A L M A.

Α' πόδειξις δέ, φησι, τῆ πρὸς ἐμὲ πολέ-
μου αὐτῶν αἰ δεσποτικῆ καὶ ἢ γλώσσα ἢ δό-
λος, ἢ θανατηφόρος.

Argumentum autem, inquit, belli eorum
contra me sunt calumnie & lingua dolosa,
quæ mortifera est.

ε'. Φύλαξόν με κύριε ἐκ χει-
ρὸς ἀμαρτωλῶν· ἀπὸ ἀνθρώπων ἀ-
δίκων ἄξελού με.

5. Custodi me Domine de ma-
nu peccatoris: * ab hominibus * in-
iustis erue me.

* Vulgata
addis &
* iniquis
et ipe

Ἐπεὶ ἔν, φησι, μεγάλη ἐπέτην ἢ ἐπιβυ-
λὴ μεζέουτος δέουμαι τῆ βοηθῆντος. ἕδεις δὲ
ἄλλος ἀρκεῖ πρὸς τοσαύτας κακομηχανίας,
εἰ μὴ σὺ ὁ θεὸς ὁ πάντα διευκρινῶν. ἀ-
μαρτωλῶν δὲ πάλιν καλεῖ τὸν Σαὺλ, ὡς
ἀμαρτάνοντα εἰς αὐτὸν· ἀδίκου δὲ τὸς μετ'
αὐτὸν, ὡς μάτην αὐτῶ ἐπιβυλοῦσας. ὅση
φέρει γὰρ.

Cum igitur, inquit, magnæ sint eorum
insidiæ maiori opus habeo adiutore. Ne-
mo autem contra tot malas machinatio-
nes sufficit, nisi tu Deus qui omnia potes.
Peccatorem autem rursus Saulem vocat, ut-
pote qui in ipsum peccabat, inimicos vero
illos qui cum eo erant, utpote frustra ipsi in-
sidentes. Subdit enim:

Contra in-
sidias Dei
auxilio est
opus.

Οἵπινες διελογίσαντο ἔ' ὑπο-
σκελίσαι τὰ διαθήματά μου·

Qui cogitauerunt supplantare
gressus meos:

ς'. Ἐκρυψαν ὑπερήφανοι πα-
γίδα μοι·

6. Absconderunt superbi la-
queum mihi:

Οὐ μόνον δέ, φησι, φανεροῦς πολυμήσι
μοι· ἀλλὰ καὶ ληθηθῶτος πᾶν εἶδος ἐπι-
βελῆς μηχανῶνται κατ' ἐμὲ, ἢ καὶ ἄκαν
ἐμπέσω.

Non solum autem, inquit, aperte me op-
pugnant; verum etiam clanculum omne
genus insidiarum moliuntur aduersum me, ut
vel inuitus incidam.

Καὶ χοινία διέτειναν παγί-
δας τοῖς προσί μου·

Et funes extenderunt * laqueos
pedibus meis:

* Vulgata
in laqueis:

Καὶ καθάπερ, φησι, οἱ δὲ χοινίων κα-
τασκευάζοντες παγίδας εἰς τὸ ἐμβληθῆναι
τὸς πόδας τῆς ἀκερείως βαδίζόντων, ἔπειτα
καὶ ἐπι τὸς δόλους αὐτῶν πανταχῆ μοι κα-
τοῦξενίξωσιν.

Et sicut, inquit, qui funibus laqueos pa-
rant ad irretiendos pedes incauteambu-
lantium, sic etiam hi dolos suos undique
mihi struunt.

Dolos re-
tiansi simi-
les.

Ἐχόμημα τρεῖς σκάνδαλα
ἔθεντό μοι.

Iuxta * semitam scandalum πο-
suerunt mihi.

* Vulgata
iter

Δ Ι Α * Α Λ Μ Α.

D I A P S A L M A.

Τρεῖς δὴ ἵλον ὅπ τὴν ὁδὸν λέγει. τὸ δὲ

Semitam manifestum est quod viam vocet.

Illud

P A R A -
P H R A S I S
A N O N Y -
M I .

Illud autem *in xta*, id est, in ipsa via recta mihi posuerunt. Hic enim versus superiorem sequitur. Vult nempe dicere: Quoniam in omni via offendiculum mihi collocarunt, ut impingerem.

ἰχθυῖμα, ἀντὶ τῆς ἐν αὐτῇ τῆ ὁδοῦ τὰς πάγας μοι καταπέθασιν. ἀπολυθῆναι γὰρ καὶ εἶναι ὁ εἶχος τῶ ἀνωτέρω. βεβλήν) γὰρ εἶπεῖ· ὅτι ἐν πάσῃ μὲ ὁδοῦ σκάνδαλον μοι πέθασιν, ὅπως ἐμπέσω.

7. Dixi Domino, Deus meus es tu:

Ζ'. Εἶπα τῷ κυρίῳ, θεός μου εἶ σὺ.

Propterea, inquit, ego ad nullum alium confugi quam ad Deum, qui à principio mei curam gessit.

Διὰ ταῦτά, φησὶν, ἐγὼ ἐ πρὸς ἄλλου κατέφυγον, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐξ ἀρχῆς μου φροντίσαντα θνός.

* *Vulgata*
Exaudi

* Auribus percipe Domine vocem deprecationis meæ.

Εἰνώπ(αι κύριε τὴν φωνὴν τῆς δεήσεώς μου.

Et ad ipsum confugiens, inquit, hæc precabar.

Καὶ προσφυγὼν αὐτῷ, φησὶ, ταῦτα ἐδήθην.

8. Domine Domine, virtus salutis meæ; obumbrasti super caput meum in die belli:

Η'. Κύριε κύριε διώαμις τῆς σωτηρίας μου· ἐπεσκίασας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν μου ἐν ἡμέρᾳ πολέμου.

Geminatio istius vocis *Domine* vehementiam continet inuocationis. Vult enim dicere: Quoniam verus meus Dominus es, qui in omni bello admirabilem mihi salutem præbes, etiamnum eripe me ab insidiantibus.

Ὁ διπλασιασμός τῆς κύριε ἐπάσκει ἐπι κλήσεως ἔχει. βεβλήν) γὰρ εἶπεῖ· ὅτι ὁ ἀληθινός μου δεσπότης εἶ, ὁ ᾧ δαχθάν μοι ἐν παντὶ πολέμῳ ᾧ δαδόςιο σωτηρίας, ἐν νῦν ἐξελέμα ἐπὶ ἐπιβουλοῦσται μοι.

9. Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori:

Θ'. Μὴ ᾧ δαδόςιο κύριε δὸπ τῆς ἐπιθυμίας μου ἀμαρτωλῶ.

Neque dedas me inimicis meis, qui desiderant mihi quidquid malum est.

Μηδὲ ἐκδόςιο μὲ τοῖς ἐχθροῖς μου, ὅτι ἐπιθυμοῦσι κατ' ἐμὲ πᾶν εἶπ φάλλον.

* *Vulgata*
contra
fontē

Cogitauerunt * aduersus me, ne derelinquas me, ne * quando exaltentur.

Διελογίσαντο κατ' ἐμοῦ, μὴ ἐγκαταλίπης με, μήποτε ὑψώσωσιν.

D I A P S A L M A .

Δ Ι Α Ψ Α Λ Μ Α .

Et cum, inquit, ipsi proprijs machinis confisi sint, tu ipse me ne deseras, ne arbitrentur esse aliquid machinas suas, etiam te non volente. Id est, Ne semetipsos auxilio tuo potentiores existiment.

Καὶ ἐπειδὴ, φησὶν, ἐκαίνοι τοῖς οἰκίαις μεγαλαῖς πεποιθήσιν, αὐτοὺς μὲ μὴ ἐγκαταλίπης, ἵνα μὴ νομίσωσι εἶναι τι τοῖς μηχαναῖς αὐτῶν, καὶ μὴ βυλομῆν σε. ἀντὶ τῆς, ἵνα μὴ ἑαυτοὺς ἰσχυροτέρου νομίσωσι τῆς σῆς βοηθείας.

10. Caput circuitus eorum:

Ι'. Ἡ κεφαλὴν τῆς κυκλώματός αὐτῶν.

Id est, Hoc est caput conuersationis eorum insidiæ, inquit, aduersus me. unde subdit:

Ἀντὶ, τῆτο γὰρ κεφάλαιον τῆς συσεσφῆς αὐτῶν αἱ κατ' ἐμὲ, φησὶ, δαχθολαί. ὅθεν ἐπιφέρει.

Labor labiorum ipsorum operiet eos.

Κόπ(αι τῶν χειλέων αὐτῶν καλύψει αὐτούς.

Insidiatores sibi technas struunt.

Caput, inquit, insidiarum quas ipsi mihi struunt est labor labiorum ipsorum; id est, calumnia quæ laborem parit: verum hic labor in ipsos reuertetur.

Τὸ κεφάλαιον, φησὶ, τῆ κατ' ἐμὲ ἐπιβουλῆς αὐτῶν ὁ κόπος ἐστὶ τῆς χειλέων αὐτῶν ἀντὶ τῆς, ἢ δαχθολῆ ἢ κόπον ἐπιπέσουσα. ἀλλ' εἶπαι ὁ κόπος εἰς αὐτοὺς ἐπαναστρέφει.

ια. Πε-

PARAPHRASIS ANONYMI.

ια. Πέσονται ἐπ' αὐτοὺς ἀνδρακες,

Καὶ καταλάβοιεν, φησὶν, αὐτοὺς τιμωρίας, μιμνήσκου σου εὐδρακας.

Εἰν πυρὶ καὶ ἀβυσσῶσιν αὐτοὺς.

Καὶ ἔσται, φησὶν, αὐτοὺς ἀνάλωσον ὡς ὑπὸ πυρὸς δέσποντα.

Εἰν ταλαιπωρίας ἔμην ὑποσώσων.

Λάβοιεν δέ, φησὶν, αὐτοὺς καὶ τσαυτὰ ταλαιπωρίας, ὥστε μὴ ὑπομείναι ταῖς βασάναις.

ιβ. Ἄνθρωπος γλωσσώδης ἔκατ' ἀποθήσει τὸν ἴππον τῆς γῆς.

Ἀλλὰ καὶ πάντα, φησὶν, ἀνδρα γλωσσώδη, ταῖσι δ' ἀποθήσει, μὴ κατ' ἀποθήσει, ἀλλὰ μακρὰν χωρῆσον τῆς σῆς γῆς.

Ἄνθρωπος ἀδίκον κακὰ θηροβόσει εἰς διαφθοράν.

Καὶ ἔμνοιον, φησὶν, ἐν τῆς ἀποθήσει τῆς σῆς γῆς τῶν ποταμῶν, ἀλλὰ καὶ ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις πάσαις ὁ Θεὸς, ἵνα αὐτοὺς ἐμπέσει εἰς ταῖς παγίδας εἰς αἷς αὐτοὺς ἄλλοις καταπήσουσιν.

ιγ. Ἐγὼν ὅτι ποιήσει κύριος τὸν κλέψοντα ἔπιωχον, καὶ τὸν δίκλον τῶν πενήτων.

Τὸ ἐγὼν ἐνήλλαξεν καὶ χρόνον. βέλεται γὰρ εἶπεῖν καὶ ἀπὸ τοῦ φανερόν καὶ γνωστὸν πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅτι σοὶ μέλει τῆς ἐπιβουλοῦσιν, ἐδεμίαν ἐχόντων βοήθειαν ἀλλήν εἰ μὴ τὸν σὺν. πτωχὸν γὰρ καὶ πάντα τὸν ἐκ ἐχόντων βοήθειαν καλεῖ.

ιδ. Πλὴν δίκαιοι ἔξομολογήσονται τῷ ὀνόματί σου.

Τὸ πλὴν παρέλακει καὶ τὸ ἑβραϊκὸν ἰδιώμα. θίλει γὰρ εἶπεῖν ὅτι οἱ δὲ δίκαιοι ἐν δικαιοσύναις ἔσονται ὑπὸ τῶν διπλοπόνθων. ταῖσι, ἵνα γνωστὴ πᾶσιν ἀνθρώποις ὡς οἱ μὲν ποταμοὶ κολάζονται, οἱ δὲ ἀδικοὶ βοήθονται. φησὶ γὰρ.

Καὶ κατοικήσουσιν ἀδικοὶ σὺν τῷ κερσώπῳ σου.

Ὡς ἐγνωσθήσεται, φησὶν, ὅτι τῆσιν χαίρεις, καὶ ὅτι αὐτοὺς ποιεῖς ἐν τῇ γῆ ἧς ἐπαγγελίας σωματικῆν σοι, τῆς ποταμῶν παντελῶς ἀποποιήσων.

TOMVS III.

ii. Cadent super eos carbones,

Et corripiant, inquit, ipsos supplicia, quae imitantur carbones ignis.

In ignem deicies eos:

Et ita, inquit, ipsos consume tanquam sub igne Domine.

In miserijs non subsistent.

Capiant autem, inquit, ipsos tantae miseriae, ut earum poenas ferre non valeant.

12. Vir linguosus non dirigetur in terra:

Quin imò, inquit, omnem virum linguosum, id est calumniatorem, ne dirigas, sed procul remoue à terra tua.

Virum iniustum mala * venabuntur in interitum.

* Vulgata capient in interitu.

Et non solum, inquit, talem à terra tua remoue, verum etiam proprijs retribus capiat, ut ipsemet incidat in laqueos quos alijs tetenderat.

13. Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum.

Illud Cognoui mutatum est secundum tempus. Vult enim dicere: Et fiat manifestum & notum omnibus hominibus, quod curam geras eorum qui insidijs impetuntur, nec ullam aliam opem habent praeterquam tuam. Inopem enim & pauperem vocat eum qui auxilio destituitur.

14. Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo:

Illud Verumtamen redundat secundum idioma Hebraicum. Vult enim dicere: Iusti autem gratias agent pro bonis quae acceperunt. id est, Vt notum fiat omnibus hominibus quod pravi quidem puniantur, recti vero adiuuentur. Ait enim:

Et * inhabitabunt recti cum vultu tuo.

* Vulgata habitabunt

Vt notum, inquit, fiat quod istiusmodi delecteris, & facias eos tecum habitare in terra promissionis, peruersos penitus rejiciens.

V V V V COM-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

*Iniqui feris
describuntur.*

2. **R**IPE ME DOMINE AB HOMINE MALO.] Cùm in terra sint pluri-
ma animalia venenata noxiaque,
& quæ malitiam prodant, illis omnibus præ-
termiſſis Propheta rogat ab homine malo &
iniquo liberari. Etenim feræ apparent id
quod ſunt, homo autem qui nequitiam me-
ditatur quavis ferâ difficilius obſervatur. Ge-
nerale autem nomen malitiæ poſuit. Non
enim ſimpliciter circa pecunias iniuſtum, ſed
hoc loco vniuerſim in omnibus iniquum
dicit.

3. **Q**VI COGITAVERVNT INI-
QVITATE S.] In animo machinantes mala,
& meditationem ſuam ad hanc rem dirigen-
tes, conſtituebant prælia, non quæ armis &
inſtructâ acie, ſed inſidijs geruntur, quibus
etiam in foris & ædibus homines bella mo-
uent. *Acuerunt linguam ſuam.* Vide vitij
ignobilitatem: ex hominibus beſtias facit,
aſpides & ſerpentes & linguam rationalem ad
iſtam feritatem deducit. Quemadmodum
autem ſuperius dixerat, *Totâ die conſtitue-
bant prælia,* ita hîc etiam.

4. **V**ENENVM ASPIDVM SVB LABIIS EO-
RVM.] Hoc enim diapſalma vbique ſignifi-
cat. Atqui vitium vel ad breuem moram res
eſt grauis: quando autem id aſſiduè frequen-
tant, quam veniam impetrare poſſint?

5. **C**YSTODI ME DOMINE DE MANV PEC-
CATORIS.] Quid his iniquius fieri poſſit? Quo-
niam alios quoque contumelijs afficere conan-
tur. *Cogitantur enim,* inquit, *ſupplantare
greſſus meos.* Si autem cogitatio in opus non
prodierit, id virtutis eſt Dei. Et vide ſcelus
præmeditatum. Et abſconderunt, inquit, ac
tetenderunt laqueum pedibus meis, & iuxta
femitam ſcandala poſuerunt mihi, vt & pro-
pter longitudinem, & quodd laterent, & quodd
propè tenderent, caperent, & in ſuam potesta-
tem redigerent, vndique retia extendentes,
ſcleris artifices effecti.

7. **D**IXI DOMINO, DEVS MEVS ES TV.]
Confugit deinceps ad inexpugnabile præſi-
dium è cælo adiutorem implorans, qui hæc
poſſit diſſipare. Et vide quid dicat. Non dixit,
Rectè me geſſi, ſed, *Quoniam Deus meus*

*Calumnia-
toris nil
iniquius.*

β'. **Ζ**ΕΛΟΥ ΜΕ ΚΥΡΙΕ ΕΞ ΑΝ-
ΘΡΩΠΟΥ ΠΟΝΗΡΟΥ.] Πολ-
λὸν ὄντων τῶν ζώων ἐπὶ τῆς
γῆς ἰσθόλων καὶ φθοροποιῶν, ἢ κακίας ἐπι-
δεικνυμένων, παρὲς πάντων ἐκείνων ὁ θεὸς
φῆκε δὲ τὸ ἀνθρώπου πονηροῦ καὶ ἀδίκου
ἀξιοῦ μισθῆναι. καὶ γὰρ τὰ θηρία ἀπὲρ ἕξι
φαίνονται, ὁ δὲ ἄνθρωπος μελετῶν τὴν πονη-
ρίαν δυσφυλακτότερός ἐστι θηρίου. γῆρικόν δὲ
ὄνομα τῆς κακίας φησὶν. ἢ γὰρ ἀπλῶς φε-
ρέματα λέγει ἀδικῶν, ἀλλὰ τὸν φερέ πάν-
τα ἀδικῶν φησὶν ἐνταῦθα τὸν κατόλῳ.

γ'. **Ο**ΙΤΙΝΕΣ ΒΛΟΓΙΣΑΝΤΟ ΑΔΙΚΙΑΣ.]
Κατὰ δόξοιαν θηρόνους κακὰ, ἢ μελετῶν
τὸ πνεῦμα ποιῶντων, παρετάσσοντο πολέ-
μου, ἢ τὴν ἐπὶ τῶν ὀπλῶν καὶ τῶν ὤψων ἀ-
ξίαν, ἀλλὰ τὴν δόξον ἐπιβυλῶν, ἢ καὶ ἐν
ἀγροῦς καὶ ἐν οἰκίαις πολυμῶσιν ἀνθρώποι.
ἠκόνησαν γὰρ ἄσασιν αὐτῶν. Ὅσα τῆς κακίας
τῆν δυσγῆμιαν ὅτι ἀνθρώπων θηρία ποιεῖ,
ἀσπίδας καὶ ὄφεις ἢ τὴν γὰρ ἄσασιν τὴν λο-
γικῶν φερέ ἐκείνῳ καταφέρει τὴν θηρο-
δία. ὡσπερ δὲ ἀνωτάτω φησὶν, παρετάσσοντο
πολέμου ὄλλῳ τὴν ἡμέραν, ἢ τὴν ἐνταῦθα.

δ'. **Ι**ΟΣ ΑΣΠΙΔΩΝ ΥΠΟ ΤΑ ΧΕΙΡΑ
ΑΥΤΩΝ.] Τὸ γὰρ δόξα φάσμα τῆτο δηλοῖ παν-
ταχῶ. καίτοι γὰρ ἐν βραχεῖ καίτοι φορτικὸν ἢ
κακία ὄντων δὲ διπλοῦς ταύτῳ μετέρχον-
ται, ποῖαν χάρις συγνώμῳ,

ε'. **Φ**ΥΛΑΞΟΝ ΜΕ ΚΥΡΙΕ ΕΚ ΧΕΙΡΟΣ
ΑΜΑΡΤΩΛΟΥ.] Τί τῆτων γῆμοιτ' ἐν ἀδι-
κώτερον; ὅτι καὶ ἐτέρον ἐπιπραῖξεν ἐπιχειρῶσιν.
ἰλογίσαντο γὰρ, φησὶν, ἰσοσκελίσαμεν τὰ δόξα-
θήματα μῶ. εἰ δὲ μὴ εἰς ἔργον ἐξήλθῃν ὁ
λογισμὸς, τῆτο δὲ τῶ θεῷ δυναμίμως. καὶ δεῖ
μελετημῶν πονηρίας. καὶ ἐκρυψάν, φησὶ,
καὶ διέτεσον παγίδα τοῖς ποσί μου, καὶ ἐχό-
μα τέλει σκάνδαλα ἐθνοῖ μοι, ὡς καὶ
τῶ μήκει, καὶ τῶ λανθάνειν, καὶ τῶ πλησίον
πίπειν, ἰλεῖν, καὶ χειροῦσαδς, πάντα χόθῃ
ἐκτείνοντες τὰς πάγαι, δημωροῖ τῆς κα-
κίας γῆμοι.

ζ'. **Ε**ΙΠΑ ΤΩ ΚΥΡΙΩ, ΘΕΟΣ ΜΟΥ ΕΙ
ΣΥ.] Καταφύγη λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἀχίροστον
συμμαχίαν δὲ τῶ ἑρῶν καλῶν τὸν βοη-
θῶν, ταῦτα λύσαι δυναμῶμον. καὶ δεῖ τί φη-
σιν. ἐκ εἶπε, κατόρθωσα, ἀλλ', ὅτι θεός μου
εἶσύ.

εἰ σὺ· μέγιστον τὸ δικαίωμα συμμάχιας
 πρεσβυλλόμορος, τὸ πρὸς τὸν δεσπότην κα-
 τὰ φύσιν· τί δὲ ἔστι δύναμις τῆς σωτηρίας
 μου; ὅτι ἔστι δύναμις παρ' αὐτοῦ καὶ κολάσεως
 καὶ τιμωρίας· ἀλλ' ἐμοὶ τίω δύναμις τῆς
 σωτηρίας, φησὶ, ὡς δὲ ἄρ. β.

η'. ΕΠΕΣΚΙΑΣΑΣ ΕΠΙ ΤΗΝ ΚΕΦΑΛΗΝ
 ΜΟΥ.] Ο'ρα πῶς δείκνυσιν τὸ δόκλον τῆ
 δεῖξ. ἔκ εἶπεν πρὸς τὸν ἄγγελο, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ
 ἡμέρᾳ, ὅτε τὰ δευὰ ἤρετο, ἐν ἀσφαλείᾳ κα-
 τήσεως· εἶτα δηλοῦν τὴν ἰσχυροῦ τῆς
 νικῆς καὶ τῆς ἀσφαλείας, ἔκ εἶπεν ἰσοσῆ-
 ας, ἀλλ' ἐπιστάσας· ἐδὲ τυχῶν, φησὶ, λυπηρῶν
 ἰσομεινῶν ἐποίησας, ἐδ' ὅσον δὲ καὶ ματῶς,
 δεῖξ τὸν δόκλον δευκῶν τῆ βουθῆας.

θ'. ΜΗ ΠΑΡΑΔΩΣ ΜΕ ΚΥΡΙΕ ΑΠΟ
 ΤΗΣ ΕΠΙΘΥΜΙΑΣ.] Ο' λέγει τῷ πτόν ἔστι· μὴ
 δῶς δὲ δὲ ἐπιθυμίας τῆ κατ' ἐμὲ· τετέστιν,
 ἐπιθυμεί κατ' ἐμὲ, ταῦτα μὴ ἀφῆς αὐτὸν
 πληροῦσαι· δεῖξ δὲ τὴν ταπεινοφροσύνην
 αὐτοῦ· ἐ γὰρ εἶπεν, Μὴ ἐγκαταλίπῃς με ὅτι
 ἀξίός εἰμι δεῖξ τὴν βίε ἀρετῶν, ἀλλὰ,
 μήποτε ὑψωθῶσιν· τατέστιν, ὡς μὴ ἀλαζο-
 νικωτέροις γηῦσας, ἐ εἰς πλείονα ἐπαρθῆναι
 δόξομαι.

ι'. Η ΚΕΦΑΛΗ ΤΟΥ ΚΥΚΛΩΜΑΤΟΣ
 ΑΥΤΩΝ.] Κύκλωμα ἐνταῦθα τὸν σὺλλο-
 γὸν φησὶ, τὸ συνέδριον, τὸ κεφάλαιον τῆ πο-
 τηῶς καὶ διεφθαρμένης γλώσσας, αὐτὸ αὐτὸς
 καταδύσκει καὶ ἀπολέσειν.

ια'. ΠΕΣΟΥΝΤΑΙ ΕΠ' ΑΥΤΟΥΣ ΑΝ-
 ΘΡΑΚΕΣ.] Ο' λέγει τῷ πτόν ἔστι· ἰκανὴ μὲν
 καὶ αὐτὴ ἡ ποτηρία δεφθῆναι τὴς κυκλῶν-
 τας αὐτῶν· ἀλλὰ καὶ τὴν θελήσων ἰσοσῆ-
 σον) ὀργῶν· ἀνθρακας δὲ πρὸς ἐνταῦθα ἐ
 πύρ τὴν ἀνθῶν λέγει φερεμῶν τιμωρίας.

ΚΑΤΑΒΑΛΕΙΣ ΑΥΤΟΥΣ.] Ο'
 μὲν εἰς ἐρμηνεύσας· ἔπειτα, φησὶν, αὐτὸς ἀπό-
 λησον, ὡς μὴ κηκίτι αὐτὸς ἀνασῆναι· ὁ δὲ ἔπι-
 ρος, μὴ πολλὰ τῆ τέρους.

ιβ'. ΑΝΗΡ ΓΛΩΣΣΩΔΗΣ ΟΥ ΚΑΤΕΥ-
 ΘΥΝΘΗΣΕΤΑΙ.] Γλωσσῶδῶν ἐνταῦθα τὸν
 ὑβριστῶν λέγει, τὸν φλύαρον, τὸν λοιδόρον.
 τίς ἐν ὁ καρπός; ἐ κατὰ θυμὸν) ὅτι τῆ
 γῆς· τατέστι, κατὰ τὴν γῆσιν) ἐ φερεμῶν).
 Ο'ρα πάλιν τὴν κακίαν ἀρμῶσαν εἰς δεφ-
 θορὰν τῆ ἔχοντος· ἀλλὰ τίος ἔπικεν τὸ θῆ-
 ρος ἔπικεν ὄνομα; ἵνα τὸ ἀφυκτὸν δηλώσῃ.
 καὶ μὴ ὡς δαυτικὰ ἐμπέση ὁ ἀδικῶν, μὴ
 θάρρησιν· τῷ αὐτῷ γὰρ ἡ ἀγρία.

TOMVS III.

es in; maximam causam adferens auxilij im-
 petrandi, quod confugiat ad Dominum.
 Quid autem sibi vult Virtus salutis mea?
 Quod nempe penes ipsum sit potestas poenae
 & supplicij. Sed mihi, inquit, virtutem sa-
 lutis concede.

8. OBRUMBRISTI SUPER CAPUT MEVM.]
 Vide quomodo ostēdat facilitatem Dei. Non
 dixit ante, sed in ipso die, quando mala immi-
 nebant, me in tuto collocasti. Deinde osten-
 dens insignem victoriam & summam securi-
 tatem, non dixit Seruasti me, sed Obrumbrasti:
 vt ne minimam quidem, inquit, molestiam
 sustinerem effecisti, ac ne æstus quidem, per
 hoc auxilij facilitatem demonstrans.

Deo facile
 est nos de-
 fendere.

9. NE TRADAS ME DOMINE A
 DESIDERIO.] Quod dicit est eiusmodi:
 Ne concedas ei desiderium suum contra
 me: id est, Quæ aduersus me desiderat, ne
 permitte vt ipse impleat. Vide autem humili-
 tatem eius. Non enim dixit, Ne derelinquas
 me quoniam id mereor propter vitæ virtu-
 tem, sed, Ne forte exaltentur. hoc est, Ne
 fiant arrogantiores, & in maiorem insolentiam
 erigantur.

10. CAPUT CIRCVITVS EORVM.]
 Circuitum hîc dicit conuentum, confessum,
 caput prauī & corrupti animi, quod ipsos ob-
 ruerit perdiditque.

Iniquorum
 consilia
 enotantur.

11. CADENT SUPER EOS CARBONES.]
 Quod autem dicit est eiusmodi: Sufficit
 quidem vel ipsum vitium ad eos perdendos
 qui illud complectuntur: sed cum eo iram
 quoque diuinitus immisam sustinebunt.
 Carbones autem ignis & ignem hîc dicit
 supplicium supernè irrogatum.

DEI ICIES EOS.] Vnus quidem inter-
 pres: Ita, inquit, eos perde, vt non ampliùs
 resurgant: alius verò, cum magna celeritate.

12. VIR LINGVOSVS NON DIRI-
 GETVR.] Linguosum hoc loco vocat ho-
 minem petulantem, nugatorem, maledicum.
 Quis ergo est fructus eius? Non dirigitur in
 terra: hoc est, Deijcietur & euertetur. Vide
 rursus vitium sufficere ad perdendum illum
 qui hoc habet. Sed quam ob causam posuit
 nomen venationis? vt significaret illud esse
 ineuitabile. Etsi cum iniuste te geris non sta-
 tim incidas, ne confidas: talis enim est
 venatio.

Linguosus
 non dirigi-
 tur in ter-
 ra.

V V V V 2

13. COGNO-

CATE-
NA PA-
TRVM.

13. COGNOVI QVIA FACIET
DOMINVS IVDICIVM.] Cùm enim
dixisset quia venabuntur, nec ostendisset sta-
tim imminere supplicium, ne quis rudiorum
propterea negligentior redderetur, subiunxit
dicens id omnino futurum. Qui enim iniurijs
affecti sunt non manebunt inulti. Quapropter,
inquit, noui quodd hoc omino futurum fit.
Pauperes autem hinc non intelligit absolute
pauperes, sed humiles & contritos.

14. VERVM TAMEN IUSTI CON-
FITEBUNTUR.] Quodcumque, inquit,
euenit illi agent gratias, etsi viderint humi-
les probris affectos, & malos elatos, non exi-
gent rationem cur ista fiant.

ιγ'. ΕΓΝΩΝ ΟΤΙ ΠΟΙΗΣΕΙ ΚΥΡΙΟΣ
ΤΗΝ ΚΡΙΣΙΝ.] Επειδὴ γὰρ εἶπεν ὅτι θρα-
σει, καὶ ἐκ δ' ἰσως δεικνύσι τὴν τιμωρίαν
φροσὶν, ἵνα μηδὲς δὲ τῶν ἡμῶν παρύτερον
ραθυμότερον γένηται, ἐπήραγα λέγων ὅτι
πάντες ἔσαι τῆτο. ἔ γὰρ μὲν ταῖς ἡμῶν ἀδι-
κμηδύων ἀνεκδίκεται. δὲ τῆτο, φησὶν, οἷον
ὅτι τῆτο ἔσαι πάντως. πῶ γὰρ δὲ ἐν ἑαυτῶν
ἔ τὺς πῆντας καλεῖ, ἀλλὰ τὺς ταπεινὰς καὶ
σωτηριμδύς.

ιδ'. ΠΑΝΗ ΔΙΚΑΙΟΙ ΕΞΟΜΟΛΟΓΗ-
ΣΟΝΤΑΙ.] Ὅτι ἂν γένηται, φησὶν, ἐκείνοι
διχαρισῶσι, καὶ τὺς ταπεινὰς ἰδῶσιν ἰπτη-
ριαζομδύς, καὶ τὺς πονηροὺς ἰπαιρομδύς, ἐκ
ἀπατήσεων δ' ἰσως ἡμῶν.

C A T E N A P A T R V M.



RIGENIS. Cùm Magnus David
à Saùle persecutionem pateretur,
in auxilium vocat Deum vniuerso-
rum dicens:

2. ERIPÈ ME DOMINE AB HOMINE
MALO.] CHRYSOSTOMI. Vbi sunt qui dicunt,
Quare sunt feræ? quare scorpiones? quare vi-
peræ? Ecce enim inuentum est animal quod
maiores ostendit improbitatem non ex na-
tura, sed ex animi voluntate, scilicet homo:
quapropter etiam Propheta ab hoc maxime
postulat liberari. Quid ergo, dic mihi, non
oportuit gigni hominem? sed demeritæ sit
hæc dicere. Atque hinc quidem vocat *homi-
nem malum*: quando autem loquitur de dia-
bolo, absolute dicit *malum*: qua de causa?
Quoniam ipse est pater improbitatis, & per
excessum dicitur malus. Quod si etiam scire
velis, vnde sit deductum nomen improbitatis,
magnum quoque hinc fructum percipies. Im-
probitas enim *πονηρία* dicta est ab eo quod
πόνον, hoc est laborem & ærumnam pos-
fessori adferat. Quocirca quidem sapiens
hoc significans dixit: Si sis malus, solus exan-
tlabis mala. Sic etiam Cain solus exan-
tlauit mala, fratri quidem quem insidijs
oppresserat nihil nocens, sed cum coronis
ad vitam senectutis expertem transmittens,
sibi ipsi autem vitam hanc amaram & mi-
feram efficiens, illam verò quæ isthic est
duram & intolerabilem reddens. Quid por-
rò Ioseph læserunt fratres? nõne ipsi sola mala exantlarunt, in ignominia &

Homo ma-
lus viperis
& feris no-
centior.

Improbitas
cuius Græcè,
dicitur
πονηρία.



RIGENOUS. Διακόμδμος ἑστὶ
τὸ Σαυὴλ ὁ μέγας Δαυὴδ, εἰς ὅτι
κελεύει καλεῖ τὸν ἡμῶν ὄλων θνῶν
λέγων.

β'. ΕΡΕΛΟΥ ΜΕ ΚΥΡΙΕ ΕΞ ΑΝΘΡΩ-
ΠΟΥ ΠΟΝΗΡΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πῶ
εἰσιν οἱ λέγοντες, δὲ τί θηρία; δὲ τί σκορ-
πίοι; δὲ τί ἔχει; ἰδὲ γὰρ εἶρη) ἑστὸν πλείο-
να κακίαν ὅτι δ' ἐκείνων ἐστὶ τὴν φύ-
σιν, ἀλλὰ ὡς τὴν γράμην, δηλοῦν ὁ
ἀνθρώπος. διὸ καὶ ὁ σωφροσύνης ὑπὸ τῆς
μᾶλλον ἀξιοῖ ρυθῆται. τί ἔν, εἶπέ μοι, ἔδὲ
ἀνθρώπον γένηται ἔχων; ἀλλὰ ἀνοίας ἑστὶ
τὰ ῥήματα. ἐστὶ δὲ μὲν ἐν ἀνθρώπον πο-
νηρὸν καλεῖ. ὅταν δὲ ὡς τὴν δ' ἐβόλῃς λί-
γηται, ἀπὸ τῆς πονηρῆς. τί δ' ἔστι; ὅτι αὐτὸς
πατὴρ πονηρίας ἐστὶν, καὶ κατ' ἐξοχὴν λέ-
γει πονηρὸς. εἰ δὲ βέβαιον καὶ αὐτῆς δ' πο-
ρίας τὸ ὄνομα πόδῃ εἶρη) μαθῆν, μεγάλη
κρηπώση. πονηρία γὰρ εἶρηται ἐκ τῆς πῆν,
ἐπαγγελ καὶ μόχθου αὐτῆς τῆς κατημδύς.
διὸ καὶ τίς σοφὸς τῆτο ὡς δ' ἀληθῶν ἰλεθῆν.
εἰάν κακὸς γένη, μόνος ἀντήσῃς τὰ κακά.
ἔπος ἔ ὁ Καὶν μόνος ὑπέτλησε τὰ κακά, τὸν
μὲν ὅτι βλάστησεν ἀδελφὸν ἑστὸν βλάστησας,
ἀλλὰ καὶ μὲν στεφάνων εἰς τὴν ἀγῆσιν ἑστὸν
ὡς ὑπέμψας, ἑαυτῆς δὲ τὸν ἐστὸν βίον
πονηρὸν καὶ ἀδελφὸν ὡς ἀποκρίσας, ἔ τὸν
ἐκείθεν χαλεπὸν καὶ ἀφόρητον κατὰ ἑστῆς.
τί δὲ τὸν Ιωσήφ ἔβλαστησεν οἱ ἀδελφοί; ἔχῃ
αὐτῶν μόνος τὰ κακά ὑπέτλησε, ἀγῆσιν καὶ
δείμασι

δείματα ὡς αὐτὰ ζῶντες τὸν βίον ; μὴ δὲ φοβώμεθα πονηροὺς, ἀλλ' ἐλεήσωμεν. τότε μὲν εἰκότως ἦσαν φοβεροί, αὐτοὶ ἐδέξαντο εἰς ἑσέως δ' ὁδὸν πειρασμῶν τῆς ἐπιφιλσοφίας ἀγάσης· νυνὶ δὲ ἐκέτα, ἤδη ἐσαντὶ ἀνωμαλῶν, καὶ ἤδη ἀνθρώπων ἀγγέλων γνομῶν. ἐπι καὶ θηρίων, μὴ πολλῶν ἐμπίπτειν δ' ῥύμης, τῆ τῆ δόξατος ἀιχμῆ, δοκῶ μὲν τὸν κρατίζοντα τὸ δένδρον ἀμυμῶν, αὐτὸ δὲ ἀπειρίει χαλεπωτέρᾳ πληγῇ. Ἐπεὶ κέντρα λακτίζον ὁμοίως τὰς πόδας αἰμάττει. τοιαῦτον ὅστιν ἢ ἀρετῆ, κέντρα καὶ ξίφος ἠκοσμημένοι. οἱ δὲ πονηροὶ πάντες ἤδη θηρίων χεῖρας καὶ ἀλογώτεροι· ὅταν τοίνυν ἐπίωσιν, αὐτοὺς χαλεπώτερον ἀπειρίουσι, τὰς μὲν εἰς χρέματα πολλάκις ἢ σώματα ζημιῶντες, αὐτοὶ δὲ εἰς ψυχῶν ὡς ἀβλαπτοὶ τῶν ὄντων ζημίαν. πλὴν ἀλλὰ καὶ ἕως ἤδη παραγωγῶν ἔχοντων, ἐδεῖ τοῖς πονηροῖς ἐπισηδῶν, ἐδὲ ὁμοίως χαρεῖν, ἀλλὰ φάσκει καὶ ἐκλιπνεν αὐτῶν τὰς συμμαχίας· ἐπίοντα δὲ, μὴ ἀνδρείας δέχεται. δεῖ γὰρ τὸτο καλὸν μῦθον διχασθῆναι μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. διὸ καὶ εὖτε εἰπόν, Ἐξελθε με κύριε ἐξ ἀνθρώπων πονηροῦ, ἀπὸ ἀνδρῶν ἀδίκων ῥύσαι με, πάλιν γρηκὸν ὄνομα τῆς κακίας φησὶν. ἐγὼ δὲ ἀπλάως τὸν ἀπὸ χρέματων ἀδικόν, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ πάντων ἀδικῶν ἐξαῦθα λέγει. ἀξιοὶ δὲ ῥυθῆσθαι, ὡς μὴ ἀπειρίουσι, μήτε κατ' ἐκείρον γρηκῶν. καὶ ἐχ' ἀπλάως αὐτῶν, ἀλλὰ τὰ παρ' ἐμῶν συμμαχικῶν. δεῖται τὸτο ἐν τῷ τέλει τῆς θεωρίας ψαλμοῦ, φησὶν αὐτὰς καὶ τῶν περὶ αὐτὰς συμμαχίας, ἐξαῦθα τῶν ὡς τῆς θεῆς ῥοπλῶν καλεῖ. εἶτα ὑπογράφων αὐτῶν τῶν πονηρῶν φησὶν·

γ'. ΟΙΤΙΝΕΣ ΕΛΟΓΙΣΑΝΤΟ ΑΔΙΚΙΑΝ ΕΝ ΚΑΡΔΙΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδεν πῶς δυσφύλακτα τὰ θηρία, καὶ ἄγνωστα τυφλόντας τὰ κακὰ, καὶ κατὰκρύπτοντες ἐν τοῖς ἀπορρήτοις τὰς ἐπιβουλὰς, Ἐλογίσαντο γὰρ φησὶν, ἐν καρδίᾳ, τέττις, μὴ σπυδῆς, μὴ περὶ θυμίας ἀπάσης. καὶ πῶς; ὁλῶν τῶν ἡμέραν· τέττις τὸν βίον ἀπαντᾷ. πολέμους δὲ ἐξαῦθα φησὶν, ἐ τέττις τὰς ἐπιφίλ ὡς ταξέων, καὶ ἤδη ὅλων, ἀλλὰ τὰς δεῖ ἤδη ἐπιβουλῶν, εἰς καὶ ἐν ἀγοραῖς καὶ ἐν οἰκίαις πολεμῶσιν οἱ ἀνθρώποι. τὸ μίγρον δὲ τῆς κακίας αὐτῶν ἐχ' ὅτι δολιροὶ μόνον, ἐδὲ ὅτι περὶ πολέμους ἔτοιμοι καὶ μάχας, ἀλλ' ὅτι Ἐ δεῖ πάντοτε τὴν βίον.

terroribus totam vitam transigentes? Ne igitur improbos timeamus, sed eorum misereamur. Tunc quidem iure erant timendi, cum nondum trita esset via quæ ducit ad philosophiam; nunc autem non amplius, cum cæli nobis pateant, & homines Angeli effecti sint. Quin & bestia, quæ magno impetu in hastæ aciem irruit, videtur quidem eum qui hastam tenet ulcisci, verum sibi ipsi gravius vulnus infligit: similiter qui contra stimulum calcitrat pedes suos cruentat. Talis est virtus, stimulus & gladius acutus. Omnes autem improbi sunt feris deteriores & rationis magis expertes: quando ergo bonos inuadunt, seipso gravius confodiunt, illis quidem sæpè in pecunia vel corpore damnum afferentes, seipso autem in anima, quod reuera damnum est, lædentes. Verum enim vero quamuis res ita se habeant, non oportet malis insultare, nec in eos impetum facere, sed eorum cuitare consuetudinem; at si inuadant, forti animo excipere. Propterea enim iubemur orare ne intremus in Matth. 6. tentationem. Quocirca etiam hic cum dixisset, *Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me*, rursus generale nomen vitij profert. Non solum enim eum qui in pecunia, sed qui in omnibus quoque alijs iniustus sit hinc dicit. Rogat autem ut liberetur, ne incidat, nec fiat illi similis. Et non absolutè petit, nisi cum sua prius contulerit. Et ideò in fine prioris Psalmi, cum eos & eorum consuetudinem fugisset, petit hinc Dei auxilium. Deinde ipso describens improbitatem ait:

3. QUI COGITAVERVNT INIQUITATEM IN CORDE.] CHRYSOSTOMI. Vidisti quomodo sint feræ cuitatu difficiles, mala in animo machinantes, & in arcanis insidias celantes? Nam *cogitaverunt*, inquit, *in corde*, id est, cum omni diligentia & alacritate. Et quomodo? *Tota die*: id est per omnem vitam. Bella autem hinc significat, non ea quæ structâ acie neque quæ armis geruntur, sed insidijs, quibus tam in foro quàm domi homines pugnant. Improbitatis autem eorum hoc est maximum, quod non solum sint dolosi, & ad bella pugnasque parati, sed etiam quòd per totam vitam hoc agant.

CATE-
NA PA-
TRVM.

Improbi
sibi ipsis
maximum
damnum
infertunt.

CATE-
NA PA-
TRVM.

EIVSDEM. Vidisti malitiæ ignobilitatem? ex hominibus feras facit, scilicet aspides, & serpentes, atque linguam rationalem ad istam feritatem deducit. Id autem cuius eos superiùs insimulavit hîc iterùm quoque incusat. Quale autem illud? nempe illud *semper* & assiduè. Quemadmodum enim superiùs dixit *totâ die*, ita & hîc. *Diapsalma* enim ubique *semper* significat: & Hebraicè *Selah* dicitur, id est *semper*.

5. CUSTODI ME DOMINE DE MANV PECCATORIS.] ANONYMI. Nihil enim est iniquius ijs qui mala prosequuntur, qui ante alios suis ipsorum animis faciunt iniuriam, dum ipsi scandalorum auctores fiunt: efficiunt enim ut ab insipientibus Dei gloriæ detrahatur, dum non exolunt quæ debent; & cum corpus animamque à benigno Deo acceperint, referendæ gratiæ immemores existunt, & benefactori suo contraria rependunt: & quod maximum est scelus eorum, alios quoque probris afficere conantur. *Cogitauerunt enim*, inquit, *supplantare gressus meos*. Quod autem cogitatio eorum in opus non prodierit, id quoque summæ Dei est clementiæ. Considera etiam scelus præmeditatum, & insidias studiosè paratas: occularunt enim & tetenderunt eas: siquidem erant sceleris artifices, undique laqueos extendentes. Vis intelligere quomodo etiam diabolus istiusmodi funes tendat? vide hoc in Iobo. Quid enim illis latius? quid longius? quid propinquius? cum non solum in cognatis & propinquis, nec in vxore tantum, sed in ipso eius corpore laqueum tetenderit.

Iniqui prius sibi quam alijs nocent.

Iob 1.

7. DIXI DOMINO, DEVS MEVS EST TV.] CHRYSOSTOMI. Postquam dixit bellum & insidias, & ostendit mala esse intolerabilia; confugit deinceps ad inexpugnabile auxilium è cælo adiutorem implorans. Hoc est animi generosi, hoc est mentis philosophicæ, non confugere ad humanum auxilium, sed in cælum respicere, & communiem Dominum inuocare. Et vide quid dicat? Non dixit, Quia rectè me gessi, neque hanc aut illam iustitiam feci; sed quid? *Deus meus es tu*; maximam causam impetrandi auxiliij proponens, quodd confugiat ad Dominum & conditorem. Quid porro sibi vult istud,

Auxilium Dei non hominum inuocandum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Είδες τῆς κακίας τῶν δυσχέρειαν; ὅξ ἀνθρώπων θηρία ποιεῖ, ἀσπίδας, καὶ ὄφεις, ἔ τῶν γλωττῶν τῶν λογικῶν πρὸς ἐκείνῳ ὡραβᾶλλει τῶν θηριωδῶν. Καὶ πάλιν ἐν αὐτῶν ὅτι ἀειότερον ἠπάσατο τὸ καὶ ἐν αὐτῶν κατηγορεῖ. ποῖος δὲ τὸ τοῦ αἰεὶ καὶ διπλοῦς. ὡσπερ γὰρ ἀειτέρω φησὶν ὅτι τῶν ἡμερῶν, ἔτω καὶ ἐν ταῦτα. αἰεὶ γὰρ τὸ δὲ ψάλλμα τὸ τοῦ δὴλοι πανταχῶ· καὶ ἑβραῖς) σέλα εἶρηται, ὅτι ἔστιν αἰεὶ.

6. ΦΥΛΑΞΟΝ ΜΕ ΚΥΡΙΕ ΕΚ ΧΕΙΡΟΣ ΑΜΑΡΤΩΛΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐδὲν γὰρ ἀδικώτερον ἢ κακὰ μαπόταν, οἱ πρὸς ἢ ἄλλων τὰς ἑαυτῶν ἀδικεῖσι ψυχὰς, ὅταν αὐτοὶ σκαυδαλῶν γίνωνται αἰτοῖ τὸ γὰρ τῶν δόξαν ὡραβᾶ ἢ ἀνοήτων λοιδορεῖσθαι ὡρασκυλάξοι, τὰ ὀφειλομένη εἰς καταπίεσιν· ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ἔ τὸ σάμα λαβόντες ὡρα τὸ φιλοθεροπικε θῆ, ἀγνωμοσύνη πρὸς τὰς ἀμοιβὰς, τοῖς ἐναυτοῖς ἀμειβόμενοι τὸν διεργετῶν· καὶ ἢ πλείων αὐτῶν κακία ὅτι, ἔ ἑτέροις ἐπιηραῖξεν ἐπιχειροῦσιν. ἐλογισατο γὰρ, φησὶν, ἔποσκαλίσαυ τὰ δὲ βήματα μου. εἰ δὲ μὴ εἰς ἔργον ἐξῆλθεν ὁ λογισμὸς, τὸ τὸ τῶν φιλοθεροπικε γέροντι ἔργον. καὶ δεα μεμελετημένῳ τῶν ποτερίαι, καὶ μὴ σωδῆς τῶν ἐπιβελῶν· καὶ γὰρ ἐκρυψαι καὶ δέετυναυ· δημηκρο) γὰρ ἐργῶντο κακίας, παταχόθιν ἐκτείνοντες τὰς παγίδας. Βύλει μεθῆν πῶς καὶ ὁ δὲ βόλος τῶν αὐτῶν τῆσσι κακία; δεα τὸ τοῦ ἐπὶ τῶν ἰσῶν. τί γὰρ πλατύπρον ἐκείνων; τί δὲ μακρότερον; τί δὲ ἐγγύτερον; ὅτι γὰρ ἐκ ἐν συγγρηῖσι μόνον, ἐδὲ ἐ φίλοις, ἐδὲ ἐν γυναικί, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῶ τῶ σῶματι τῶ παγίδα ἔθηκω.

7. Εἶπα τῷ κυρίῳ, θεὸς μου εἰ σὺ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰπὼν τὸν πόλεμον καὶ τὰς ἐπιβελὰς, ἔ δὲ εἶξαι ἀφόρματα τὰ δεσᾶ· κατὰ φύλα λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἀχέροτον συμμαχίαι δὲ τὸ ἔρανε καλᾶν τὸν βοηθόν. τὸ τοῦ ψυχῆς γηραιας, τὸ τοῦ φιλοσόφου δὲ θηρίας, μὴ καταφυγῆν εἰς ἀνθρώπων ἢ συμμαχίαι, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἔρανε ὄραν, καὶ τὴν κοινὸν ἐκμελεῖσθαι διαπύτῳ. καὶ δεα τί φησιν; ἐκ εἶπιν, ὅτι κατάρθωσα, καὶ τῶν τῶ δικαιοσύνην εἰργασάμεν. ἀλλὰ τί; θῶς με εἰ σὺ· μέγιστον δικαίωμα συμμαχίας πρὸς βαλλόμενος, τῶ πρὸς τὸν διαπύτῳ καὶ δημηκρο)ν κατὰ φύλα. τί δὲ ἐστὶ, δυνάμεις ἔσω.

ἡ σωτηρίας μου; ἔτι δυνάμεις παρ' αὐτῶν καὶ
κολάσεως καὶ τιμωρίας· ἀλλ' ἐμοί, φησι,
τίω δυνάμει τῆς σωτηρίας παρέρχομαι. καὶ ὄρα
τὸν πόθον τῆς λέγουτος. τῆς διπλασιασμοῦ
γὰρ καὶ τῆς ποροδότης ἡ σωτηρίας μου πολλῶν
δείκνυσι τίω δέξασθαι.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εἶδες τίω δὲ χάριζον
ψυχῆν; ἢ ἡ ποροδότης ἀναμνηστικὸν ἑαυτὸν,
ὅτι ἐν ἀσφαλείᾳ αἰεὶ κατέσταν ἑαυτὸν. τῆτο
γὰρ ὄρα ἐπισκιάσας. καὶ ὄρα τὸ δίκαιον τῆ
θεοῦ πᾶς δείκνυσιν· ἔτι γὰρ εἶπε πορὸς τῆτο,
ἀλλ' ἐν αὐτῇ ἡμέρᾳ, ὅτι τὰ δεινὰ ἤρετο, ὅτι ἡ
ὠδύνηταξίς ἦν, ὅτι πορὸς τῆτο ἰχάτην ἐκινδύ-
νῶν, τότε με ἐν ἀσφαλείᾳ κατέσταν εἶπε
δὴλαδὴ τὴν ἰσχυροῦσιν ἡ ἰσχύς καὶ τῆς ἀσφα-
λείας· ἐκ εἶπεν ἑσπασάς με· ἀλλὰ τί; ἐπι-
σκιάσας· ἐδὲ τὸ τυχερὸν ἰσομῆται
ἐπίστας, ἐδὲ ὅσον ἀπὸ καύματος· ἀλλ' ἐν
τοσαύτῃ κατέσταν ἀσφαλείᾳ, καὶ μὴ τῆς
ἀσφαλείας ἰδόνῃ καὶ αἰνέσῃ, ὡς πορὸς θέρμης
πῶς ἀπολαύσαι λυπέσας. δείκνυσι δὲ καὶ τὸ
δίκαιον δέξασθαι τῆς σκιάς ὀνόματος· ὡσανεὶ
ἐλεῖται· ἀρκυὶ παρεῖναι σὺ μόνον, καὶ πάντα
ἀλύτῃ.

9. ΜΗ ΠΑΡΑΔΩΣ ΜΕ ΚΥΡΙΕ ΑΠΟ
ΤΗΣ ΕΠΙΘΥΜΙΑΣ.] ΟΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ο
δὲ Σύμμαχος, Μὴ δὸς κέρει τὰς ἐπιθυμίας
τῆς ὠδύνησιν· ὁμοίως καὶ ὁ Ἀκύλας ὁ Θεο-
δοτίων, τῆς ἐμῆς, φησι, ἐπιθυμίας σφαγῆς μὴ
δὸς τῆς ἐπιθυμίας ἀπολαύσαι. καὶ καὶ τῆς
ἐβδομήσιν ἔτις νοστήσιν· Μὴ δὲ ἐμῆ ἀπο-
λαύσαι ὡς γλίχεται· ἐγὼ μὲν γὰρ ἐπιθυ-
μοῦ σπῆται, ἐκείνος δὲ ζητεῖ ἀνελεῖν με·
μὴ τοῖσι τὴν ἐμὴν ἐπιθυμίας ἐκείνῃ
ὠδύνης.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐδὲ λέγει τῆτο
ὅτι· μὴ δὸς ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας τῆς κατ' ἐμῆ.
ταύτησιν, ἀ ἐπιθυμεί κατ' ἐμῆ ταύτη μὴ ἀφῆς
αὐτὸν πληροῦσαι. καὶ ἐκ εἶπεν ἀ ἐπιθυμεί,
ἀλλὰ πορὸς μὴ πᾶσι τῆς ἐπιθυμίας. τοῖσιν
γὰρ οἱ πορὸς, μὴ πολλῆς τῆς ἐπιθυμίας τῆ
καὶ τῆς πλησίον ἐργάζουσιν ἐπιθυμίας· τῆτο
παλαίξει καὶ ἡ γραφὴ λέγουσα, Οὐαὶ οἱ ἀ-
φροσύνησιν ἐπιθυμίας, οἱ χαίροντες ἐπι-
θυμίας κακῶν. εἰσὶ γὰρ, εἰσὶ πῶς διφ-
θαρμῶν, ὡς τῆς οἰκίῳ κακῶν ὠδύνησιν
δὴλαδὴ ἡγαδὴ τὰς ἀλλοθίως συμφερέσιν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀπὸ τῆς μὴ ἐκτελέ-
της ἄλλος, μὴ ἀποβαίνης, μήποτε ὑψοῦσθαι.
Τῆτο τῆς μαρτύρας καὶ διφθαρμῶν γινώσκεις,

Virtus salutis meae? Est etiam penes ipsum po-
tentia poenae & supplicij: sed mihi, inquit, <sup>NA PA-
TRVM.</sup>
virtutem salutis praebuisti. Et vide deside-
rium hoc dicentis. Per conduplicationem
enim & adiectionem *salutis meae* magnum
affectum declarat.

EIVSDEM. Vidisti gratum animum? Prio-
ra in memoriam sibi reuocat, quod se nimi-
rum in tuto semper collocarit. Hoc enim sibi
vult illud *Obumbrasti*. Et vide quomodo Dei <sup>Deum obū-
bras sub
protectione
officium.</sup>
facilitatem ostendat: non enim dixit ante-
hac, sed in ipso die, quando mala ingruerant,
quando acies instructa erat, quando versabar
in maximis periculis, tunc me in tuto collo-
casti. Deinde ostendens excessum victoriz at-
que securitatis; non dixit *Seruasti me*, sed
quid? *Obumbrasti*: ut ne minimam quidem
molestiam sustinerem effecisti, ac ne estus qui-
dem: sed me in tanta securitate, & vnā cum
securitate in tanta iucunditate & animi quie-
te collocasti, ut nec vllus quidem calor mihi
molestiam facefferet. Ostendit autē per um-
brę nomen huius rei facilitatem. Ac si diceret:
Sufficit si tantum adsis, & omnia dissipata sunt.

Moyles rodentes fruges & terram Ægypti
vastantes. Quasi videantur adultores longè lo-
custis nocentiores piorum operum iucundissi-
mam & speciosissimam viriditatem palpo suo
decutere atque rodere, vt hîc sit locus formida-
bili ab Euangelio dicto : *Receperunt mercedem* Math. 6,
2, 5.

IBIDEM. *Quoniam adhuc & oratio mea
in beneplacitis eorum.*] Aquila, *Ὅτι ἐν ἡ
προσδοχῇ μου ἐν κακίαις αὐτῶν : Quoniam adhuc
& oratio mea in malitijs eorum* : Symmachus,
*Ἐπὶ τῇ ἡ προσδοχῇ μου ἐν τοῖς κακίαις αὐτῶν : Adhuc
enim & oratio mea intra malitias eorum*. Bene-
placita enim impiorum quid melius intelligimus
quam vitia & peccata ; in quibus illi eligunt
permanere & requiescere? Est ergo sensus : Ad-
huc oratio mea est & erit in eorum malitijs, vel
potiùs in malitijs, contra vitia & peccata eo-
rum, siue pro malitijs eorum : videlicet vt ipsi ab
illis conuertantur donec tempus est, & ego illis
numquam coinquiner. Atque huic expositioni
consonat quod ex Hebræo vertit S. Hierony-
mus : *Quia adhuc oratio mea pro malitijs eorum*.
item & quod Chaldaica habet Paraphrasis : *Ad-
huc oratio mea ordinata est contra malitias
eorum*.

*Impijs pla-
cent vitia
& peccata.*

6. *Absorpti sunt innecti petra indices eo-
rum.*] Editio Sixtina, *Ἐχόμενα πέτρας οἱ κρηταὶ
αὐτῶν, Iuxta petram potentes eorum* : & conue-
nit cum Psalterio Æthiopico: Vetus autem &
S. Augustinus legunt, *Iuxta petram indices eorū*:
S. Hilarius & Romanum, *Continuati petra in-
dices eorum*: Vulgata *Iuncti* : & in ceteris quidem
libris Græcis est *κρηταὶ*: Symmachus, *Ἐκπλήκον-
ται ἐν κρηπὶ πέτρας οἱ κρηταὶ αὐτῶν, Euellentur in
manu petra indices eorum* : alius, *Ἐπιπέσθησαν*:
& sic legit S. Hieronymus, *Sublati sunt iuxta
petram indices eorum*. Felix autem in textu sic
habet : *Distrahantur super acumina lapidum
indices eorum*. Quibus verbis quidam per fi-
guram dicunt optari, vt Principes errorum su-
per loca saxosa distrahantur & quasi scindantur
acutis petris, id est, crudeli supplicio intereant;
vt illis iusto supplicio peremptis, simpliciores,
quos illi in seductione tenebant, verba veritatis
audiant, quæ sunt potentia. Quam sententiam
clariùs

Iudices alij quando sint iuncti terra, id est constantes.

clarius alij sic expriment: Præcipitentur in locis petrae, vel in locis saxosis, id est rupibus, Principes eorum. S. Bernardus Serm. 10. in Psal. Qui habitat locum hunc sic explicat: Absorpti plane in affectum iustitia & terra soliditatem, cui iuncti sunt imitantes. Tunc putes flexibile quidpiam inueniendum in iudicibus iunctis petrae? Itaque ex mente Bernardi iudices recti & integerrimi iustitiae verâ metamorphosi debent lapidescere ad humana obsequia, ad flexibiles reorum preces, ad potentum minas, ad munerum corruptelas, & ad apparentium rationum decipulas: imitentur petrinam duritiem, & in re benè consultâ & legitime decreta expriment saxeam constantiam; nec quidpiam flexibile in illis appareat. & vt scopuli, qui nec humori aquarum, nec blandientis vndæ illecebris, nec sæuientium fluctuum minis cedunt, sed innata duritiei pertinaciâ victores semper exerto capite triumphant; sic efformanda est iudicum integritas, vt nempe iudex constantiae pertinaciâ saxeam duritiem exprimat in re benè consultâ & legitime decreta.

Qua conditiones laudabilem reddant sermonem.

IBIDEM. Audient verba mea quoniam dulcuerunt.] Vulgata posuerunt. Hic locus est illustris & variâ doctorum hominum intelligentiâ variegatus, & multiplex, vt pænè decora omnia laudabilis sermonis complecti videatur. Ait igitur Poëta sanctus, in verbis nihil esse leuitatis oportere, sed habere pondus & dignitatem, in quibus sit proinde magna vis polita ad boni commendationem animosque aliorum commouendos. Hoc enim illud est, Audient verba mea quoniam potuerunt, siue potentia fuerunt. In quibusdam enim Græcis Codicibus habetur ἰδυνάθουν, hoc est prauauerunt, vel, vt Theodotius, ἰδυνώθουν. Verùm Septuaginta legunt ὀπίδυνθουν: Quoniam suauis facta sunt vel dulcuerunt. Quod Græci Patres vulgò omnes sequuntur; quemadmodum & Caietanus, qui ex Hebræo reddit: Quoniam dulcificati sunt: Aquila vertit Εὐφραίνονται, Bene culta & decora sunt: Symmachus, Εὐφροσύνων, Speciosa fuerunt. Quæ omnia magnam quamdam humanitatem, modestiam, gratiam inuunt in sermone rutilantem cum decora & iucundissima dignitate. Adhuc aliam quamdam interpretationem adfert S. Chrysostomus eorum qui sic habebant, Audient verba mea quoniam ἰδευφραίνονται, satellitibus munita fuerunt. Vbi notat in loquendo singularem & suis partibus numerisque absolutam prudentiam, quando quis ita cautus in verbis est & circumspectus, & sic in omnem officij partem intentus, vt quasi munus vndique videatur, nec vel ipsa inuidia reprehendere quidquam possit. Vel sermonem intelligit, qui propter mirabilem gratiam, & dicentis honestatem, satellitum vim & robur obtineat ad persuadendum, & vincendos ceterorum animos & vincendos. Est perfectum Oratoris Christiani elogium sic orationem suam pertere, ijs vti verbis & sententijs, vt omnia simul dulcia sint atque fortia, simul delectent & persuadeant, teneant auditorem & inflamment. Sic munita sit oratio satellitibus, vt absit horror omnis atque acerbitas: ita porro iucunda & suavis, vt non mollibus delicijs circumfluat, neque animum iuuenit bombo uulset: imitetur illam

Quale sit perfectum Oratoris Christiani elogium.

è Canticis heroinam, quæ tam potens erat apud omnes nobilisque maiestate, vt castrorum acies ordinata esse videretur: sic contra omnibus amabilis, & vndique speciosa, vt crine vno colli sui velut aureâ gemmeâque lineâ teneret animos atque implicaret. Dicam breuiter, Elegancia sit virilis, non luxurians & effeminata. Quæ aurea est D. Ambrosij regula de modo & structura dictionis, Non affectata elegancia, sed non intermissa gratia. Ita Cresollus noster sacrum Oratorem instituit Mystagogi lib. 3. cap. 44. sect. 6.

7. Sicut crassitudo terra dirupta est super terram.] Hunc versum clarius aliquantò legit Symmachus, ὡς ὅταν γαργυρὸς ὅταν ῥέσῃ τὴν γλῶσσαν ἐκορπίσθη τὰ ὀσᾶ ἡμῶν οἷς τὸ εἶμα ᾄδῃ: Sicut agricola cum rumpit terram sic dissipata sunt ossa nostra in ore inferni: Aquila, Ὁμοίως ἀπολωῶντι ἡ δακτύλῳ τὴν γλῶσσαν ἐσᾶ ἡμῶν οἷς τὸν ᾄδῃ: Similiter frangenti & discendenti terram dissipata sunt ossa nostra in inferna: Quinta editio, ὡς ἡ γαργυρὸς ἡ σάβανον ἐν τῇ γῆ ἀσκορπίσθη τὰ ὀσᾶ ἡμῶν παρὰ τὸν ᾄδῃ: Vt qui benè colit & fodit in terra dissipata sunt ossa nostra iuxta infernum. Hæc etiam ad adulatorem pertinet; quoniam, vt alibi Psalter ait, Dominus dissipat ossa eorum qui hominibus placent. Ex alijs quoque Scripturæ locis manifestum fit adulatorem pœnæ loco manerè dissipationem. Sic apud Ezechielem ait Dominus: Destruam parietem quem lignis absque temperamento; & adæquabo eum terra, & reuelabitur fundamentum eius, & cadet, & consumetur in medio eius; & scietis quia ego sum Dominus. Et per Isaiam: Eris vobis iniquitas hac sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso; quoniam subito, dum non speratur, veniet contritio eius. Et comminetur sicut conteritur lagena figuli contritione prauulidâ: & non inuenietur de fragmentis eius resta, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aqua de fovea. Quamuis itaque per adulationem sibi inuicem aliquo modo conciliasse videantur, nullam tamen veram solidamve concordiam intercessisse fatentur, eò quod adulatorem, vt optime ostendit D. Hieronymus, non tam eorum quibus assentabantur vilitatem aut salutem querierint, quàm ventri suo seruiuerint; neque veritatem, sed vanitatem & ventum sectati sint.

Psal. 52, 6. Adulatorum dissipantur.

Ezech. 13, 14

Isaia 30, 13.

9. Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi.] Scilicet adulatorem, quod me implicent erroribus, & perueritate irretiant. Vbi S. Hilarius hoc sapienter animaduertit: Habemus laqueos in hominibus male adhortationis, persculosi exempli & elicitæ necessitatis, cum nos ad voluptatem adhortantur. Pulchrè autem vocat laqueos elicitæ necessitatis, quod propter vim potentissimam exempli, & illicium malæ consuetudinis, pereundi propè necessitatem adferant scelerisque imitandi. Sic S. Augustinus lib. 2. Confess. cap. 8. & 9. fatetur se furtum in adolescentia fecisse, quod solus non fecisset, sed propter aliorum consortium, inuitantium & trahentium ad maleficium. Et notat confractione consociorum animorum accendi prurimum cupiditatis eum dicitur, Eamus, faciamus, & pudet non esse impudentem. Hinc socios probro & scelere maculatos & amicos nequitiae Propheta Ioël symbolice vocat torrentem funicularum; vt qui

Adulatorum laquei quales.

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

qui finitimos irreciant, & in exitium trahant. Vbi cum audimus dici *torrentem* non spumantis aquæ, sed funiculorum arctè stringentium, satis patet impetum esse magnum rapidamque violentiam, quæ vix sustineri queat. Vnde subdit:

10. *Cadent in retiaculo eius peccatores.*] Symmachus, Ἐπίσπιν εἰς τὰ δίκτυα ἑαυτῶν οἱ παρῆνομοι: *Incidant in retia sua iniqui*: S. Hiero-

nymus vertit, *Incident in rete eius* (nempe diaboli, qui est malorum caput, vel in rete impietatis) *impj simul*, id est impiorum vniversitas, vt nec vllus rete illud mortis effugiat: ac deinde separatim adijcit, *Ego autem transibo*. id est, Ego euadam rete illud impiorum; transibo de vita hac mortali ad vitam numquam intermorituram. Chaldaica Paraphrasis habet: *Singularis sum ego donec tempus transeat.*

IN PSALMVM CXLI. ARGUMENTVM.

* Absit à
Vulgata.

1. Intellectus * ipsi Dauid cum esset in spelunca, oratio.

1. Reg. 24,
1.

Historia tituli huius Psalmi in libro primo Regum ex parte sic habet: *Et ascendit Dauid inde, & sedit in speluncis munitis Engaddi. Et factum est, vt conuertit Saül viros electos ex omni Israël, & iuit quærere Dauid & viros qui cum ipso erant super faciem venationis ceruorum, & venit in speluncas ouium propter viam: & illic spelunca: & ingressus est Saül in speluncam vt euacuaret ventrem suum. Et Dauid & viri eius in partibus interioribus speluncæ sedebant, &c.* καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοῦ ἐν μέρεσι τοῖς ἐσωτέροις τῆς σπηλαίου ἐκάθιστον, καὶ τὰ ἔξῃς.

α. Σωθέσεως τῷ Δαβὶδ ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ, πρὸς δουχίη.

Ἡ ἰσοεῖα τῆς ἐπιγραφῆς τῆς τῆς ψαλμῆ ἐν τῇ α ἤβ Βασιλείαν ἐν μέρεσι ἑταίς ἔχει. Καὶ ἀνάβη Δαβὶδ ἐκεῖθεν, καὶ ἐκάθισεν ἐν τοῖς σπηλαίοις τοῖς ὄχρεισι Ἐγγαδδί, καὶ ἐζητήσεν, ὡς ἐπέσειψεν Σαὺλ ἄνδρας ἐκλεκτοὺς ἐκ παντὸς Ἰσραὴλ, καὶ ἐπορεύθη τῷ ζητεῖν τὸν Δαβὶδ καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς μετ' αὐτοῦ ἐπὶ πρὸς οὐνοὺς τῆς θύρας τῆς ἐλάφου, καὶ ἤλθον εἰς τὰς μάνδρας τῆς πρὸς βάραν ἐπὶ τῷ ὄρει. καὶ ἐκεῖ σπηλαίον. καὶ εἰσῆλθον ὁ Σαὺλ εἰς τὸ σπήλαιον ἀποκυνώσαι τῷ γαστέρι αὐτοῦ. καὶ Δαβὶδ

PARAPHRASIS ANONYMI.

2. **V**OCÉ meâ ad Dominum, clamaui: vocé mea ad Dominum deprecatus sum:

Hæc nempe dicit vt liberaretur à captiuitate.

* Vulgata
Effundo
* orationē

3. * Effundam in conspectu eius * precem meam,

Rectè multitudinem precationis effusionem appellauit, vt ostenderet se multa oratione vsum esse.

* Vulgata
addit Et
* pronuntio.

* Tribulationem meam ante ipsum * annuntiabo.

Facio autem, inquit, prolixam orationem, exponens ipsi, tamen scienti, tribulationes quas sustineo.

4. In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognouisti semitas meas.

Etenim, inquit, ex multitudine calami-

β. **D**ΩΝΗ με πρὸς κύριον ἐκέκραξα. Φωνὴ μου πρὸς κύριον ἐδέσθη.

Δηλοῦσι δὲ τῷ ἀπαλλαγῆναι τῆς αἰχμαλωσίας αὐτῷ Φησι.

γ. Ἐκχεῶ ἐνώπιον αὐτοῦ τὴν δέσπιν μου,

Καλῶς τὸ πλῆθος τῆς δέσεως ἀχρὸς ἐκάλεσεν, ὡς ἀν. δίδειν πολλὴν κεχηρῆδος τῆ δέσπιν.

Τὴν θλίψιν με ἐκάντισον αὐτῷ ἀπαγγελάς.

Ποιῶμαι δέ, φησι, τῷ πολλῷ δέσπιν, ἀκαχοροδία αὐτοῦ, καί περ εἰδὼς, τὰς θλίψεις ὅσας ὑποβίβω.

δ. Ἐν τῷ ἐκλείπειν δὲ ἐμὲ τὸ πνεῦμα με, ὅσον ἐγνώσ τὰς τεῖλας με.

Καὶ γὰρ, φησι, διὰ τὴν πολλήν σου τῆν συμφορῶν

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

φορῶν ἰγύς εἰμ ἐκλείπεν τὴν ψυχὴν· καὶ σὲ τὸ τοῦ ἐλατθάνει τὸν ἦψ' ἀπάντων δε-
απότῳ. τὸ γὰρ σὺ ἔγνωσ τὰς ἔξοχάς με· ἀντι-
τῷ, πάντα τὰ κατ' ἐμὲ γνώσκεις· ἐπίπερ
ἔξοχον τὴν ὁδὸν καλεῖ, καθ' ὧς πολλαίς εἰ-
ρηται, ὁδὸν δὲ τὴν πρῶτην.

Εἰν ὁδῷ ταύτῃ ἣ ἐπορεύομαι
ἐκρυψαν παγίδα μοι.

Βάλε' εἰπεῖν· ὅτι ἀφ' ὧν μάλιστα δισε-
βῶ, ἀπὸ τῶν με βλάπτουσιν, πειράζοντες
εἰ βοηθεῖμαι ὡς τῷ θεῷ. ἐμὲ γὰρ τὴν ἐλ-
πίδα εἰς σὲ κεκμηδύει, ὡς ὡς σὺ ἀπαλ-
λαγμοῦ δ' ἀποδοῖς, ἐπιτηροῦσιν ἔτοι· καὶ
τότε μάλιστα μοι ἐπιτίθενται, ὅτε πλέον
ἰδωσί με προσκείμενον τῇ δυσβείᾳ.

ε. Κατενόουν εἰς τὰ δεξιὰ, καὶ
ἐπέβλεπον· καὶ οὐκ ἦν ὁ ἴσχυον
σκῶν με.

Καὶ ταῦτα πάντα φησὶν, ὑπομνήτων, πε-
ρεβλεπόμην βοήθειαν καλεῖν.

Αἰώλετο φυγὴ ἀπ' ἐμῆ, ὅτι οὐκ
ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὴν ψυχὴν μου.

Ἄλλ' ἐδὲ φυγῆς τόπον διεύσκομαι, φησὶν·
ἐδὲ ὅτι τις ὅλως ὁ ἀντιποιεῖ μὲς τῆς
ψυχῆς. βέλεται σωτόμως εἶρεῖν· ὅτι ἐδὲ τὸν
βοηθῆντα ἔχω, ἐδὲ φυγῆν δύναμαι· ὡς
ἐξ ἀνάγκης εἰς σὲ μόνον τὰς ἐλπίδας κέκτη-
μαι· ἐπιφέρει γὰρ·

ς. Ἐκέκραξα πρὸς σὲ κύριε,
εἶπα· σὺ εἶ ἡ ἐλπίς μου,

Τὸ εἶπα ἐπὶ τῷ πρῶτῳ φησὶν. ἀντι-
τῷ, εἰς σὲ μόνον ἐθέλω τὴν ἐλπίδα μου.

Μερίς μου ἐν γῆ ζώντων.

Τὴν ζώντων καλεῖ τὴν Ἱερουσαλήμ
ἐν ἣ ἡ νόμοι καὶ τὰ πάτρια καὶ ἡ δισέ-
βεια ἐπολιτεύετο. μερίς μου ἐν, φησὶν, γῆ
ἐκεῖ. ταῦτα, ὅτι σὺ γῆμαι μερίς τῶν
τὰ ταῦτα ἐπιτηροῦσιν ἐν τῇ Ἱερου-
σαλήμ.

ζ. Πρὸς τὴν δέσιν μου ὅτι
ἐταπεινώθην σφόδρα.

Ἄλλως τε δέσποτα, φησὶν, ἐπυδῆ σοι τὸ
ἐλεῖν φίλοι, ὅρα εἰς ὅσω κατηνέγκμαι θλί-
ψιν ἐ ταπεινώσιν, καὶ ὅτι τὸ με ἐλέησον.

Ρῦσαί με ἐκ τῶν διωκόντων με·
ὅτι ἐκράταιώθησαν ὑπὲρ ἐμέ.

ΤΟΜΟΣ ΙΙΙ.

atum vix non animo deficio : quod te Do-
minum uniuersorum minimè lateat. Nam
illud, *Tu cognouisti semitas meas* : id est,
Omnia mea cognoscis : quia semitam ap-
pellat viam, vti sæpè dictum est, viam verò
actionem.

In via hac quâ ambulabam abf-
conderunt laqueum mihi.

Vult dicere: Quoniam maximè colo pie-
tatem, idcirco me lædunt, tentantes utrum
à Deo adiuuer. Dum enim ego spem meam
in te colloco, tamquam à te Domine liberan-
dus, ipsi me obseruant: & tunc maximè mihi
imminent, quando me magis viderint addi-
ctum pietati.

David ob-
prietatem
insidias ex-
positus.

ς. Considerabam ad dexteram,
& videbam : & non erat qui
cognosceret me.

Et cum hæc omnia, inquit, sustinerem, cir-
cumspiciebam ad auxilium implorandum.

Perijt fuga à me, & non est qui
requirat animam meam.

Sed neque fugæ locum inuenio, inquit:
neque omnino quisquam est qui defendat
animam meam. Vult breuiter dicere: Quo-
niam neque adiutorem habeo, neque fugere
valeo; ita vt ex necessitate in te solo spem
collochem. subdit enim:

6. Clamaui ad te Domine, dixi:
Tu es spes mea,

Illud dixi de re ipsa ait. Id est, In te solo
spem meam collocaui.

Portio mea in terra viuientium.

Terram viuientium appellat Hierosoly-
mam, in qua leges & instituta paterna & reli-
gio colebatur. Portio mea igitur, inquit, il-
lic fiat. Id est, Per te fiam pars eorum qui
talia obeunt in Hierusalem.

7. Intende ad deprecationem
meam; quia humiliatus sum nimis.

Ceterum, inquit, Domine, quoniam liben-
ter misereris, vide in quantam afflictionem &
humiliationem adductus sum, & idcirco mi-
serere mei.

Libera me à persequentibus me;
quia confortati sunt super me.

A a a a

Et

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

Et libera me, inquit, ab istis homicidis qui me potentiores sunt.

8. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo:

Et educ me, inquit, ex custodia captiuitatis, vt locum habeam agendi tibi gratias.

* Vulgata expectant

Me * sustinebunt iusti, donec retribuas mihi.

Omnes enim, inquit, iusti iudicium meum præstolantur. Iustos autem appellat omnes qui sperant in Deum. Vult igitur dicere: Quoniam omnes qui spem in te habent, in me res suas considerant, vtrum in te sperantes adiuues nec ne. Cum igitur, inquit, omnis iustus ex me de rebus suis iudicet, adiuua me, & omnibus istiusmodi spes bonas confirma.

Καὶ ῥῦσά με, φησὶ, τέτων ἧσ' φονικῶν δυνάτατότερον με ὄντων.

ἢ. Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχὴν μου ἔξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματί σου.

Καὶ ἔξάγαγέ με, φησὶν, ἐκ φυλακῆς τῆς ἀιχμαλωσίας, ἐπὶ τῷ ᾧ ἔχω μοι τὴν διχαρισίαν τὴν ἐπὶ σοί.

Ἐμὲ ὑπομνηροῦσι Ὁ δίκαιοι, ἕως ἔσθ' ἀνταποδώσω μοι.

Πάντες γὰρ, φησὶν, οἱ δίκαιοι τὴν ἐπ' ἐμοὶ κείσθαι ἀναμνήσει. Δικαίους δὲ καλεῖ πάντας τὰς ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸν Θεόν. Βέλεται ἢ εἰπεῖν· ὅτι πάντες οἱ τὴν ἐλπίδα ἔχοντες εἰς σέ, ἐν ἐμοὶ τὰ ἑαυτῶν σκοπεῖς, πότερον βοηθεῖς τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σέ ἢ ἐβοηθεῖς. Ἐπειδὴ ἢν, φησὶν, ἐν ἐμοὶ πᾶς δικαίος κείνεται τὰ ἑαυτοῦ, βοήθησον μοι, κ' βεβαίωσον πᾶσι τοῖς ἐσπόμενοις τὰς ἀγαθὰς ἐλπίδας.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

David in tribulatione ad Deum clamat & confugit.

2. VOCE MEA AD DOMINUM CLAMAVI.] Duplicem ponit vocem, duplicem clamorem, vt summam animi alacritatem & mentis intensionem intelligeremus. Quomodo enim clamauit, qui tunc latere potius satagebat? Sed & voce mea inquit. Sunt enim aliqui qui non propria voce clamant. Sicut qui aduersus inimicos clamat, feræ ac serpentis vocem edit. Qui est negligens is temerè clamat, & non ad Deum. Pulchrè autem orationis multitudinem appellauit effusionem: mentis enim intensionem & internum calorem per hanc vocem declarat. Vel illud *Effundam* totius animi & cogitationum expansionem designat: quod solis ijs congruit qui mundam habent conscientiam. Ceterum, inquit, copiosam facio deprecationem exponendo ipsi, tametsi scienti, tribulationes quas sustineo. Etenim præ multitudine afflictionum vix non deficio: quod vtique te non latet. Per hæc autè significat plurimarum tribulationum complexum & insidiarum incursum. Ait enim: Quoniam cum perturbaretur in tribulatione, ad te omnia arcana mea cognoscenè confugio, & nihil amplius habeo. Nam *in via hac quâ ambulabam statuerunt laqueos*

6. ΩΝΗ ΜΟΥ ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ ΕΚΕΚΡΑΞΑ.] Διπλὴν τὴν κραυγὴν φωνῶν, διπλὴν τὴν κραυγὴν, ἵνα τὸ ἐντόνον τὸ παρορμητικὸν τῆς ἀσθενείας νοήσωμεν. πῶς γὰρ ἐκείραξεν, ὁ λαοθάλασσιν τότε μάλλον σπινδαίλων; ἀλλὰ καὶ φωνῆν μου φησὶν. εἰσὶ γὰρ πῆρες οἱ ἐκ οἰκίας βοᾶσι φωνῆν. οἷον ὁ κρατ' ἐχθροῦν βοᾶν, θηλεία Ἐ ὀφείως λέγει φωνῶν. ὁ ῥαθυμῶν ἐκῆ βοᾶ, καὶ ἐ πρὸς Θεόν. καλῶς δὲ τὸ πλήθος τὸ δειήσεως ἔχουσαν ἐκάλειπεν τὸ γὰρ σωτηριακῶν τῆς ἀσθενείας καὶ τὴν ἐνδοξὴν ἀποκειμένην θηριότητά ἔξ τῆς λίξεως παρέισησιν. ἢ τὸ ἐκ χειρὸς ψυχῆς ὅλης δηλοῦν καὶ λογισμῶν ἐξάπλωσιν· ὁ μόνος ἀρμόττει τοῖς κραυγαῖς ἔχουσι τὸ σωειδός. ποιῆμαί δέ, φησὶ, τὴν πολλὴν δέησιν ἐξαγορεύσαν ἑαυτῶν, καίπερ εἰδόντι, τὰς θλίψεις εἰς ὑπομνήματα. Ἐ γὰρ ἀπὸ τῆς πλήθους ἧσ' ἐλίψεων ἐγὺς εἰμι ἐκλείπειν· ὅπερ δὴ ἐ λαοθάλασσιν. πολλὰ δὲ θλίψεων σωοχλήν καὶ ὀπιθευλῶν φορεῖν ἔξ τέτων παρείησιν. φησὶ γὰρ· Ὅτι ἐν τῷ παρόσθεντά με ἐν θλίψει, πρὸς σὲ τὸν πάντα γνωσκόντα τὰ ἀπόρητά μου καταφύγω, καὶ πλέον ἔχω ἐδέν. ἐν γὰρ ὁδῶ ταύτῃ ἢ ἐπορεύομεν τὰς παγίδας μοι ἔσθιν.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

ἔησα. ἐγὼ δὲ ἐζήτην τὸν βοηθὸν, καὶ ἐξη-
πορεύμην. ἐδὲ φυγῆς μοι περιλείπει
τόπος· ἀλλ' ἔτι πῶς ταύτην κατηχόμενος
ἀμνηστία, ὡς ὁ μὴ ἔχων ἐκζητῆσαι καὶ
λυβέωμαι τὸ γὰρ, ἐκ ἡμῶν ὁ ἐπηρώσκων
με, τὴν ἐπίτασιν δὴλοῦσ' ἀσφοδεῖς. ὅτι,
φασὶν, ἔ μόνον ἐχ' ἀδελφῶν σύμμαχον,
ἀλλ' ἐδὲ τὸν ἐπηρώσκοντά με. ὀλίγων
γὰρ τὸ ἐν ἀσφοδεῖς παρῆναι, καὶ βοηθῆναι.
Ὅρα δὲ πάλιν ἔτι πῶς περιπέτω κακῶν,
ἔ μόνον ὅτι ἔδειξεν ἢ ὁ βοηθῶν, ἀλλ' ὅτι ἐδὲ
τὸ λειπόμην πρὸς ἀπαλλαγὴν φυγῆς τὴν
σωτηρίαν περιπέτω ῥάδιον ἦν. ἔτι πῶς ἐν μί-
σοις ἀπελήπτο τοῖς κακοῖς, ἐν ἀφυλάκτῳ
ἦν ἀσφοδεῖς· ἀλλ' ὁμοίως ἐν ἀπερήνωσκον,
ἀλλὰ τῇ δούλῃ μάλλον προσήλυτο. καὶ τί;
ἐπέκειντο, φασὶν, πρὸς σὲ κύριε, καὶ ἔγνωσ' τὰς
ἐξέσεις μου. Ἐπὶ ῥοῦμῶν ἔστι τῇ τῆ βίβη πο-
ρεία ἐ ταῖς ἐπέκειντο. ἀλλ' ἐν ἡμῶν ταύτη,
φασὶν, τῇ ὁδῷ τῆ ἀρετῆς ἐπέκειντο μοι, ἀγ-
χούρου ἐπέκειντο κακίας. ὅσον, ὁδὸν ὁδὸν
σωτηρίαν παρετίθειτο τῆ φιληδοσίαι τὴν
πάλην, ἐν ἐλεημοσύνῃ τὴν κερδοξίας, ἐν
πιστί τὴν ἀλαζονείαν, καὶ ἔτι πῶς ἐκάσθ' βίβη
τὸν δούλοῦ λόγον. διδ' ἐ κατηχῶν εἰς τὰς
δεξιὰς ἐπέκειντο, ἢ τὰς ἐπιπέκειντο τῆ φίλων,
ἀλλ' ἐχ' ἀδελφῶν σύμμαχον, καὶ ἔτι
βοηθῶντα εἶχον, ἔτι φάσθ' ἡδυνάμην.
καὶ τί;

mibi. Ego autem quærebam adiutorem, &
deficiebam; neque residuus erat mihi fugæ
locus: quin imò tantâ premebar difficul-
tate, cum non haberem qui me requireret ac
liberaret. Illud enim, *Non erat qui cognosce-
ret me*, declarat augmentum calamitatis.
Quoniam, inquit, non solum non reperiebam
adiutorem, sed neque qui cognosceret me. Est
enim paucorum adesse in calamitatibus, &
opem ferre. Vide rursus aliam malorum ac-
cessionem, & non solum fuisse neminem qui
opem ferret, sed nec (quod reliquum quidem
est ad evasionem) fugâ salutem consulere facile
potuisse. Ita in medijs malis fuerat interceptus,
& in inextricabili calamitate versabatur, at-
amen non desperabat, sed orationi magis infi-
stebat. Et quid? *Clamavi*, inquit, *ad te Domine:*
Et cognovisti semitas meas. Hoc est in via vitæ
& actionibus suis confidentis. Sed in hac ipsa,
inquit, virtutis via insidias mihi struxerunt,
vicina vitia circumponentes. v.g. Continentiæ
femitam ingredienti rete voluptatis obiece-
runt, in eleëmofyna vanam gloriam, in ieiunio
arrogantiam, & sic in qualibet vita insidias
quibus facile quis capiatur. Quocirca confi-
derabam ad dexterarum actiones, vel ad amicos
cordatiores, sed non reperiebam adiutorem,
& non habebam qui adiuuaret, neque effu-
gere poteram. Et quid?

In via vir-
tutis oc-
currens in-
sidia vitio-
rum.

Ζ'. ΕΚΕΚΡΑΞΑ ΠΡΟΣ ΣΕ ΚΥΡΙΕ.]

Ὅρα ἡ ψυχή; πῶς ἐκ ἐβάπτισεν αὐτὸν
τὰ δευτὰ, ἀλλὰ μάλλον ἐπέβρωσεν; Εἶπα,
σὺ εἶ ἡ ἐλπίς μου. τὸ γὰρ ἀνθρώπων πάντα
ἐλήλεγκται· σοὶ δὲ μόνῳ πάντα ῥάδιον. με-
λέεις μου εἶ, ἀντὶ τῆ κληρονομίας μου, ἡσυχασίας μου,
ἐν γῆ ζώντων. γὰρ ζώντων ἢ πτωχῶν ἰερου-
σαλήμ λέγει, ἐν ἡ τῆ ζώντων θεῶν λατρεία ἐπι-
λήντο. (οἶδ' ἐ γὰρ καὶ θανάτων καὶ ἄδην πτωχῶν Βα-
βυλῶνα καλεῖν.) οἶον, αἰεὶ μου ἐπέκειντο, καὶ
οἰκειώσω με, καὶ πολλή μοι πρὸς σὲ γένηται
κοινωνία. ἢ μερίδα μὲν ἑαυτῆ καλεῖ τὸν
θεόν, γὰρ δὲ ζώντων ἐ ταύτην (θανάτου γὰρ
καὶ νεκρῶν αὐτῆ) ἀλλ' ἡμῶν κληρονομήσουσιν οἱ
ἐπέκειντο· ἐφ' ὃ ζῶντες πάντες πτωχῶν αἰώνιον
ζωὴν δεξιὰς μου. ταπεινώσω δὲ τὰς ἀσφο-
δεῖς εἶπεν. ὁρᾷς ὅτι ἐ ἐπέκειντο ἀντὶ σωτη-
ρίας τίθειται, τὸ ταπεινώθηναί, τὸ δύναι δύναι
μὲν ἐπέκειντο; ὅτι ἐπέκειντο ἑαυτῶν
ἐμέ. ἰδ' ἐ καὶ ἄλλη αἰτία, πάλιν ἢ ἀδι-
κῶν ποenas dederit? *Quia confortati sunt supra me.* Ecce rursus alia causa, nempe in-

6. CLAMAVI AD TE DOMINE.]

Vides animi cautionem? quomodo mala eum
minimè obruerint, sed magis crexerint? *Dixi,*
Tu es spes mea. Humana enim omnia repro-
bata sunt; tibi autem soli cuncta sunt facilia.
Portio mea es, hoc est fors mea, thesaurus
meus, *in terra viventium.* Terram viventium
vel Hierosolymam vocat, in qua viventis Dei
cultus peragebatur. (Babylonem enim solet
mortem & infernum appellare.) q. d. Sem-
per mei curam gessisti, & me tibi familiarem
reddidisti, & magna mihi tecum communi-
catio intercessit. Vel partem quidem suam
appellat Deum, terram verò viventium non
hanc (hæc enim mortis est ac mortuorum)
sed eam quam mites hereditabunt: in qua qui
viuunt omnes vitam agunt sempiternam. Hu-
miliationem autem appellavit calamitates.
Vides quomodo etiam hîc pro sua defensione
ponat, quòd humiliatus sit, quòd supra mo-

CATE-
NA PA-
TRVM.

iultæ infidiæ illorum qui ei insultabant ; & quòd ipse quidem sit valdè imbecillis, illi verò præualeant.

8. EDVC DE CVSTODIA ANIMAM MEAM.] Libera me, inquit, ab ærumnis, exime ab angustijs, vel, vt Aquila, *de clausura* (custodiam enim vocat complexum malorum) vt nomini tuo gratias agam. Hoc quoque non est paruum, vt qui rebus vitur secundis, acceptorum beneficiorum minimè obliuiscatur. Ceterùm pro *Me expectant iusti* Aquila, *In me excipientur iusti quando retribues super me* : Symmachus verò, *Cõronabuntur iusti cùm benefeceris mihi*. Quod autem dicit est eiusmodi : q. d. Hoc quoque iustis proderit : ipsi enim lætitiã afficiuntur cùm me viderint à malis liberatum. Si enim me in tantis angustijs constitutum exemeris probas mæas actiones remunerando, ceteri quoque iusti bonas spes concipient cùm me habuerint pro exemplo.

κος ὀπιθεῖν ἡμῶν ἐπιπράξουσιν καὶ τὸ ἀποτὸν μὲν εἶναι ἐν ἀδωείᾳ, ἐμεῖς δὲ ἰσχυροί.

ή. ΕΞΑΓΑΓΕ ΕΚ ΘΥΛΑΚΗΣ ΤΗΝ ΥΓΙΧΗΝ ΜΟΥ.] Ἀλλάξον με, φησὶ, ἡμῶν συμφορῶν, ἕξω ποίησον σιωχῆς, ἢ, ὡς ὁ Ἀκύλας, ὑποκλεισμῶν (φυλακῶν γὰρ τῶν ἡμῶν ὠφελῶν καλεῖται) ὥστε διχαρισῆσαι τὰς ὀφθαλμοὺς σου. ἔμικρον δὲ καὶ τῆτο, τὸ ἐν διημιεῖα γηρόμυρον, μὴ εἰς λήθην ἱμπεσεῖν τῆς διηρησίας. Ἀντὶ δὲ τῆ Ἐμὲ ὑπομύσει δίκαιοι ὁ Ἀκύλας, ἐν ἐμοὶ ἐκδέχονται δίκαιοι ὅταν αἰμείψῃ ἐμὲ. ὁ δὲ Σύμμαχος, σφραγισθῆσον) δίκαιοι ὅταν διηρηθῆς με. ὁ δὲ λέγει τὸ αὐτὸν ἔστιν ὅτι, καὶ τὰς δικαίας τῆτο ὠφελήσῃ. Ἐ γὰρ ἐκεῖνοι διηρηθῆσον) ἰδόντες με τῶν ἀπαλλαγῶν ἡμῶν δεσπῶν. εἰάν γὰρ ἔξασῃς με ἐν τῷ αὐτῷ γηρόμυρον συγκλεισμῶν αἰμειψάμενος με τὰς ἀγαθὰς ὠφελεῖς, ἕξωσθ ἀγαθὰς ἐλπίδας καὶ οἱ λοιποὶ δίκαιοι ἐμὲ ὑποδέσμευ ἔχοντες.

C A T E N A P A T R V M.



PRIGENIS. Planum est huius Psalmi argumentum. Cùm enim à Saüle diuinus Dauid persecutionem pateretur, in antrum aufugit, & in intimis eius penetralibus delituit : deinde conspicatus Saülem illuc delatum, mentis quidem timorem excussit, diuinum verò auxilium implorauit, & hoc consecutus est.

2. VOCE MEA AD DOMINVM

Quali voce
clamant
dum sit ad
Deum.

CLAMAVI.] CHRYSOSTOMI. Audis quomodo vbique proponat duplicem clamorem, duplicem vocem, & ad Deum inuocationem? Duas enim hîc virtutes discimus, scilicet summam animi alacritatem & mentis intensionem ; præterea hanc ipsius esse vocem. Non enim omnes voce clamant nec ad Deum, nec propriã. Oportet autem hæc omnia concurrere. Qui clamat aduersus inimicos non edit vocem hominis, sed feræ & serpentis. Qui est negligens, & non audit quæ dicit, non clamat ad Deum, sed temerè ac frustra loquitur. Qui mentem non excitat, etsi valdè vociferetur, hic rursus non clamat. Vox enim, vt iam sæpè dixi, non significat spiritus tonum, sed mentem intensam: at hîc non sic, sed hæc



PRIGENOUS. Δίλη τὸ ψαλμῶν ἢ ὑποθέσις. Διακόμμος γὰρ ὁ θυῖος Δαβὶδ ὑπὸ τῆ Σαυλ, καὶ ἀφούγα μὲν ὑπὸ τὸ σπήλαιον, καὶ ἐν τῷ ἐνδοτάτοις τῆτε κατὰ κρυπτεται χειρῶν. Ἐτα δεασάμενος τὸν Σαυλ ἐκεῖ καταχθῆτα, τῆ μὲν δειλία τῆ δεινῶν ἐξήλασε, τῆ δὲ θυῖα ὀπιθεῖαν ἀνεκάλισε, καὶ ταύτης πτυχήμα.

β'. ΦΩΝΗ ΜΟΥ ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ ΕΚΚΡΑΞΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΙ. Ἀκούεις πῶς πάντα καὶ ὡρῶν ἴθνησι, διπλῆ τῆ κερυγῶν, διπλῶ τῶ φωνῶν. Ἐ τὸ ὡρῶν τὸν θυῖον βοῶν, ὁ ὅ γὰρ ἐν ταῦτα ἀρεταῖς μαρτυροῦν, τότε ὄντονοι τῆς ὡρῶν θυμῶν τότε σωτηριῶν ὁ δεινῶν καὶ ἔπειρα ὡρῶν τῆτοις τὸ αὐτῆ εἶναι τῶ φωνῶν. ἔ γὰρ πάντες ἔπειρα φωνῆ βοῶσιν, ἔπειρα ὡρῶν τὸν θυῖον, ἔπειρα τῆ οἰκία. δὲ δὲ ἀπαντα ταῦτα σωτηριῶν. ὁ κατ' ἐξοχῆν βοῶν ἐκ ἀνδρόπυ φωνῶν ὡρῶνται, ἀλλὰ θηρίε καὶ ὄφεις. ὁ βαθυμῶν, ἔ μὴ ἀκούων ὡν λέγει, ἔ ὡρῶν τὸν θυῖον βοῶν, ἀλλ' εἰκὴ καὶ μάττω φθῆγεται. ὁ μὴ διηρηθῆσθ τῶ δεινῶν, καὶν μεγάλη κατ' ἡ, πάλιν ὡρῶν ἔ βοῶν. φωνῶν γὰρ, ὡς πολλάκις ἐφθῶν εἶπον, ἔ τὸν τόνον λέγει τῆ πινύματῶν, ἀλλὰ τῶ σωτηριῶν τῶν δεινῶν ἀλλ' ἐχ' ὡρῶν ἔπειρα, ἀλλὰ

τὰ φῶς ταῦτα σωάγα, καὶ δέικνυσιν ὅτι καὶ φωνῇ βοᾷ, ἔως τὸν θεόν, καὶ τῇ ἑαυτῆς φωνῇ· ὅθεν τὸ δεύτερον φησι, φωνῇ μου ἔ φωνῇ μου.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὡς φύσιν ἔχει τὸ πῦρ ἀνωφόρον, ἕτως ἡ τῆς δικαίης φωνῆ, τὸ πρὸς κύριον γίνεσθαι, καὶ οἷον εἰς πρὸς αὐτὸν ὅτι τὸ παρέχειν ὡς τις δείται ἀπὸ θεοῦ.

γ'. ΕΚΚΕΩ ΕΝΘΗΙΟΝ ΑΥΤΟΥ ΤΗΝ ΔΕΗΕΙΝ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες ψυχὴν τῆς βίωτικῆς ἀππλλαγμῶν; ἔ γδ πρὸς ἀνθρώπους κατέφυγνεν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀχέρον βοήθειαν καὶ τὴν ἀνωθεν ῥοπήν. εἶτα τὸ σωτηριόμορον τὸ δ' ἰσχύει ἔ τὴν διαιρέτητα, τὴν ἑνὸν ἀποκαμῶν, ὅθεν τῆς λέξεως ταύτης ἐμφαίνει λέγων, ἐκ χείρ, μὲ πολλῆς δηλοῦν τὸ δαψιλίας. ἐν τῷ θέν μου θάνομόν ὅτι ἔ μικρὸν καὶ αἱ θλίψεις εἰς φιλοσοφίας ἐργάζονται. τὸ γδ τὸ θλίψας ὁ καρπὸς· ἔ δ' εἰς τούτω φέργεται αὐτὴν· δύο γδ ταῦτα ἔχει τὰ κέρδη· ἔ μὲν, ὅτι καὶ ἀσυνδαιότερος ἐργάζεται καὶ πρὸς ἀποκαμῶν· ἔπειτα δὲ, καὶ ὅτι ἔ μικρὸν ἡμῶν δικαίωμα εἰς τὸ ἀκαθάρτα γίνεσθαι. ἔ δ' ἔ γδ εἶπε τὴν δικαιοσύνην μου, ἀλλὰ τὴν θλίψα μου· ὡς ἔ μικρὸν καὶ ταύτης ἔσθαι αὐτῶν συνκροῦσθαι. καὶ πάντα καὶ τῆς γαργῶν ἄριστον, ὅτι οἱ τὰς θλίψεις ἀχαρίτως φέρουσι, πολλὰ τῆς ἀμαρτημάτων ἀφαιρούνται, καὶ ἔ μικρὸν ἐν τῷ θέν πρὸς τὸν θεόν κηρύτται τὴν παρρησίαν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ μόνον μεγάλη καὶ ἐπερῶνα αἰτῆς, καὶ πρὸς ἀχόμορον πινύματι καπῶ, θάρρει ἐνώπιον κυρίου ἐκ χείρ τὴν δέησιν ἑαυτῆς, ἔ δ' ἐν ταπεινῶν ἔ δ' αἰσθῆσι π εἰ ἑαυτῆ ἔχουσα· ὅποια ἔστι ἐν ταῖς δέησιν τῆς βατῶλογύντων, ἔ ἐκ ἀξία θεῷ αἰτέντων, ἔ ἐκ ἀπὸ καρδοῦ καρδίας ἐκ χείρτων. ἀγῆς ἐν παρρησίας ἔχεται ὁ εἶχος, ὅτι ἐκ ἀλόγως ἐρεῖ ὁ ἀμαρτωλός· καὶ τὸν ἔξῃς δ' ὅ ἐν παντὶ θλιβόμενος, ἀλλ' ἔ πρὸς ἀχόμορος κροχόμορος ἐν ταῖς ὑπομονῆς κατεργασομένης θλίψαι· τῆς ὁ δ' αἰετὶ τὴν συνὴν καὶ τὰ θλιμῶν ἀπάγεσθαι ὅτι τῶν ζῶν ὁ δόν.

δ'. ΕΝ ΤΩ ΕΚΛΙΠΕΙΝ ΕΞ ΕΜΟΥ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁτι μάλιστα οἱ μικροψυχοὶ τῆς ἀνθρώπων ἀναπίπτουσι, πολλοὶ δὲ καὶ δυσχερῆ ῥήματα φησύνονται· τότε ἔσθαι μάλιστα φιλοσοφεῖ, διδασκαλοὶ ἔχων τὸ ἀσυνδῆς τῶν θλίψαι. καὶ

tria simul coniungit, & ostendit se & voce clamare, & ad Deum, & voce propria : & ideo bis dicit, *Voce mea & voce mea.*

CATE-
NA PA-
TRVM.

ORIGENIS. Quemadmodum ignis naturam habet quæ sursum fertur: ita & vox iusti, ut ad Dominum sit, & quodammodò inuitet ipsum ut præbeat ea quibus quis opus habet à Deo.

3. EFFUNDAM IN CONSPECTU EIVS PRECEM MEAM.] CHRYSOSTOMI. Vidisti animum à rebus sæcularibus liberum? Non enim ad homines confugit, sed ad auxilium inexpugnabile & opem supernam. Deinde mentis intensionem & feruorem, quem intus habebat absconsum, per hæc verba declarat dicens, *Effundam*, scilicet abundanter ac copiosè. Hinc etiam discimus afflictiones non parum conferre ad philosophiam. Hic est enim fructus afflictionis: nemo ergo ipsam fugiat: duo enim habet hæc comoda: vnum quidem, quòd studiosiores faciat & attentiores; alterum autem, quòd ea quoque iusta sit causa ut audiamur. Non enim dixit iustitiam meam, sed tribulationem meam: nempe quòd ea non paruum illi afferat patrocinium. Et in Scripturis ubique reperimus, quòd qui afflictiones grato animo ferunt, non solum peccata deleant, sed hinc etiam non paruum apud Deum fiduciam obtineant.

Afflictio-
num utili-
tas.

ORIGENIS. Qui sola magna & caelestia postulat, & spiritu nouo orat, fiduciam habet precem suam in conspectu Dei effundendi, nihil vile nihil turpe in se ipsa continentem; qualia sunt in precibus eorum qui multa blaterant, & indigna Deo petunt, vel eas non è puro corde effundunt. Hic versus igitur sanctam quamdam continet fiduciam, quem non facile dicet peccator: sequentem verò pronuntiabit is qui in omnibus tribulatur, sed non angustatur glorians in tribulationibus quæ patientiam operantur; eò quòd incedat per viam angustam & arctam quæ ducit ad vitam.

Qua preces
fiduciam
habent in
conspectu
Dei.

4. IN DEFICIENDO EX ME SPIRITUM MEVM.] CHRYSOSTOMI. Quando hi qui sunt pusilli & abiecti animi maximè concidunt, & multi etiam inepta verba proferunt; is tunc maximè philosophatur, ut qui studij magistram habeat afflictionem. Et

Afflictio
diligentiam
accit.

CATB-
NA PA-
TRVM.

enim in ipso fundo malorum (hoc enim sibi volunt verba ista, *In deficiendo ex me spiritum meum*) maximè diligens efficitur. Illud autem, *Tu cognovisti semitas meas*, alius dixit: *Tu enim scis*.

ORIGENIS. Hæc autem faciebam cum excessum cernerem malorum: nam iuxta mortem ipsam commorabar. *Et tu cognovisti*, inquit, *semitas meas*.

ANONYMI. Ab eo qui abnegat semetipsum deficit spiritus eius, & Christo adiungitur: quamobrem istiusmodi semitæ à Domino cognoscuntur. Omnia enim, inquit, mea manifesta sunt tibi, & nulla mearum actionum præterit oculus tuum.

IN VIA HAC QVA AMBVLABAM.] CHRYSOSTOMI. Hic recenset calamitatis vehementiam & hostium insidias, quomodo accesserint, & propinquiores facti sint, volentes cum supplantare. Et quod est grauissimum, non solum, inquit, nullos habebam socios aut adiutores, sed nec erat qui me cognosceret. Hoc est maxima solitudo. Est enim paucorum adesse in calamitatibus, & opem ferre, & maximè quando calamitates pericula minantur. Sed hoc non modò cum non læsit, verum etiam magis cum Deo coniunxit. Quod si quis hæc etiam anagogicè sumpserit, videbit hoc ipsum facientem diabolum, & non procul, sed propè occultantem insidias. Quapropter nobis magnà vigilantia opus est. Abscondit enim laqueum in eleemosyna vanam gloriam, in ieiunio arrogantiam, & in alijs alia.

Vitia insidiantur virtutibus.

ORIGENIS. Etiam qui venantur ferarum vias inuestigant, & in illis retia parant: hos imitatus Saul, ea quæ Dauidi obfutura erant struebat, & vbi ipsum degere intelligebat, ibi insidias parabat. Hoc etiam diabolus facit, & incedenti quidem temperantiæ viam luxuriæ laqueum parat; ei verò qui eleemosynis gaudet, inanis gloriæ rete ponit, ei autem qui diuitias diligit, auaritiæ occasiones affert, & virginitati superbiam: & vt vno verbo dicam, cuilibet viuendi modo laqueum venationi accommodatum necit.

5. CONSIDERABAM AD DEXTERAM, ET VIDEBAM.] ORIGENIS. Nul- lum, inquit, alicunde adiutorem videbam.

ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ πνεύματι ἦν κακόν (τὸ πο- γάρ ἔστιν, ἐν τῷ ἐκλείπειν ἐξ ἐμοῦ τὸ πνεῦ- μά μου) μάλιστα συνεδαιότιοις γίνονται. τὸ δὲ, σὺ ἔγνωσ τὰς τρεῖς με, ἄλλος φησι. Σὺ γὰρ οἶδας.

ORIGENOUS. Ταῦτα δὲ ἔδρων τὴν ὑπερβολὴν θανάτου ἦν κακόν· παρ' αὐ- τὸν γὰρ ἐσηκνέμεν τὸν θάνατον. Καὶ σὺ ἔγνωσ, φησι, τὰς τρεῖς με.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐκλείπει ἐν τῷ ἀρε- μῶν ἐαυτὸν τὸ πνεῦμα αὐτῷ, καὶ φροσύνη τῷ χρεῖσθ· διότι αἱ τρεῖς τὸ ποῖε γι- νώσκον) ὑπὸ κρείν. Πάντα γὰρ, φησι, δὴλά σοι τὰ ἐμὰ, καὶ ἐδὲν ἦν ἐμῶ φροσύνη τὸν σὸν ἔλαθεν ὄφθαλμόν.

ΕΝ ΟΔΩ ΤΑΥΤΗ Η ΕΠΟΡΕΥΟΜΗΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐγὼ οὐδὲ λέγει τὴν ἐπίτασθ ἢ συμφορῶν καὶ ἦν πολέμιον τὰς ἐπιβουλὰς, πῶς φροσύνησιν, καὶ ἐγγυτέρω ἐγι- νοῦτο, βελβδῆμοι ὑποχελίσσασθ. καὶ τὸ δὲ χα- λεπώτερον, ἐ μόνον φροσύνη, ἐδὲ βοήθειαν πρὸς εἶχον ἐδὲ συμμάχους, ἀλλ' ἐδὲ ὁ ἐπιβου- σκων με ἔω τὸ ἢ ἐπίτασθ ἢ ἐρημίας. ὀλι- γων γὰρ ἔστι τὸ ἐν συμφορῶν παρεῖναι, καὶ βοήθειαν, ἢ μάλιστα ὅταν αἱ συμφορῶν καθύ- νως ἀπειλοῦσθ. ἀλλὰ τὸ ἐ μόνον αὐτὸν ἐκ ἔλαθεν, ἀλλὰ καὶ μειζόνως πρὸς τὸν θῆν σωθήσασθ. εἰ δὲ τις καὶ κατ' ἀναγωγὴν τὸ ἐκλάθει, ὅφεται τὸν δὲ βολὸν αὐτὸ ποιῆσθ, ἐ πέρρωθεν, ἀλλὰ πλησίον κρύπτουσα τὰς ἐπιβουλὰς. διὸ καὶ πολλὰς ἡμῶν δὲ τῆς τί- ψεως, κρύπτει γὰρ παρὰ ἐν ἐλεημοσύνη τὴν κροδοξίαν, ἐν τρεῖς τὴν ἀλαζονίαν, καὶ ἐ ἐτίτοις ἀλλὰ.

ORIGENOUS. Καὶ οἱ θηρόντες τὰς ὀδὲς ἦν θηρών ἀνιχνεύουσι, καὶ ἐν ἐκείναις ἰσῶσι τὰ θηροφῶν· τῆς μὲν μὲν οἱ Σαὺλ, φροσύνησιν τὰ καὶ τὸν Δαβὶδ διετίθει, καὶ ἔδρα δὲ γὰρ αὐτὸν ἐμῶν θανῶν, ἐκὲ τῆς ἐνέδρας ἐκέρχασθ. τὸ καὶ ὁ δὲ βολὸς δὲ, ἢ τῷ μὲν ὀδῶσθ τὴν ἢ σφοδρῶν ὀδῶν τίθει τῆς φιληδοσίαις τὴν πάγλιν· τῷ δὲ ἐλεημοσύνη χρίσθ ἢ κροδοξίαν τὸ δὲ κ- τυον, τῷ φιλοχρημάτῳ τῆς πλοουσίαις τὰς ἀφορμὰς, τῷ παρὰ τὴν τὴν ἀλαζονίαν· καὶ ἀπαξ ἀπλάς, ἐκασθ βίαν τὸν δὲ θηροφῶν λόγον.

6. ΚΑΤΕΝΟΟΥΝ ΕΙΣ ΤΑ ΔΕΞ- ΖΙΑ, ΚΑΙ ΕΠΕΒΛΗΘΟΝ.] ΟΡΙΓΕ- ΝΟΥΣ. Οὐδένα, φησι, ἔδρα μὲν ἰώσθ ἐπί- κροσθ.

κρηθ. δεξιὰ γὰρ τὸ πᾶγμα ἦν διουσίεον ἐκάλεισεν.

ΚΑΙ ΟΥΚ ΗΝ Ο ΕΠΙΓΙΝΩΣΚΩΝ ΜΕ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα πάλιν ἑτέρα καταθήκη ἦν δεινῶν. δεικνύσι γὰρ ἕ μόνον ὅτι ἐν ταῖς ὁδοῖς αἱ παγίδες, ἐδ' ὅτι ἐδεῖς λῶ ὁ βοηθῶν, ἐδ' ὁ ἐπιτηρώσκων, ἀλλ' ὅτι ἐδὲ τὸ λεπτόμερον αὐτῶν πρὸς ἀπαλλαγὴν, πρὸ φυγῆς τὴν σωτηρίαν πορεύσασθαι, ῥάδιον καὶ δίκαιον λῶ. ἀλλ' ὁμως καὶ ἕτως ἐκ ἐπιτηρώσεως καὶ ἐκ ἐστὶν ὁ ἐκζητῆς τὴν ψυχὴν μου· τῆσπι, ὁ ἀμυλών, ὁ βοηθῶν. τί ἔν ἐν τοσαύτῃ ἀπορίᾳ καὶ ἀμηχανίᾳ ὦν φησιν;

5. ΕΚΕΚΡΑΕΑ ΠΡΟΣ ΣΕ ΚΥΡΙΕ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα ἔτι ψυχῆς; πῶς ἐκ ἐβάρησεν αὐτὸν τὰ δεσὰ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπίερασε; καὶ γὰρ ἐν ἀπορίᾳ ὡς ἔγνω τὴν ἀμαχὸν χεῖρα ἐ τὴν παρὰρχὴν δύναμιν εἰπὼν, Σὺ εἰ ἐλπὶς μου. τὰ ἀνθρώπινα πάντα ἐλίκεται, ὁ χαιμῶν μείζων συμμαχίας ἀπάσης. ἀλλ' ὁμως εἰ καὶ ὡς ἀνθρώποις ταῦτα ἀπέγνωσται, ἀλλὰ σοὶ πάντα ῥάδιον.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ μερίς μου ἐκ ἀλλοτρίᾳ ἀλλ' ἐν γῆ ζώντων ὅτι· ἦτις ἄλλη ὅτι δ' ἐπιληλησμένης γῆς. Πολλάκις ὁ θεὸς Δαβὶδ μερίδα οἰκίας ἐκάλεισεν τὸν θεὸν· καὶ νῦν δὲ ὡσαύτως τὸτο πεποίηκεν. ἐδιδίμας γὰρ, φησιν, ἀλλὴν ἔχω βοήθειαν ἀλλὰ σὺ μόνον ἐπίκρησον, ἐ δὲ σὺ τυχεῖς ἀντιβολᾷς τὸ ζῶντι ταπεινώσει δὲ ταῖς συμφοραῖς καλεῖ.

Η. ΕΞΑΓΑΓΕ ΕΚ ΦΥΛΑΚΗΣ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐξάγαται ἐκ φυλακῆς ἀπὸ θεοῦ ἡ ψυχὴ ἀπαλλατῶμένη ἦν ὑλικῶν ἐ τῆ σώματι. ὁ δὲ Ἀκύλας, ἔξάγαται ἐξ ἀποκλεισμῶ τῆ ψυχῆς μου. ὡς ἐν εἰρητῆ γὰρ τῆ καὶ δεσμοτηρίῳ κατέχετο, ἦν πολέμιον τῆ θύρα τῆ ἀσπληνῆς προσκαθημένη.

ΕΜΕ ΥΠΟΜΕΝΟΥΣΙ ΔΙΚΑΙΟΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπὶ πρὸς, σφαιρώσει δίκαιοι ὅταν ἀεργατήσης με. ὁ δὲ λέγει τοῦτον ὅτι· ὅτι καὶ τὰς δικαίους τὸτο ἀφελήσεται καὶ γὰρ ἐκείνοι ἀφραθήσονται ἰδόντες με τὴν ἀπαλλαγὴν ἦν δεινῶν. Ἐπιπύται γὰρ αἱ ἦν ἁγίαν ψυχῆ, καὶ πάρεσι κακῶν σωμαλγῶν, καὶ ἀδυναμίᾳ ἐ βασιλείῳσιν, ἀλλὰ ἐ χαίρουσι καὶ ἀφραίνονται. ὅτι τί δὲ φησιν ἀντιποδῶς μοι; καίτοι γὰρ ἀνωτέρω εἰπὼν ἐ

Dexteram enim beneuolorum auxilium appellauit.

ET NON ERAT QUI COGNOSCERET ME.] CHRYSOSTOMI. Vide rursus aliam malorum accessionem. Ostendit enim non solum esse in vijs laqueos, nec vllum fuisse qui opem ferret, & agnosceret, sed nec quod reliquum quidem est ad euasionem, vt fugâ saluti suæ consulat, id sibi esse promptum & expeditum. Attamen sic quidem desperabat. *Et non est qui requirat animam meam:* hoc est, qui defendat, qui opem ferat. Quid hic ergo cùm in tanta inopia & difficultate versaretur ait?

6. CLAMAVI AD TE DOMINE.] CHRYSOSTOMI. Vides animi vigilantiam? quomodo mala eum minimè obruerint, sed magis erexerint & extulerint? Etenim cùm in summa esset inopia agnouit manum inuictam & vires omnipotentes dicens, *Tu es spes mea.* Humana omnia defecerunt, tempestas est omni auxilio superior. Et tamen etiamsi hæc apud homines desperata sint, tibi tamen omnia sunt facilia.

ORIGENIS. Portio mea non alibi quàm in terra viuentium est: quæ utique alia est à terra obliuionis. Sæpè diuinus Dauid partem propriam vocauit Deum: nunc verò etiam similiter fecit. Nullam enim, inquit, opem aliam habeo quàm te solum adiutorem, & per te vt vitam consequar precor. Ceterum humilitatem hoc loco calamitates vocat.

8. EDVC DE CVSTODIA ANIMAM MEAM.] ORIGENIS. Educitur de custodia à Deo anima quæ à rebus materialibus & à corpore liberata est. Aquila autem ait, *Educ de clausura animam meam.* Tamquam enim in carcere quodam & vinculis detinebatur, dum antri ianuar hostes affiderent.

ME EXPECTABVNT IYSTI.] CHRYSOSTOMI. Alius, *Coronabunt iusti quando benefeceris mihi.* Quod autem dicit est eiusmodi; nempe hoc iustis quoque profuturum: illi enim lætitiâ afficientur cùm me viderint à malis liberatum. Tales enim sunt sanctorum animæ, & malè habitis commiserentur, & prosperè agentibus minimè inuident, sed congaudent & congratulantur. Cur autem dixit *Retribuas mihi?* Atqui superius dixit afflictionem & humi-

CATE-
NA PA-
TRVM.

David om-
nino deso-
latus.

CATE-
NA PA-
TRVM.

humiliationem, non virtutem & facinora præclara. Quomodo igitur remunerationem vocat? Pro diebus, inquit, humiliationis. Non enim est pusillum hoc rectè factum, ferre afflictionem cum gratiarum actione; & idèd vocat retributionem eam quæ postea sequitur remunerationem. Nequaquam igitur animi angamur in afflictionibus, sed oremus, ne intremus in tentationem: quæcumque autem euenerint excipiamus. Ita enim & quæ habemus peccata deponimus; & si quam fecerimus iustitiam, eamdem reddimus clariorem. Atque hæc Iob ostendit, qui tunc magis claruit. Hoc etiam in corporibus bonum est, temperare inquam bonam valetudinem non solum in hominibus, sed etiam in brutis, nec in brutis solum, sed etiam in plantis. Idcirco ne in vitibus quidem permittunt agricolæ comas nimis luxuriare, nec in alijs arboribus, sed ne nimium crescant falce prohibent, omnes earum vires in radices conuertentes, ne ex in folijs consumptæ fructum exilem proferant. Quod quidem euenit etiam in hominibus. Studio enim in ea quæ sunt superflua consumpto, imbecillior fit animus ad ferendum fructum pietatis maturum & perfectum. Hoc etiam videri potest in aquis: quæ enim consistit & non meat corrumpitur; sed quæ mouetur & circumagitur salubrior existit, & visu tactuque ac potatu iucundior. Sæpè etiam naturam vicit afflictio. Quod enim deorsum fertur, id si trahatur & prematur sursum erigitur. Quod etiam accidit in hominibus: qui enim facilè ferunt afflictiones redduntur excelsiores, etiam si sint valdè abieci, terreni & humiles; & ex ijs magna comoda accipiunt.

Matth. 6.

Afflictio
illustrat
iustitiam.

ταπεινωσιν εἶπεν, ἐκ ἀρετῆν ἢ κατ' ἄρθεω-
τα. πῶς ἔτι ἀνταπόδοσιν καλεῖ; ἀντι ἡμεροῦν,
φθοῖ, ταπεινώσεως. ἔτι μὲν ἔτι τὸ κα-
τόρθωμα, τὸ θλίβειν ἐμεγαλύνει μὴ δὲ χαρι-
στίας. διὸ καὶ ἀνταπόδοσιν καλεῖ τὴν μὴ ταῦ-
τα ἀμοιβή. Μὴ τοίνυν ἀλύωδον ἐν ταῖς θλί-
ψεσιν, ἀλλ' ἀχρῶ μὲν, μὴ εἰσελθεῖν εἰς πει-
ρασμὸν. ἐπιόντα δὲ δεχόμεθα. ταῦτα γὰρ ὅσα
ἀμαρτήματα ἔσονται θύματα. εἰ δὲ πᾶσα δι-
καιοσύνην ἐργασάμεθα, καὶ κενὴν λαμβω-
τέραν ἐργασόμεθα. καὶ ταῦτα δύνουσι ἰδεῖν,
τότε μετρίως δευλάμψαι. τὸ καὶ ἐν σώ-
μασιν ἀγαθόν, κολλᾷ σφίμι τὴν διεξίαν
ἐκ ἐν ἀνθρώποις δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀλό-
γοις, ἐκ ἐν ἀλόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν φύτ-
ρα δὲ δὴ τὸ ἐδὲ ταῖς ἀμπέλοις ἐπιτρέψουσιν
οἱ γεωργοὶ ἀδεῶς κομᾶν, ἐδὲ πῶς δένδρου,
ἀλλὰ κολλῶσιν τὴν εἰς τὸ πρῶτον φέρειν τῆ
δρεπάνη, ἀπασαν τὴν δύναμιν εἰς τὴν ῥίζαν
περιτρέποντες, ὥστε μὴ ἐν τοῖς φύλλοις ἀνα-
λωθεῖσιν αὐτὴν ἐξίτηλον ἐργασίαν καρπὸν.
ὑπερ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων γίνεται. ἡ γὰρ σω-
δὴς εἰς τὰ πρῶτα ἀναλισκομένη, ἔσονται
εἰς γίνε) ἢ ψυχὴ πρὸς τὸ τῆς διπλασίας ἀ-
ειμον τὸν καρπὸν ἐργασίαν καὶ ἀμύγδαλα.
τὸ καὶ ἐπὶ ὑδάτων ἴδοι τίς ἀν: τὸ μὴ γὰρ
ἐσηκῶς καὶ ἀργουῶ φθίρεται, τὸ δὲ ῥιζο-
μοῖον καὶ ὀσμῶδον ὑμνιόσθησιν τὴ βῆ,
καὶ ἰδεῖν καὶ ἀψαδὲ ἐ πειν ἦλον. πολλὰ καὶ
δὲ καὶ τὴν φύσιν ἐνίκησεν ἡ θλίψις. τὸ γὰρ
κατωφερὲς, τὸ καὶ ῥυτὸν θλιβόμενον πρὸς
τὴν ἀναφορὰν ἐξακοντίζεται. ὁ δὲ καὶ ἐπὶ
τῆς ἀνθρώπων συμβαίνει. οἱ γὰρ ἀκόλως
ταῖς θλίψεσιν φέροντες ὑψηλόσθησιν καθίσταν),
καὶ σφόδρα ὡς χαμαίζηλοι, καὶ σφόδρα
γῆσοι καὶ ταπεινοὶ. καὶ μεγάλα ἐπιπέθην
καρδαίνονται.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hic Psalmus inscribitur, *Intellectus ipsi David cum esset in spelunca, oratio*. Vbi rectè quidem orationem suam in summo vitæ discrimine ad Deum emissam appellauit intellectum suum, vt egregiè obseruat Bellarminus; quia in hoc Psalmo, inquit, declaratur prudentia & sapientia David, qui cum esset delitescens in spelunca, sapienter cogitauit vnicum remedium in tantis malis esse orationem ad Deum. Si enim prudentia consistit in medijs ad finem proportionatis eligendis; prudentissimus sanè ille est, qui repellendis periculis preces adhibet, cum nulla media ad eum finem aptiora videantur.

2. *Voce mea ad Dominum clamavi.*] Hæc verba exponens S. Augustinus ait: Nonne sufficeret dicere, *Voce ad Dominum clamavi*? Fortè non frustra additum est *mea*. Multi enim clamant ad Dominum non voce suâ, sed voce feræ. Nam qui alteri malum cupit, non hominis sed feræ vocem habet; & qui iniuriarum vindictam postulat, humanâ voce ad Deum clamare non videtur, sed clamat voce serpentis. Ob id igitur expressit Propheta se voce suâ clamare; vt ostenderet, nullius sanguinem fundi se velle, neminem occidi. Acute S. Chrysostomus in Catena citatus ad hunc locum: *Qui clamat*, inquit, *adner sui inimicos non edit vocem hominis, sed feræ, sed*

sed serpentis: Vtiam saltem serpentes illos imitarentur Christiani, qui ad fontem venientes venientium prius euoluunt quam bibant. de quibus ita pulchre S. Augustinus lib. de Perfecta iustitia: *Quemadmodum, inquit, serpentis quoddam genus est, quod ad bibendum prius quam ad fontem ventris omne ventum enomit; ita Christianus dum ad orandum accedit, omnem iracundiam & omnem iracundiam proximo dicit.*

Quantã reuerentiã orationes effundenda sicut in conspectu Dei.

3. *Effundo in conspectu eius orationem meam.* Vbi diuine S. Hilarius: *Effunditur, inquit, in conspectu Dei oratio non negligentè, neque ex securitate, sed tamquam Deo presente.* Addit paulo post, Deum presentem non absentis dissimulatione, sed presentis honore reuerendum esse. Quare prudenter monent Patres eum qui oraturus est, ut cum animo suo reputet, quem affari, cuius frui conspectu colloquioque appetat. Cogita (inquit S. Chrysostomus in Psal. 145.) *tuus deus est, ad quem accedis, & apud cuius est in-fer, &c. & sufficies ad inducendam vigilantiam atque excitandam eum dignitas, unde gratiam expectamus.* Actus enim sumus, ut paulo post ait, *cum Angelorum Domino, quem beate illæ mentes inuitato metu opplet & pudore vultum inumbrantes demississimè venerantur.* Piè & eleganter Petrus Chrysológus Serm. 5. ait: *Archangeli tremant, pavent Angeli, Potestates metuent, in faciem prouult calis seniores, elementa fugiunt; soluantur saxa, montes defluunt, terra tremat, & homo terra intrepidus intrabit.* Cum Rege colloqui vel Imperatore existimatum fuit olim munus diuinum, ad quod insignis quædam modestia cultusque requirebatur. Hinc Theodoricus Rex apud Cassiodorum lib. 3. Epist. 22. *Quilibet, inquit, habere nostra colloquia muncera credit esse diuina.* Nos ergo elati, & nihil minus quàm de augusta Numinis potentia & gloria cogitantes, non ferendã animi temeritate ad Dei commercium ruemus? Certè in primis opus est (ut S. Bernardi Serm. 7. in Cant. verbis utar) *verecundiam comitari precem, commendare precantem.* Opus reuerentiã & pauore quodam sancto filiorum Dei proprio, quem ex arcanis primæ Ecclesiæ commendat Lactantius lib. 6. Instit. cap. ult. *Summus, inquit, colendi Dei ritus est, ex ore iusti hominis ad Deum directa laudatio: qua tamen ipsa ut Deo sit accepta, & humilitate, & timore & deuotione maximè opus est.* Hoc nimirum est Deo presente orare, ut Ecclesiæ magistri loquuntur, vel ut Dauid, in conspectu Dei precari.

Dextera est auxilij symbolum.

5. *Considerabam ad dexteram, & videbam, &c.* Ex Scripturarum consuetudine à dextris esse dicimus, quasi ad auxilium paratum affiliter; ut Psal. 19. *Providebam Dominum in conspectu meo semper; quoniam à dextris est mihi ne commouear.* & Psal. 108. *Qui assistit à dextris pauperis, &c.* Cum ergo hic dicit in angustia positus se respexisse ad dexteram, significat ad auxilium se respexisse, an nullus ferret suppetias, nemo subueniret iniuste oppresso innocenti, an non alicunde veniret sic vallato subsidium. S. Hieronymus & Felix per imperatum verunt hoc modo: *Respice ad dexteram, & vide, quia non sit qui cognoscat me.* Vbi Domino proponit suam derelictionem. q. d. En tu vides, quòd præter te nemo adsit mihi in auxilium.

6. *Portio mea in terra viuentium.* Hoc est in celo. de quo alibi idem Vates dicit: *Quid mihi est in celo, & à re quid volui super terram?* Ita dum in hoc exilio adhuc tegerent Sancti omnes, huius inferioris terræ pertæsi, illius quæ sursum est appetitione animum componebant; & sic hærebant in hoc mundo, vtab eo studijs & voluntate disuncti, æternam manentemque ciuitatem quæterent: omniumque vocum illud fuit cum Dauid, & celebrata professio: *Portio mea sit in terra viuentium.* Quorum piam deuotumque ardorem & propositum animi generosi vtiã omnes imitarentur, eum tam multi viam præuierint. Hinc Arnobius iustum inducit magno & erecto animo, vniuersã spe & expectatione bonorum cælestium hæc dicentem: *Pereant omnia qua in mundo sunt, tu spes mea, tu portio mea in terra viuentium.* Similia propè sunt D. Augustini lib. 1. de Sermone Domini dicentis: *Rixentur inimici, & dimicent pro terrenis ac temporalibus rebus: beati autem misce quoniam ipsi hereditabunt terram.* Vbi etiam terram illam ait intelligi, de qua dicitur: *Spes mea es tu, portio mea in terra viuentium.* Hic versiculus ita hæsit in arcano & pio affectu Martini Secundi Summi Pontificis, ut illum præ simbolo honorato & insigni ferret. Vide plura de terra viuentium à nobis annotata ad Psal. mi 26. vers. 13.

8. *Educ de custodia animam meam.* Aquila, *Εδύξας εἰς τὸν κόλπον τὴν ψυχὴν μου, Educ de custodia animam meam:* Symmachus, *Εξείκοτον τὸν οὐρανὸν τὴν ψυχὴν μου:* quod idem valet. Ad litteram autem nomine custodiam speculancam intelligit, in qua Saülis indignationem declinans latebat. Sed altiori sensu corpus suum custodiam appellauit; quia nimirum in eo, ut thesaurum in agro, anima custoditur, donec ab eo qui thesaurum posuit in vase fictili, dum misericorditer appropinquat, custoditur. S. Hieronymus loco custodiam carcerem vertit: in quo nimirum anima molestijs corporis illigata tenetur, quousque effractis mortalibus ianuis ad eum tendat, cuius gratiã creata est. Vtrumque tetigit S. Augustinus ad hunc locum dicens: *Si de corpore educat Deus quando voluerit, posset dici & corpus nostrum carcer; non quia carcer est quod fecit Deus, sed quia pœnale & mortale. Duo enim consideranda sunt in nostro corpore, signumque Dei, & pœnameriti. Tota ista forma, status, incessus, membra ordinata, sensuum dispositiones, videre, audire, olfacere, gustare, contingere, omnis hæc compago, & fabrica distinctio non potuit fieri nisi à Deo, qui omnia operatus est, cælestia, terrestria, summa & ima, visibilia & inuisibilia. Quid ergo ibi pœnale nostrum? Quòd corruptibilis caro, quòd fragilis, quòd mortalis, quòd indigens. Hoc non erit in præmio. Non enim corpus non erit cum corpus resurget: sed quid ibi non erit? corruptio: Corruptibile enim hoc induet incorruptionem. Ergo si caro tibi caro est, non corpus est carcer tuus, sed corruptio corporis tui. Corpus enim tuum fecit Deus bonum, quia bonum est: corruptionem intulit iustus, quia iudex est. Illud habes de beneficio: istud habes de suspensio: Hoc ergo fortè dixit: Educ de carcere animam meam: educ de corruptione animam meam. Liberari itaque vult à corruptibili corpore,*

ANNO- TATIO- NES COR- DERII. Psal. 72, 25. Sanctorum portio est in celo.

Corpus corruptibile est carcer anima.

ANNO- TATIO- NES COR- DERII.
 pore, ut sine obstaculo possit Dominum confite-
 ri, ut valeat puras ad eum leuare manus, & sine
 admixtione curæ rerum huius sæculi, quas hie-
 positi penitus ablegare non possumus, in eius sei-
 laudationes extendere. Non igitur hi adeo
 aberrarunt à vero, cum corpus hoc quod mortua-
 le, & mille tam vitiorum illecebris quam in-
 commodorum supplicij obnoxium, animi car-
 cerem nominarunt: quod & Sapientia *animam*
aggravans vocatur. Hoc corpus quod passim
 mortales palatium aut paradisum censent, pro
 carcere habuit sapientissimus Psalter: nam velut
 carcerem hunc: exorsus in vinculis exclamati:
Educ de custodia animam meam. Num carce-
 rem, in quo Samson molebat, isto fuisse mole-
 stium putas? aut Iosephi lacum, aut Ieremias
 spumam, aut Danielis inter leones specum, aut
 Petri geminis casenis victi militarem custo-
 diam? Non arbitrèr. Cur igitur sepulchro, car-
 ceri, pistrino, tartaro, tam delicatum pastum in
 nostram perniciosam impendimus? Hoc sciamus
 à nullo nostrorum hostium tam nobis cauend-
 dum esse quam à nostro corpore, à quo pro-
 pterea tantoperè Sancti omnes quamocumque libe-
 rari ac dissolui cum Apostolo desiderarunt.
 Vnde subdit:

IBIDEM. *Me sustinebunt iusti quoadusque*
retribuas mihi.] Ita S. Augustinus & Verus
 Psalterium: quod Græcè est Ἰππομῆσι; ceteri le-
quoniam ego, inquit, dignus sum, sed propter tuam clementiam libera me ab ijs qui in me bellum gerunt, da vt ab afflictione aliquantulum respirem. Vide hęc rursus adiectam causam. Non enim simplici ratione petitiones nostras consequi valemus, sed nos vnde quaque pręparare debemus vt digni euadamus qui postulatis potiamur, & quę nostrarum partium sunt conferre, atque ita accedere. Non sufficit enim sola natura orationis; quandoquidem Iudæi quoque orabant, & audiebant: Si multiplicaueritis Iſai 1. preces, non exaudiam vos. Et quid miraris, si Iudæi non exaudiebantur, cū etiam Ieremias pro eis orans reprehendatur, & semel & bis audiat: Ne ores pro hoc populo, quoniam non exaudiam te. Et quid miraris, si Ieremias [non exauditur?] Nam neque Noë, neque Iob, neque Daniel filios suos protegent, si malè vixerint. Hęc ergo cū sciamus, non solūm oremus, sed cum precibus quoque nos ita comparemus, vt simus digni qui accipiamus.

ANNO-TATIONES CORDERII. Oportet nos dignos exhibere vt exaudiamur.

ANNOTATIONES CORDERII.

De titulo & argumento.

In Hebræo solūm inscribitur Psalmus Dauid: Septuaginta editionis Sixtinę explicandi argumenti gratiā addiderunt, Ὅτι αὐτὸν ὁ υἱὸς κενδύλων: Quando cum filius perſequebatur: vbi Græcum Scholion hæc annotat, Ἐν ἐπίλοις ἀρτιγράφοις Δρον, ὅτι αὐτὸν ἰδὼσαν Ἀβισσαλων ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτι δὲ παρὰ τῶ Εβραῖω, ἔτι παρὰ τοῖς ἀλλοῖς ἐρμηνευταῖς τούτῳ Δρον προσήκων ἔχεται δὲ ὅμοις τῆς ἀληθείας αὐτῷ γδ ἔχει τινὲ ὑπόθεσιν ὁ ψαλμός. id est: In quibusdam exemplaribus inueni, quando cum perſequebatur Absalom filius eius: sed neque apud Hebraum neque apud alios interpretes hanc inueni additionem: aitamen inhaeret veritati: nam hoc habet argumentum Psalmus. Ecclesia autem hunc Psalmum numerat inter septem Pœnitentiales; quia Dauid hic exemplo suo præscribit formam precandi veris pœnitentibus. Orat enim vt sibi in extremum iam discrimen adducto Deus opem ferat, & in se sperantem è periculis eruat.

ipsa etiam iustitia vocetur misericordia: quasi scilicet iustitia idem planè quod misericordia sit in Deo.

2. Et non intres in iudicium cum seruo tuo.] Nota cum Iansenio, Deum intrare cum aliquo in iudicium, non est Deum venire ad iudicandum illum, & iudicem illius se exhibere; sed est Deum cum aliquo contendere, exostulare, & quasi aduersarij personam in iudicio suscipere. Id autem cū sancti semper deprecentur, etiam Dauidi conueniebat: nam cū a Saūle affligebatur, & cū eum Absalom perſequebatur, agnoscebat indubiè dignum se eis malis coram Deo, si Deus cum ipso contendere vellet, & omnes vitę suę actiones obseruare: quamuis vbique se innocentem prædicet in causa illa quę erat illi cum Saūle & Absalomo.

Quid sit Deum cum aliquo intrare in iudicium.

IBIDEM. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.] Id est (vt pulchrè exponit Bellarminus) Quia non ego solus, sed omnis viuens cadet causā, si tecum iudicio contendere voluerit. Omnis enim viuens aut est peccator, aut iustus in via, aut iustus in patria. Qui peccatores sunt, vt homicidę, adulteri, & similes, poterunt quidem iustificari coram hominibus, apud quos aliorum crimina sæpè occulta sunt, vel iuridicè probari non possunt: sed in conspectu Dei non iustificabuntur, quia Deus videt corda & conscientias, & ex ipsius conscientię testimonio conuincet eos. Qui iusti sunt, sed adhuc in via, non iustificabuntur in conspectu Dei; quoniam non audebunt se iustificare; sed cum Apostolo dicent: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: qui enim iudicat me Dominus est. Fortasse enim ille videt in me quod ego

Quomodo nemo viuens iustificatur coram Deo.

Iustitia in Deo idem quod misericordia.

1. Auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua.] Græcè est, ἐν τῆ ἀληθείᾳ σου: apud S. Chrysostomum alius vertit, ἐν τῆ πίστι σου, in fide tua: alius, ἐν τῆ βεβαιότητι σου, in stabilitate tuā. id est, iuxta fidelitatem tuam quā seruas promissa de remissione pœnitentibus danda. Quod autem addit, Exaudi me in tua iustitia, S. Chrysostomus in Catena citatus rectè monet eoloco iustitiam appellari φιλαθρωπίας, clementiam & humanitatem. Nam apud homines quidem iustitia, inquit, pura est, & misericordiā spoliatur, apud Deum non itidem, sed admixta semper iustitię est misericordia: & verè tanta, ὅς καὶ δικαιοσύνην φιλαθρωπίας κληῖσθαι, vt

1. Cor. 4.

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.
Iob 9.

ego non video. & cum Iobo dicere debeo: *Si habuero quidpiam iustum non respondebo, sed meum Iudicem deprecabor.* Item non iustificabuntur in conspectu Dei, quoniam intelligunt iustitiam suam non à se acquisitam, sed à Deo donatam esse; & idè non se iustificabunt coram Deo, quasi ex se iusti sint, sed gratias agent iustificatori suo. Denique non iustificabuntur in conspectu Dei, quoniam etiamsi iusti sint, quia criminibus carent; tamen etiam peccatores esse intelliguntur, quia peccatis quotidianis non carent, & dicunt cum alijs sanctis: *Dimitte nobis delicta nostra. Et si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.* Qui iusti sunt in patriâ, & criminibus & peccatis non solum carent, sed etiam inquinari non possunt, non iustificabuntur in conspectu tuo; tum quia iustitiam suam non sibi tribuunt, sed Deo, à quo illam habent; tum quia tanta est puritas Dei, ut comparatione eius omnis alia iustitia iniustitia esse videatur. *Stella enim non sunt munda in conspectu eius.* Ceterum quoniam hæretici Lutherani & Calviniani ex hoc loco probare contendunt nullam esse in homine iustificato veram iustitiam, sed solum imputatitiam, & omnia opera iustorum esse peccata mortalia, & digna supplicio aeterno, si à Deo imputarentur. Obseruandum est, Dauidem non dixisse, nullum esse verè iustum; sed contrà dixisse in alio Psalmo, *Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi: quia custodini vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo: & ero immaculatus cum eo, &c.* Item: *Beati immaculati in via, qui ambulat in lege Domini.* Neque hoc loco dixisse eundem Dauidem, Nullus verè iustificabitur; sed, *Non iustificabitur in conspectu tuo.* quod intelligunt Patres: vel quia iustitia iustorum vera quidem est, sed ab ipsis non est quasi proprijs viribus acquisita, sed à Deo gratis donata. Ita S. Augustinus hoc loco: vel quia iustitia eorundem iustorum vera, sed non pura est, cum admixta sit peccatis venialibus. Ita S. Gregorius hoc loco, S. Hieronymus in Epistola ad Ctesiphontem, & S. Augustinus in libro de Perfectione iustitiæ. Vel denique, quia etiamsi vera & pura esset absolutè, tamen comparata ad iustitiam Dei increatam & infinitam iustitia esse non videtur; quomodo lux lucernæ coram Sole non lucet. Ita S. Hilarius, S. Hieronymus, & alij hoc loco, & S. Bernardus Serm. 5. de verbis Isaïæ.

Math. 6.
I. Ioan. 1.

Atque hoc est quod legimus in Iobo: *Numquid homo Dei comparatione iustificabitur?* Item: *Verè scio quod ita sit, & quod non iustificabitur homo compositus Deo.* In quem locum vide S. Augustinum in libro ad Orosium contra Priscillianistas & Origenistas cap. 10.

Iob 25.

Psal. 17.

Psal. 118,
1.

3. *Collocauit me in obscuris sicut mortuos saculi.*] Sic in Threnis dicitur: *In tenebrosis collocauit me quasi mortuos sempiternos.* Per mortuos autem saculi hoc loco intelligi possunt peccatores huius mundi, qui cum tenebris & horroribus internis prætentationum multitudine & grauitate conscientiam obtenebratam & spiritus lumen obnubilatum habeant, in perpetuis degunt obscuritatibus. Aut intelligi possunt mortui à sæculo, qui olim in præteritis generationibus quasi à sæculo & mundi initio sunt

Iob 4.

Iob 9.

Thren. 3.
Peccatores
in obscuris
versantur.

mortui, quorum non est vlla amplius memoria. Et huic sensui consonat B. Hieronymi versio ex Hebræo, quæ habet *mortuos antiquos*, id est olim mortuos. Aut per *saculum* intellige infelix illud damnatorum habitaculum, seu locum inferni, in quo omnes qui mortui sunt ad vitam non resurgent amplius. Vel *mortuos saculi* accipe eos qui secundum iudicium huius mundi condemnati in obscuris locis seruantur ad mortem. Est autem hic primus salutis gradus, ut agnoscat se collocatum in tenebris, & in terra vitam suam depressam, hoc est, ut agnoscat peccata sua. Secundus, ne ob eam metu iudicij diuini intra se turbetur. Vnde rectè sequitur: *Anxians est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.* Tertius verò, ne nimiam turbatione desperet, ut antiquas Dei miserationes peccatoribus frequenter exhibitas in memoriam reuocet; atque ex his quarto loco mentem suam per fiduciam erigens, & animam & manus ad Deum per orationem subleuet, vti sequentibus versibus ait.

6. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.*] Sicut enim terra sine aqua sterilis redditur, nec alimenta mortalibus necessaria fructificat; ita anima spiritali feruore velut rore pluuiæque priuata ferè nullum fructum virtutis emittit. Quam animæ sterilitatem Regius hymnorum Cantor hoc loco deplorat, & in loco magnæ ac luctuosæ calamitatis reponit. Multa illa olim grauissima fuit habita, quam Theodosius Imperator Antiochiæ imposuit, & de qua Chrysostomus Hom. 14. ad Populum pro concione non exiguo animi dolore differuit. Ob statuas enim euerfas populari seditione iussit ocludi obstructi- que balneas omnes in amplissima & refertissima ciuitate, ne cuius vllus aqua illa iucunda frueretur; vnde necesse fuit corpus magnis & diuturnis sordibus obsolescere. Ita cum Summus Imperator stetus pij vsuram negat, cum Dauide omnes rerum spiritalium Magistri putant, salutaris illius aquæ penuriam esse pœnam animæ non exiguam, meliusque recognoscunt spiritalium aquarum copiam verè munus esse diuinum, & earundem fontem sacrum è cælo peti oportere.

8. *Auditam fac mihi manè misericordiam tuam.*] Id est, Fac vt à me audiat, fac me audire, fac me percipere ac perferre intra me misericordiam tuam. Potest etiam auditus accipi specialiter, sed spiritaliter, vt postulet homo afflictus vocem diuinæ consolationis & miserationis Dei interiùs loquentis auribus spiritalibus exaudire, iuxta illud: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus; quoniam loquetur pacem in plebem suam.* Postulat enim vt dicatur sibi à Domino, Dimissa sunt tibi peccata tua, Vade in pace, Fides tua te saluam fecit, & alia huiusmodi diuinæ consolationis verba: quæ sicut olim in carne locutus legitur Christus Dominus, peccatorum dimissor & infirmitatum curator; ita etiam nunc in cordibus pœnitentium & humilium loquitur per singulos dies. Aut generaliter accipi poterit pro percipere, vel cognoscere, vel intelligere; quemadmodum frequenter etiam verbum *videre* solet accipi. Sicque postulat afflictus cognoscere, sentire, experiri & percipere Dei misericordiam, quam omnibus rebus anteponit.

Anima do-
nacione spo-
liata est
sicut terra
sine aqua.

Psal. 55.

Non prodest scire voluntatem Dei, nisi eam facias.

10. *Doce me facere voluntatem tuam.*] Non ait, Doce me voluntatem tuam; sed, Doce me facere. Id est, Verba tua firmiter hæreant menti & sensui meo, donec me ad opus ipsum perducant. Nam nosse verbum Dei, & statim obliuioni mandare antequam opere expleatur, nihil omnino est, & non tantum nihil commodi inducit, sed plurimum affert detrimenti.

I B I D E M. *Spiritus tuus bonus deduxit me in terram rectam.*] Græcè est, *Ὁδηγῆσαι με ἐν τῇ ἀθείᾳ*: S. Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto cap. 16. legitur, *in viam rectam* & ita est in Psalterio Romano & Arabico: in ceteris libris Græcis est *ἐν τῇ ἀθείᾳ*, & in Latinis *in terram rectam*. Apud S. Chrysostomum alius habet *διὰ τῆς οὐρανῆς, per terram planam*. Pulchre ad hunc locum noſter Alvarez de Paz Tomo 2. de Perfectione lib. 1. partis 1. cap. 13. Verè inquit, Domine non deduxit me spiritus hominis in terram hanc: nam iste sibi relictus, potius solet à tuo obsequio diuellere, & ad sæcularia trahere. Non deduxit me spiritus Angeli, qui potest quidem bonum suadere, non tamen persuadere, nec voluntatem sine gratia tua ad boni consensum inclinare. Sed deduxit me spiritus tuus, qui illæso manente libero arbitrio instinctibus & auxilijs suis potens est corda hominum conuertere quocumque voluerit. Spiritus autem iste tuus spiritus sanctus est: nam idem Propheta ait: *Spiritum sanctum tuum ne auferas à me*. Spiritus vitæ est, cum scriptum sit: *Spiritus vitæ erat in rosis*. Spiritus Domini mei est: *Et requiescet super eum Spiritus Domini*. Spiritus veritatis est: sub quo nomine fuit antea promissus: *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*. Sed hic vocatur *spiritus tuus bonus*; quoniam hæc vocatio, hæc deductio mea, opus est infinitæ bonitatis omnia alia comprehendens. Spiritus bonus & sanctus tuus vocauit me; quia ad sanctitatem vocauit. Spiritus bonus & vitæ excitauit me; quoniam à peccati morte ad gratiæ vitam excitauit. Spiritus bonus Dauidi deduxit me; quoniam vt fidelis essem seruus adduxit. Spiritus bonus & verus erudiuit me; quoniam ad falsitatem odio habendam & veritatem diligendam erudiuit. Hic Spiritus tuus bonus, sanctus, viuus & verus eduxit me à terra in qua eram ad terram ad quam nondum perueneram. Erant ego in hac lacrymarum valle in

Solus Dei spiritus bonus deducit nos in terram perfectionis ac bonitatis.

Psal. 50, 13.
Ezech. 1, 20.
Isa. 11, 2.
Ioan. 16, 13.

terra de qua scriptum est, *Terra erat inanis & vacua*; vel, vt alius transtulit, *inuisibilis & incomposita*. Nonne inanis? siquidem rebus suis numquam nos satiat. Nonne vacua? quandoquidem discessit ab ea bonitas & veritas. Nonne inuisibilis, & obscura fallacijs, dolis & technis? In qua diligimur, sed propter lucrum; honoramur exterius, sed in corde contemnimur; laudamur præsentibus, & vituperijs absentes afficimur. Nonne incomposita atque deformis peccatorum deformitate atque fuligine? *Quia non est veritas, non est misericordia, & non est scientia Dei in terra*. Nonne bonorum vacua est illa terra? cuius memoriam faciens Ieremias ait, *Aspexi terram, & ecce vastauerat, & nihil: & calos, & non erat lux in eis. Vidi montes, & ecce mouebantur, & omnes colles conturbati sunt. Intuius sum, & non erat homo, & omne volatile cali recessit*. Virtutum vacua est, nihil in ea reperitur quod animo satisfaciatur: aliorum rectores orbati luce & sapientiâ ad regendum; & potentes stabilitate & constantiâ priuati sunt. Inter multos homines vix vnum inuenimus hominem, qui scilicet ratione & non passione se gubernet. Inter multos sapientes vix vnus sapiens, qui cogitatione ac desiderio ad cælestia se efferat. Ab hac misera terra euocasti me Domine, & deduxisti me in terram rectam, in statum hunc reſtitudinis, ad omnem virtutem exhortantem, omnem viam sanctitatis docentem: in terram rectam, quæ recta & sine vllis ambagibus tendit in cælum: in terram rectam, quæ tota imitatio quædam est iustitiæ tuæ, quam homo factus verbo & exemplo monstrasti: in terram rectam, quæ omnem obliquitatem vitiorum fugit, omnem curuitatem peccatorum auersat, & eorum animorum, de quibus dictum est, *Recti diligunt te*, ferax est. In hac autem terra recta constitutum propter nomen tuum viuificabis me. *Quæ enim mea opera (inquit S. Augustinus) sine tuo adiutorio computantur? unde impetrarem, dignusque essem deduci à spiritu tuo in terram rectam? Quæ opera mea, vel quæ merita mea? nisi quod propter te metipsum & propter bonitatem tuam deduxisti me, vt gratiâ tuâ & iustitiâ tuâ viuificarus me. Deduxisti me in terram hanc, vt gratiâ viuificatum donis tuis cumulares, & centuplum pro his quæ tui causâ in terra non recta reliqueram redderes, &c.*

ANNO-TATIONES SCOR- DERII. Gen. 1.

Osec 4, 1.

Ier. 4, 23.

Cant. 1, 3.

IN PSALMVM CXLIII. ARGUMENTVM.

α. Ψαλμός τῷ Δαβὶδ πρὸς τὸν Γολιάθ.

1. * Psalmus ipsi Dauid ad Goliath.

* Vulgata Psalmus Dauid aduersus

Ἐν πρὶ μὲν ἡ ἐπιγραφή αὐτῆ, καὶ δὲ χεῖρς πανοπλίας ἀνείλε τὸν Γολιάθ ἐλπίσθι τῇ πρὸς θεόν. ἡ δὲ ἀείδωρος ἐν τῷ πρὸς θεοῦ λαβόντι λυτῶσιν ἐχθρῶν, ὡς ἦδη τυχῶν ἀχαιεῦ ἐν τῷ τῷ. Ἄλλος ἐκ πρὸς ὡς εἰρήδης τῷ Μακκαβαίων φησὶ, νικηκόντων μὲν, πάλιν αἰτέντων τῆς εἰρήνης ἀπὸ λαγῶν ἄλλος, ἐν τῷ μὲν

In quibusdam quidem est hæc inscriptio, *Quomodo sine armis Goliath interfecerit spe in Deum fretus. Vel cum in precedenti Psalmo rogasset vt ab hostibus liberaretur, tamquam id consecutus modo gratias agit.* Alius ait hunc ex persona Macchabeorum dictatum esse, qui quidem vicerant, sed perfectam libertatem postulabant: alius, ex per-

Huius Psal- mi triplex applicatio & expositio.

TOMVS III.

D d d d

sona

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

sona illorum qui post reditum belligerabant cum ijs qui templi adificationem impediabant. Docet autem ne ob prosperitatem inimicorum excruciemur, si propter Dei longanimitatem prosperè agant, speremus in Deum, & misericordiam eius præstolemur. Vide autem quomodo dicat Christi è caelo descensum fore manifestandum.

τὴν ἐπαύροτον πολεμῶντων τοῖς καλύμοις ἢ τῆς ναῦ οἰκοδομῶν. διδάσκει δὲ μὴ δὲξασθαι ἐπὶ διασφαλίᾳ ἰχθῶν, εἰ δὲ μακροθυμίας τῆς θεοῦ διασφαλίᾳ, ἀλλ' ἐλπίζειν εἰς θεόν, καὶ ἀπειρῶν τὸ ἔλεος. θεὰ δὲ ὅτι λίγα δεῖ γήσομαι καὶ ἄποδοι χειρὸς τῶν δὲ ἕσθαι.

PARAPHRASIS ANONYMI.

BENEDICTVS Dominus Deus meus,

Explicatio
Psalmi ex
persona
Maccha-
baorum.

Tamquam ex persona Macchabæorum hæc dicit. Deinde etiam hymni causam subiungunt.

* Vulgata
addit &

Qui docet manus meas ad prælium, * digitos meos ad bellum.

Videntur plurimâ belli peritiâ vsi in victoria contra Duces exercitus Antiochi; verum nequaquam hanc sibi attribuunt, sed Deo, ostendentes neque peritiam in bellis prodesse, nisi adfuerit supernum auxilium.

2. Misericordia mea & refugium meum:

Hæc autem, inquit, præbuit mihi Deus per clementiam suam, quia ad ipsum con- fugi.

Susceptor meus, & liberator meus:

Propter hanc, inquit, causam etiam susce- pit me, & liberauit me.

Protector meus, & in ipso speravi:

Et cum, inquit, me protexerit in tem- pore opportuno, non desino in ipsum spe- rare.

Qui subdit populum meum sub me.

Maccha-
bai humi-
litas.

Iure merito Macchabæi gratias agunt de populi subactione. Macchabæus enim non erat Rex, vt Regni necessitudine ipsi sponte subijcerentur; sed cum ipsis consulisset vt pro lege bellum gererent, & commilitonibus suis id persuasisset, sentiens non esse humanæ facultatis tam multis de

ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ κύριος ὁ θεός μου,

Ὡς ἐκ σφεσάπης ἡσὶ Μακκαβαίων τῶντα φησί. Ἐἴτα καὶ τῶν αἰτίων τῶ ἕμνε ἀπὲρθευον.

Ὁ διδάσκων τὰς χεῖράς μου εἰς μάχας, ὅν δακτύλους μου εἰς πόλεμον.

Φαίνοσι ἐμπειρία καὶ μακροθυμία πολυμικῆ πληθεῖ ἐπὶ τῇ νίκῃ ἡσὶ Ἀντόχου στρατηγῶν ἀλλ' ἐκ ἑαυτῶν ταύτην ἀναπείρασιν, ἀλλὰ τῶ θεῷ, δεησῶντες ὡς ἐπὶ ἐμπειρία ἐν πόλεμοις ἀφελεῖ, μὴ τυχεῖται τῆς ἀνωθεν βοήθης.

β'. Ἐλέος μου καὶ καταφυγή μου.

Παρίχη δὲ μοι, φησί, τῶντα θεὸς δὲ φιλανθρωπῶν ἰδίαν, ἐπειδὴ ἐπ' αὐτὸν κατέφυγον.

Ἀνυμνήσω με, καὶ ῥύσης με.

Διὰ ταύτην, φησί, τῶν αἰτίων καὶ ἀνταλάβετό με, καὶ ἱρῶσατό με.

Ἰπέρσσωσής μου, καὶ ἐπ' αὐτῶ ἤλπισα.

Καὶ ἐπιπέδη, φησὶν, ἰσφρασις μου ἐν δέοντι καιρῷ, ἐκ ἀφίσταμαι τῆ εἰς αὐτὸν ἐλπίζω.

Ὁ ὑποτάσσων τὸν λαόν μου ἐπ' ἐμέ.

Διχαίως ἀχαρισῶσιν οἱ Μακκαβαῖοι ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῶ λαῷ. Οὐδὲ γὰρ ἡσὶ ὁ Μακκαβαῖος βασιλεὺς, ἵνα ἕκαστος αὐτῶ ὑποταγῶσιν ἀνάγκη τῆς βασιλείας. ἀλλ' ἐπειδὴ συμβέβηκεν ἐκείνοις ἰσφρ τῶ νόμου πολεμεῖν, ἐπίσταντο δὲ οἱ μετ' αὐτῶ, αἰδοῦντο ὡς ἐκ τῶ δυνάμει ἀνθρωπίνης ποσούτης πείσαν ἰσφρ

ὡς τὸ λαὸν, τὴν αἰτίαν τῆς θεοῦ αἰατί-
θου. ἔτι γὰρ ἐπιπέσει ἐαυτὸν ἔτι
φροῖ.

γ'. Κύριε τί ἐστὶν ἄνθρωπος, ὅτι
ἐγνωσθῆς αὐτῷ; ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι
λογίζῃ αὐτῷ;

Τί γὰρ εἰμι, φησὶν, ἐγὼ, ἢ τί ὁ πατήρ ὁ
ἐπεὶ, ὅτι τοσοῦτόν μοι ὁ ἦμῶν ὑποπέττει, ὡς
ὑπακῆν με ἐν τοῖς ἀναγκαίοις. ἔτι γὰρ πύ-
θοντα ὡσαυτὴ τῷ θεῷ ἐπιθύντος τὰ πνευ-
ματικά.

δ'. Ἀνθρώπου ματαιότητι ὁ-
μοιωθή.

Καὶ καθόλου μὲν γὰρ, φησὶ, πᾶς ἄνθρω-
πος ἐδὲν ἐστὶ. τὸ γὰρ ὀλιγον τὴν βίαν, καὶ τὰς ἀ-
σφαλείας τῆς ζωῆς, εἴπερ ἄρα καὶ γήθησεν,
ἀφαιεῖς, ἐργάζῃ τῶν τῶν χειρῶν μεταβολῆς.
ὅθεν τὸ ὀλιγοχρόνιον ἐπιφέρει αἰνιττόμενος.

Αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὡς εἰ σκιαὶ πα-
ράγουσιν.

Οὐκ ἔτι βέλπον εἰπεῖν τὸ τῆς ζωῆς ὀλιγο-
χρόνιον ἢ παρακάσαι αὐτὸν σκιά, ἐν τῇ ῥοπῇ
τῆς κινεμένης καὶ γνομένης καὶ ἀπογνομένης.
ἀλλ' ὅμως, φησὶ, τοιαῦτον ἡμῶν ὄντων, ἕξαι-
ρέτως μοι μεγάλα καὶ φοβερά παρέχον ἐν
τῇ καὶ τῇ πολυμίᾳ ὡδρατάξει. λοιπὸν γὰρ
ἐχρησάμενος ἐπιθύν τῷ νικῶν τῷ θεῷ, ὡς καὶ
ἐν τῷ δεκάτῳ ἐβδόμῳ ψαλμῷ, χρηματι-
ζοῦν ποικίλως τῷ θεῷ τὸ κατόρθωμα. καὶ
ἐπιφέρει.

ε'. Κύριε κλῖνον ἕρανές, καὶ κα-
τάβηθι· ἄψαι τῶν ὄρεων, καὶ καπνι-
θῆσονται.

Πάντα ταῦτα ἐσάλλακται καὶ τὸν χρόνον.
Βέλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅπως ἐνίκησεν ὁ θεός,
καθὼς μὲν, φησὶ, πολεμήσαν ἡμῶν τέρον
πνῶ ἐκλινῆς τὸν ἕρανόν, καὶ κατέβη, καὶ ἄμα
τὴ τοῖς ὄρεσιν ἐπέβη· καὶ ὡς ὑπὸ πορῆς ἐκεί-
να καπνίζοντα πολὺ τὸν φόβον εἰς τὰς
πολεμίας ἀσάπην. εἴτα ἐκείθεν, φησὶ,
αἰνιττοῦν βελῶν ἀσάπην ἐκέρχθη. ἐπιφέ-
ρει γὰρ.

ς'. Ἀσάπην ἀσάπην, καὶ
σκορπίους αὐτῶν· ἕξαπέσειλον τὰ
βέλη σου, καὶ σκωταράξαι αὐτούς.

Ἐκείθεν, φησὶν, ἐκ τῆς ὄρεων ἕτως εἰς τὰς
πολεμίας ἕξαπέσειλον τὰ βέλη τὰ ἐξ ἧς τῆς

populo hoc persuadere, causam Deo attri-
buit. Sic itaque semetipsum deprimens ait
hoc modo:

3. Domine quid est homo, quia
innocuisti ei? aut filius hominis,
quia reputas eum?

Quid enim, inquit, ego sum, vel quid
pater meus, quod tantum populum mihi
subijcias, ut in rebus necessarijs mihi obe-
diant. Sic enim persuasum habent quasi Deus
ipsis præcepta iniungat.

4. Homo vanitati similis fa-
ctus est:

Et uniuersim quidem, inquit, omnis homo
nihil est. Vitæ enim breuitas, etiam prospe-
ritates eius, si fortè quæ fuerint, abolet vi-
cissitudinis celeritate. Vnde temporis breui-
tatem insinuans subiungit:

Dies eius sicut umbra præ-
tereunt.

Non poterat meliùs vitæ breuitatem de-
scribere quàm eam umbræ comparando,
quæ in mouentis nutu & fit & definit.
Attamen, inquit, cùm nos tales simus, exi-
miè magna & terribilia mihi præbuit in
acie aduersus hostes. Hinc enim deinceps
Dei victoriam describit, uti etiam in Psalmo
decimo septimo, insigne Dei facinus diuersi-
modè figurans. & subdit:

5. Domine inclina cælos *, &
descende: tange montes, & fumi-
gabunt.

Hæc omnia secundùm tempus immuta-
ta sunt. Vult enim dicere: Quando vicit
Deus, primùm quidem, inquit, nobis bel-
lum gerentibus cælum quodammodò incli-
nasti, & descendisti, ac simul montes ascen-
disti: qui quasi igne fumigantes magnum
terrorem hostibus incusserunt. Deinde, in-
quit, pro sagittis usus est fulgetris. subdit
enim:

6. Fulgura coruscationem, &
dissipabis eos: emitte sagittas tuas,
& conturbabis eos.

Inde, inquit, ex montibus ita in hostes
sagittas per fulgura emisisti, ut aduersa-

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

Vita huius
breuitas
et vanitas.

Descriptio
victoria
Dei pro
Maccaba-
is.

* Vulgata
addit tuos

FARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

* Vulgata
de

rij nostri eas minimè ferentes dissiparentur, & conturbarentur, & in infirmitatem inciderent.

7. Emitte manum tuam * ex alto, eripe me, & libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum.

Inde, inquit, ex alto hostes quidem eiecisti; me verò de hostium multitudine tamquam ex aquis multis prodigioso modo liberafti. Aquas enim more solito rursus vocat multitudinem.

8. Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.

Liberafti me, inquit, de inimicis qui semper magna contra me iactabant, nec iactabant tantum, verum etiam re ipsa iniquitatem demonstrabant. Non enim ego ipsos inuasi, sed ipsi me, templo patriæque me eijcere fatagentes.

9. Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi.

Ceterum, inquit, cum à talibus me liberaueris, & modo tam inusitato opem mihi tuleris, necesse est vt & ego nouis hymnis vtar ad insigne hoc facinus declarandum. Vtar autem, inquit, instrumentis tibi congruentibus.

10. Qui das salutem Regibus: qui redemisti Dauid seruum tuum de gladio maligno,

Celebrabo te, inquit, Domine, quia per nos qui vicimus ritus patrij restituentur, & more solito habituri sumus Reges ex Dauide oriundos. In nobis enim victoribus Dauidis Regnum instaurabitur.

11. Eripe me, & erue me de manu filiorum alienorum,

Quæ igitur iam præbuiſti, inquit, Domine stabilias in finem, perfectam nobis victoriam concedendo. Vnde etiam conduplicat versus, & ait:

Quorum os locutum est vari-

ἀσραπῶν, ὡς τὰς ἐλαττωμένους ἡμῶν ἐφείροντας σκορπίζουσι, καὶ ταρώτησθαι, & εἰς ἀδίκημα κατὰπίπτειν.

Ζ. Ἐξαπόσειλον τὴν χεῖρά σου ἐξ ὑψους, ἐξελεύ με, καὶ ῥύσαι με ἐξ ὑδάτων πολλῶν, ἐκ χειρὸς ὑψὸν ἀλλοτριῶν.

Ἐκείθεν, φησὶν, ἐκ τῆς ὑψους τὰς ἐμὰς πολέμους ἐβάλλεις. ἐμὲ δὲ ὡς ἐξ ὑδάτων πολλῶν τῆς πλῆθους τῆς πολεμίων ὡδιδόξως ἔρριψεν. ὑδάτα γὰρ πάλιν τὰ πλῆθει λόγισμῶν.

η. Ὡς τὸ σῶμα ἐλάλησε ματαιότητα. καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῶν δεξιὰ ἀδικίας.

Ἐρρίψω με, φησὶν, πολεμίων τῆς αἰετῆς γάλα καυχουμένων κατ' ἐμῶν, ἢ μόνον καυχουμένων, ἀλλὰ καὶ ἔργω δεικνυμένων τὴν ἀδικίαν. ἢ γὰρ ἐγὼ αὐτοῖς ἐπιήλυσα, ἀλλὰ ἐπέτειο ἐμὸν, τὸ ναῦ με καὶ τῆς πατρίδος ἐβάλλειν ἀπεδαζομένους.

θ. Ὁ Θεὸς ὠδὴν κενὴν ἀθρομαίσει ἐν ψαλμῷ δεκαχόρδῳ ψαλῶσι.

Ἀλλ' ἐπειδὴ, φησὶν, τούτων με ἀπὸ πλάξαι, καὶ ἔπειτα καποφρετικῶς ἐβόηθησας, ἀνάγκην ἔχω καὶ γὰρ καποφρετικῶς ὑμνοῖς χρῆσασθαι εἰς τὴν τῆς κατὰθρόνου δέξιν. χρῆσομαι δέ, φησὶν, ὄργανοις τοῖς ἀρμόζουσιν.

ι. Τὸ δίδοντι τὴν σωτηρίαν τοῖς βασιλεύσιν. τὸ λυτρωμένῳ Δαβὶδ τὸν δέχον αὐτὸς ἐκ ρομφαίας πονηροῦ,

Ἰμνήσω σε, φησὶν, Δέσποτα, ὅτι πάλιν δι' ἡμῶν νικησάντων ἀνακτάσει τὰ πάτρια, καὶ μέλλομεν ἔχειν σωθῆναι βασιλείας τὰς ἐκ τῆς Δαβὶδ. ἐν ἡμῶν γὰρ νικῶσιν ἀνακατατίθεται τῆς Δαβὶδ ἡ βασιλεία.

ια. Ῥύσαι με, καὶ ἐξελεύ με ἐκ χειρὸς ὑψὸν ἀλλοτριῶν,

Ἀδ' ἔν παρήχαις ἦδη, φησὶν, Δέσποτα βεβαίωσον εἰς τέλος, τελείαι ἡμῶν τὴν ἰσχυρὰν χερσὶν ἡμῶν. ὅθεν καὶ διπλασιάζει τὰς εἰρημίας, καὶ φησὶν.

Ὡς τὸ σῶμα ἐλάλησε ματαιότητα.

τητα • και η δεξια αυτων δεξια
αδικιας •

Από γδ τῆ διηγήσεως παρεθίς τὰ
κτι τὸς ὕμους, καὶ εἰπὼν, ὅθεν ὠδῶ καπλῶ
ἀσπυμαί σοι, καὶ τὰ ἐξῆς • ἀναλαμβάνει τὴν
ἀκολουθίαν, καὶ φησὶν, ὡν τὸ εἶμα ἐλάλησε
καταιότης, καὶ τὰ ἐξῆς.

ιβ'. Ων υἱοὶ ὡς νεόφυτα ἰδρυ-
μῶμα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν.

Μάλιστα γάρ, φησι, ὅτε τὸ τὸ με ἀπάλλ-
λαξον αὐτῶν, ὅτι καὶ ἀδικῶντες διδωμέναι,
καὶ ἀφραίνον) ἐπὶ τέκνων κτήσεων, ὡς τὴν
κὶ θυγατέρας δεδιχιδύων τῆς προσηύον
τὰς ἀφραίναι, καὶ ἐδάμει ὅτε τὴν ἀσί-
θειαν ἐγκοπιδύων. εἰπὼν γουὶ, οἱ υἱοὶ αὐ-
τῆς ὡς νεόφυτα ἰδρυμῶμα ἐν τῇ νεότητι αὐ-
τῆς, ἰπάγα.

Αἱ θυγατέρες αὐτῶν κεκαλλω-
πισμῶμα • ὡς κεκοσμημῶμα ὡς
ὁμοίωμα ναοῦ.

Αὐτὶ τῆ ὡς ναὸς. ὁμοίωμα γδ ναὸ ναὸν
λέγα. Βέλε) ἐν εἰπεῖν, ὅτι οἱ μὲν ἀβρῆτες ἀ-
ναπηδαῶσα ἐν ἀνδρείᾳ φυτῆς δίκλω, αἱ δὲ
θηλιαὶ κοσμῶν) τὸς ναὸς νικῶσα.

ιγ'. Τὰ ταμιεῖα αὐτῶν πλήρη,
ἐξεργασμῶμα ἐκ τέτρα εἰς ἔτρο.

Οὐ μόνον δέ, φησι, ἐπὶ τέκνων κτήσε
σεμνυόμεναι, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πηλίδει τῆς ἐπι-
τηδύων. καὶ καλῶς τὸ ἐξεργασμῶμα εἶπεν,
ὡς ἀν διέξειεν πάντα αὐτῶ τὰ θελα ἀπομι-
μεστομῶμα, ὡς μόλις κὶ τὰς θύρας ἀνοίγαδς.

Τὰ προβάτα αὐτῶν πολύτκα,
πληθύνοντα ἐν ταῖς ἐξόδοις αὐτῶν •
αἱ βόες αὐτῶν πάχεις.

Προβάτων δέ, φησι, καὶ βόων ποσῶτη
παρ' αὐτοῖς ἀφορέα, ὡς καὶ τὸς ἀγαθῶ
πολυκλήμονας νικῶαδς.

ιδ'. Οὐκ ἐστὶ καταπίωμα φρα-
γμῶ, ἐδὲ διέξοδος, ἐδὲ κραυγὴ ἐν
ταῖς πλατείαις αὐτῶν.

Φραγμῶν τὴν ἀσφάλειαν αὐτῶν καλεῖ.
βέλε) ἐν εἰπεῖν, ὅτι πασιχόθεν εἰσὶν ἡσ-
φελισμῶμοι, ἔ διδωμένους δε τέκνων, δε
καρπῶν, δε προβάτων, ἔ βοῶν, κὶ ἐδάμῶ-
θεν αὐτοῖς ἐδὲν ἀσὸχημα ἀναρῶεται, ἐδὲ ὡς

tatem : & dextera eorum dextera
iniquitatis:

Cum enim per enarrationem quæ ad
laudes spectant inseruisset, & dixisset, Vnde
canticum nouum cantabo tibi, &c. resumit
sequelam, & ait, Quorum os locutum est
vanitatem, &c.

12. Quorum filij sicut nouellæ
plantationes * constabilitæ in iu-
uentute sua.

Præcipuè enim, inquit, idcirco me libera
ab ijs, quia etiam dum iniurias inferunt pro-
sperantur, & lætantur in liberorum possessio-
nibus, dum & filij & filix in maiorum suo-
rum res prosperas succedunt, & propter ini-
quitate nequaquã extirpantur. Cum itaque
dixisset, Filij eorum sicut nouella plantatio-
nes constabilite in iuuentute sua, subiungit:

Filix eorum compositæ : cir-
cumornatæ vt similitudo tem-
pli.

Id est sicut templum. Similitudinem enim
templi templum vocat. Vult igitur dicere,
quod masculi quidem exiliant in fortitudine
instar plantarum, femellæ verò ornentur ita
vt templa superent.

13. Promptuaria eorum plena,
eructantia ex hoc in illud.

Non solum autem, inquit, in liberorum
possessione gloriantur, sed etiam in copia re-
rum opportunarum. Et pulchrè dixit eructan-
tia, vt ostenderet omnia ipsi cellaria esse re-
pleta, vt vix etiam ostia possint aperiri.

Oues eorum foetosæ, * multi-
plicantes in egressibus suis: boues
eorum crassæ.

Ouium autem, inquit, & bouum tanta est
apud ipsos fertilitas, vt etiam valdè opulentos
superent.

14. Non est ruina macerix, ne-
que transitus, neque clamor in pla-
teis eorum.

Maceriem seu sepem vocat eorum
securitatem. Vult nimirum dicere, quod
vndique tuti sint, & abundant liberis,
frugibus, ouibus, & bobus, & nul-
lum ipsis infortunium oboriatur, neque in

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

* Absit à
Vulgata.

Impiorum
prosperitas
temporalis.

* Vulgata
abundantes

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

plateis eorum veluti super mortuo aliquo clamor vllus edatur: ita, inquit, in omnibus benè illis euenit.

15. *Beatum dixerunt populum cui hæc sunt.*

Ita vt, inquit, plurimi insipientes ipsam etiam impietatem beatam pronuntient, siquidem talia suis afftrat. Verùm ipsos quidem, inquit, in istiusmodi cogitationes eorum opinio iure merito inducit. Mihi autem, inquit, absit vt tales beatos dicam, quantumuis prosperè egerint; sed quos potiùs subiungit:

Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Expositio
Psalmi ex
persona
Dauidis
contra Go-
liath.
Psal. 25, 8.

BENEDICTVS DŌMINVS DEVS MEVS.] Gratias agit Deo de victoria contra Goliath: ipse enim erat auctor victoriæ; quapropter etiam canens dixit, *Dominus potens in prælio*. Vide autem ipsam rursus rogare vt à clementia seruetur; ait enim, *Misericordia mea & refugium meum*. Atque hoc ipsum, inquit, quod misericordiam adeptus sum ab ipso habeo. Ceterùm spem in ipsum assiduè versat, docens omnes ne malis succumbant. Propter misericordiam eius, inquit, & quia ad ipsum confugi, suscepit me, & liberauit me. Et quid postea? *Qui subdis populum meum sub me*. Nam hic etiam superno auxilio opus est, vt qui ditioni subiecti sunt acquiescant, & nec seditionem agitent, nec insurgant. Non solùm ergo in subiugandis inimicis, sed etiam in suis subijciendis & in officio continendis valdè opus est præsidio superno. Suos enim benè regere non minus est quàm inimicos superare. Ceterùm secundùm argumenta superiùs allata, alius quidem ad Zorobabilem hoc retulit; alius verò ad Macchabæos, qui pro populi subiectione gratias agant.

Tam ad
subditos
benè regem-
dos quàm
ad hostes
debellan-
dos opus
est auxilio
Dni.

3. *DOMINE QUID EST HOMO, QUIA INNOTVISTI EI?*] Symmachus, *Quia cognosceris ab eo*. Magnum ergo quempiam esse oportet qui sit Deum cogniturus, vel potiùs qui ab ipso sit cognoscendus. Optimè autem dixerunt Septuaginta, ostendentes nos non eum inuenisse, sed ipsam nos. Nam Christus quoque

Magnum
est Deum
nosse & ab
eo cognosci.

ἐπὶ ἀποθανόντος πρὸς κερυγὴν γίνεται: ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῶν· ἔγω δὲ πάντων, φησὶν, ἐπιτυχεύουσιν.

16. *Εὐμακάριστον τὸν λαὸν αὐτῶν ἐστίν.*

Ἐστίν, φησὶ, πολλὰς τῶν ἀνομιῶν καὶ μακαρίζει τὴν ἀσέβειαν, εἴη τὰ αὐτὰ περὶ νεὶ τοῖς ἰδίοις. ἀλλ' ἐκείνος μὲν, φησὶν, ἐπὶ ταῖς τρυφῶν ἐνοίαις ἢ αὐτῶν δικαίως εἰς ὑπόνοια. ἐμοὶ δὲ, φησὶ, μὴ γινώσκω τὰς τοιαύτας μακαρίζειν, καὶ ἀπεργάζεσθαι· ἀλλὰ τίνας μᾶλλον ἐπάγει.

Μακάριος ὁ λαός, ὃς κείνους ὁ θεὸς αὐτῶν.

ΕΥΧΑΡΙΣΤΕΙ Τῆς ΘΕΟΥ.] Εὐχαριστεῖ τῆς θεῶν ἐπὶ τῇ νίκῃ τῆς Γολιάθ· ἐκείνους γὰρ λέω ὃς νίκης αἵπος· διὸ καὶ ἄδων ἔλεος, κύριος δυνατὸς ἐν πλέμῳ. Ὅσα δὲ πάλιν αὐτὸν ἀπὸ φιλαδέφου ἀξιώσας σάββατος φησὶ γὰρ, Ἐλέος μου ἐκ ἀφύγῃ μου. καὶ αὐτό, φησὶ, τὸ ἐλεηθῆναι παρ' αὐτοῦ ἔχω. σιωχῶς δὲ ἀφίρρῃ τὴν ἐλπίδα τὴν εἰς αὐτὸν, παιδύων ἀπαύτως μὴ βαπτίζω τὸς δεσποῖς. ἔγω τὸ ἔλεος αὐτοῦ, φησὶ, καὶ ὅτι ἐπ' αὐτὸν κατέφυγον, ἀντιλάβετό μου, ἐκ ἐγγύστατό μου. καὶ τί πρὸς τέτοις; ὃ ὑποτάσσων τὸν λαὸν μου ὑπ' ἐμέ. καὶ γὰρ καὶ αὐτῶν τὸ ἀνωθεν χρεία ῥοπῆς, ὡς εἴκειν τὰς ὑπηκόους, καὶ μὴ σασιάζω, μηδὲ ἐξαισιάζω. ἐκ ἄρα ἐν τῇ τῆς ἐχθρῶν ὑποταγῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τῆς οικείων πολλῆς δὲ τὸ ἀνωθεν σωμαπλήψιος. καὶ τὸ τὰς οικείους γὰρ ἔγω θεῶν ἐκ ἑλαττον τῆς τῆς ἐχθρῶν ἀπειρημῶς. Κατὰ δὲ τὰς ἀνωθεν ὑποθέσεις, ὃ μὲν εἰς Ζοροβάβελ τὸ εἰρηκεν ἀρμόζων· ὃ δὲ εἰς τὰς Μακκαβαίους, ἀφαιρῶντας ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς λαῶν.

γ'. *ΚΥΡΙΕ ΤΙ ΕΣΤΙΝ ΑΝΘΡΩΠΟΣ, ΟΤΙ ΕΓΝΩΣΘΗΣ ΑΥΤῶ;*] Ὁ Σύμμαχος, ἐπὶ γνωρίζῃ αὐτῶν. Μέγα ἄρα χεῖρ τὸν μύλλοντα τὸν θεὸν γνωρίζω, μᾶλλον δὲ γνωρίζω παρ' αὐτοῦ. Ἀεὶσα δὲ οἱ ἐβδομήκοντα εἰρήκασιν, δεικνύτις ὅτι ἐγὼ ἡμεῖς ἀφ' αὐτῶν, ἀλλ' ἐκείνος ἡμεῖς. καὶ γὰρ ὁ Χεῖρ φησὶν,

Φοση, ἐχ' ὑμεῖς με ἐξελέξαθη, ἀλλ' ἐγὼ
 ἐξελέξαμην ὑμᾶς. τίς ἐν ἔσθῃ, ὅτι τ' οἷος κα-
 τήλιον γνώσεως, ὅτι τ' οἷος φροντίδος; ὁ γὰρ
 λογίζῃ, φροντίς ἔστιν. εἶτα τὸ δ' φύσεως ἐπι-
 κληθὲν δεικνύς, Ἀνθρώπος, ῥησι, μεταίωτη
 ὡμοιώθη· ἄλλος, ἀτμῶν. ἀντὶ τῶν, ἐπικλήσεως,
 κερδοκαίερος, βραχύς. μεταίωτη γὰρ ὡ-
 μοιώθη τῆς ἐστὶν ἐν μηδὲν ἀπεικασαί· ἐπι-
 τῆς ἀνθρώπων ἐστὶν ἰσότης, ἐδ' ἐ βίβαιον,
 ἀλλὰ πάντα ὡς ἄρρη· τί δ' ἐστὶν ὡσεὶ
 σπῆ; ὅτι ἐδ' ἦν ἰσότης ἰσχυρῶν ἔχουσι,
 ἀλλὰ ταχέως ἀφίστανται. χηματίζων δὲ
 ποικίλως τῶν θεῶν κατὰ τὸ ὡμοίωσιν ἐπιφέρει·

Ε. ΚΥΡΙΕ ΚΑΙΝΟΝ ΟΥΡΑΝΟΥΣ, ΚΑΙ
 ΚΑΤΑΒΗΘΙ.] Ἐπίπερος· κλίναςτός σε ἐρα-
 νός, καὶ καταβαίνεις, καὶ ἀφαιρῶν τῆς ὀρέων,
 ἐκαπνιάθη. καὶ ποῖα αὐτῆ ἀκολοθία τῆς ῥη-
 μῆται; πολλὴ μὲν ἔν, καὶ σφόδρα ἐχρησμένη τῆς
 κερδοίερον. ἐπειδὴ γὰρ ὡς τῆς ἀνθρώπων
 ἀτελείας διελέθη, ἔ τὸ ἐδαμνὸν τ' φύσεως
 παρίστηεν, ἐστὶν ὅτι πάλιν κατασέλλει φλε-
 γμαίνοντες τὴν ἀπονοίαν. ἐδὲ μὲν, φησι,
 αὐτὸς σιωπεῖν τῆς φύσεως ἀφ' ἑαυτῶν τὴν
 ἀτέλειαν· ἐπεὶ δ' ἐ βέλονται, ἀλλὰ μετα-
 λοφρονῶσιν, δεῖξον ὅτι τῆς σὸν ἔργων πᾶ
 ταπεινότητος εἰσὶν ἀπωχισμένοι. καὶ κληθὲν
 ἐρανός, καὶ καταβῆθι. ἐν ἐπειδὴ ὁ θεὸς κα-
 ταβαίνει (πῶς γὰρ ὁ πανταχῶ παρῶν;) ἀλλ'
 ἵνα δὲ τῆς ἀνθρώπων ἀξίαν τὴν παχυ-
 τέρους ἐκπλήξῃ, ἀνθρώπων ὡς ἀλάγῃ).
 ἐπεὶ ἔ τὸ τ' ἀφῆς εἰ καὶ δοκίμῃ ἐστὶν, ἀλλὰ
 πολὺ τῶν θεῶν τῆς ἀξίας καταδέεσερον. ἐ γὰρ
 ὡς ὁ θεὸς χρεῖαν ἔχει, ἵνα καπνίσῃ τὰ ὄρη,
 μᾶλλον δ' ἐδ' ἐ ἰσότητος, ἀλλὰ βελῆς καὶ
 θελήσεως. εἰπὼν τὸν ὡς τῆς ἀτελείας
 τῶν ἀνθρώπων, λέγει καὶ ὡς τῆς δυνάμεως τῶν
 θεῶν, ὡς δυνάτον ἀνθρώπων. Ἀσφαλίω δὲ
 καὶ βελῆ τὰς πτωχείας καλεῖ, ὅτι τῆς ἡδὴ
 γνωρίμων τὸν καταφρονητὴν πείθων ἔπι-
 μεν, ἔ δεδοκίμαι καὶ ὑποκύπτειν. ἢ βελῆ μὲν
 λιμὲς ἔ λοιμὲς· σκηπῆς δὲ τὰς πολυδούεις
 πτωχείας· χεῖρα δὲ τὴν βούθειαν τὴν
 συμμάχιαν λέγει. ἐ γὰρ ὡς τὸ κολάζειν
 μόνον, ἀλλὰ ἔ ὡς τὸ σώζειν ἀπληροσύνῃ
 ἢ δυνάμει. καὶ ὕδατα δὲ τὴν ἀτακτῶν τῆς
 πολυμύων ἔροδον καλεῖ, ὡς συγκαχυδύλω,
 ἔ πολλῇ τῇ ῥύμη φρεσύνῃ: ὅτι γὰρ ἐ ὡς
 ὕδαται ὁ λόγος ἐπήγαγῃ· ἐν χεῖρος ὡς
 ἀλλοτρίων. ὡς δὲ ἀλλοτρίους, ὡς ἠγῆμαι,
 λέγει τῆς τῆς ἀλαθείας ἀποξενωμένους.

ait, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.
 Quis igitur est, quod notitiâ tuâ, quod curâ
 tuâ dignus sit habitus? quod enim reputes
 eum, hoc curæ est. Deinde naturæ fragilita-
 tem ostendens, Homo, inquit, vanitati similis
 factus est: altis, vapori. id est, caducus, tempo-
 raneus, interitui obnoxius. Vanitati igitur si-
 milis factus est; id est nihilo assimilatus: quan-
 doquidem rerum humanarum nihil est stabi-
 le, nihil firmum, sed omnia præterfluunt. Quid
 autem est sicut umbra? Quia nimirum ne qui-
 dem quando adsunt vim ullam habent, sed
 celeriter auolant. Porro præclara Dei facta
 variè describens subiungit:

5. DOMINE INCLINA CÆLOS, ET DESCEN-
 DE.] Alius: Cum inclinasses calos tuos, & de-
 scendisses, & tetigisses montes, fumauerunt. Et
 quænam est hæc verborum consequentia? Magna
 certè, & quæ valdè cohæret prioribus. Cum enim
 de vilitate humana locutus fuisset, & quàm
 naturâ suâ nihili sit ostendisset, hîc
 rursus tumidorû reprimat arrogantiam. Opor-
 tebat quidem, inquit, ipsos ex seipsis perspicere
 naturæ vilitatem; sed quoniam nolunt, sed
 superbe se gerunt, ex tuis factis ostende ad
 quantam humilitatem res eorum redactæ sint.
 Es inclina calos, & descende. Non quòd Deus
 descendat (quomodo enim qui vbique præsens
 est?) sed vt per huiusmodi humanas dictiones
 terreat rudiores, humano more loquitur. Nam
 contrectatio etsi magnum quid esse videtur,
 multò certè est Dei dignitate inferius. Non
 enim opus habet Deus cōtrectatione, vt mon-
 tes faciat fumigare, imò verò ne nutu quidem,
 sed consilio tantùm ac voluntate. Postquam
 ergo dixit de vilitate hominis, dicit etiam de
 Dei potentia, quantum id ab homine fieri po-
 test. Fulgur autem & sagittas appellat. suppli-
 cia, ex ijs quæ iam nota sunt persuadens con-
 temptori tremere, ac vereri ac se submittere.
 Vel sagittas quidem pestes & fames; fulgura
 autem multiplicia suppliciorû genera; manum
 verò opem & auxilium appellat. Non solùm
 enim ad puniendum, sed etiam ad conseruan-
 dum parata est Dei potentia. Quin & aquas
 insolentem hostium irruptionem vocat, vt pote
 cōfusam, & quæ magno impetu feratur. Quòd
 enim non de aquis ipsi sermo sit subiunxit: De
 manu filiorû alienorum. Filios autè alienos, vt
 arbitror, dicit eos qui à veritate sunt alienati.

COM-
 MENTA-
 RIYS HE-
 RACLEO-
 TÆ.
 Ioan. 15.
 Homo ca-
 ducus &
 fragilis.

Dei volun-
 tas ad quid-
 libet suffi-
 ciat.

Quid per
 fulgur &
 sagittas ac
 manum Dei
 intelligatur.

Scelerati
 dicuntur
 filij alieni.

Ceterum

COM-
MENTA-
RIVSHE-
RACLEO-
TÆ.

Ceterum videamus quales dicat. *Quoniam* [inquit] *locutum est vanitatem*. Vidisti quoniam dicat alienos? Eos nempe qui viuunt in scelere, qui amant iniquitatem, qui stulta loquuntur, qui ceruicem erigunt. Agnosce ergo illos è fructibus eorum, ex sermonibus, ex operibus. *Et dextera eorum dextera iniquitatis*. Quid hoc possit esse grauius, quam quæ data est in auxilium eam ad insidias conuertere? Dextera enim eorum, inquit, nihil dexterum operatur, sed iniquitatis instrumentum apparuit.

9. DEVS CANTICVM NOVVM CANTABO TIBI.] Quoniam dixerat, *Emitte manum tuam, & disperge illos*, profitetur se quoque ei daturum remunerationem, non quæ illi profutura, sed ipsimet offerenti lucrum allatura sit. Si autem hoc sit paruum, collatum cum beneficij magnitudine: atqui dedit id quod habuit. Quænam autem est ea remuneratio?

Quomodo
hymnus
nomus Deo
spiritali-
ter offeren-
dus.

Hymnus, inquit, nouns, quia nouâ ratione nobis opem tulisti, etiam solitis instrumentis tibi gratias agam. Sed tunc quidem instrumenta erant quibus canebant: decachordum autem propter decalogum: cuiuslibet enim è decem præceptis erat chorda assignata. Nunc autem pro instrumentis possumus uti corpore. Possumus enim per oculos canere, & per manus, & pedes, & aures; quando vnumquodque eorum ea facit quæ Deo gloriam afferunt: utpote quando oculus non impudicè respexerit: quando manus non ad rapinam, sed ad elemosynam se extenderint: quando ad Psalmos excipiendos aures fuerint paratæ: quando pedes ad Ecclesiam cucurrerint: quando cor non dolos fruit, sed charitate scater, tunc membra nostra fiunt psalterium & cithara.

Quomodo
membra
nostra fiunt
psalterium
& cithara.

Solius Dei
auxilium
ferunt.

10. QUI DAS SALVTEM REGIBVS] Non enim castra neque satellites, sed Dei auxilium seruare consuevit. Deinde cum dixisset id quod commune est, ait id quod ad se spectat. Non dixit autem *Qui redemit*, sed *Qui redimit*; ostendens perpetuam eius prouidentiam. Vel dicit eos qui ex David diuersis temporibus regnauerant. Deinde postquam interposuerat ea quæ ad laudes faciunt, rursus petit ea quæ prius, assidue rogans ut ab improbis hominibus liberetur, dicens, *Libera me, & eripe me*, &c. Non frustra autem vsus est repetitione, sed per hanc enarrationem volens Dei auxilium attrahere.

Ἰδὼν δὲ τῆς φωνῆς τὸ εἶδος ἐλάλησε μεταίτιᾶ. εἶδες τῆς φωνῆς ἀλλοτρίους; τὴν ἐκ πονηρίας συζῶντας, τὴν ἀδικίας ἐρατταίας, τὴν ἀνόητα φλογισμένης, καὶ μεταλαμπρύντας. ἐπιγίνωσκαι ἐν τέτραις ἐκ τῆς καρπῶν, ἐκ τῆς λόγων, ἐκ τῆς ἔργων. καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῆς δεξιὰ ἀδικίας. τί τέτρα χαλεπώτερον, τὴν εἰς βοήθειαν δεδομένην εἰς ἐπιβουλὴν βῆται, ἢ ἡ δεξιὰ, φωνῆς, αὐτῶν ἐδὲ ἐργάζει) δεξιὸν, ἀλλ' ἀδικίας ὑπέστη ὄργανον.

9. Ο ΘΕΟΣ ΩΔΗΝ ΚΑΙΝΗΝ ΑΣΟΜΑΙ ΣΟΙ.] Ἐπι εἶπεν, Ἐξαπέστειλον τὴν χεῖρά σου καὶ σπάρῃσιν ἀκίνας, ἐπαγγέλλει) καὶ ἀμοιβῆς ἀμοιβῶν, ἐ τὴν ἐκείνου ὑπέπυσαν, ἀλλὰ τὴν αὐτῆς τῆς φερεσφίερον κέρδος φέρουσαν. εἰ δὲ μικρὸν τέτρο, πρὸς τὸ δ' ἐργασίας μέγας. ἀλλ' ὅτι ἐχει. τίς δὲ ἡ ἀμοιβή; ὕμνος, φωνῆς, καὶ οἷς καινοφρενῶς ἐβοήθησας, καὶ δι' ὀργάνων τῆς συνήθων ἀχαρῆσται σοι. ἀλλὰ τότε μὲν ὄργανα ἦν δι' ὧν ἦδον. δευτέρως δὲ ἔλα τὴν δικαίλογον. ἐκάστη γὰρ τῆς δέκα ἐστὼν χορδῆ δαποκακλήσασθαι. καὶ δὲ ἀντι ὀργάνων κακῆσται ὅτι τῆς σώματι. ἐπὶ γὰρ καὶ δι' ὀφθαλμῶν ἀδῶν, καὶ ἔλα χεῖρῶν, καὶ ποδῶν, & ἀκοῆς. ὅταν ἔκασον τέτρα (αὐτὰ φερεσφίερον τῆς θεῶ φέρει δόξαν. ὡς ὅταν ὀφθαλμὸς μὴ ἀκόλαστα βλέπει. ὅταν μὴ πρὸς ἀρπαγῆς αἱ χεῖρες ἐκτείνωνται, ἀλλὰ πρὸς ἐλεημοσύνην. ὅταν πρὸς ψαλμῶν ἀκοῆ ὡσιν αἱ ἀκοῆ παρσκοδασμῆται. ὅταν πρὸς ἐκκλησίαν οἱ πόδες βῆχων. ὅταν ἡ καρδία μὴ ῥάπτη δόλους, ἀλλὰ ἀγάπῃ βρῆν, τότε τὰ μέλη ἡμῶν γίνε) ψαλτήριον καὶ κιθάρα.

10. ΤΩ ΔΙΔΟΝΤΙ ΤΗΝ ΣΩΤΗΡΙΑΝ ΤΟΙΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣΙΝ.] Οὐ γὰρ σερατόπειτα ἐδὲ σαρματόφύλακας, ἀλλ' ἡ τῆς θεῶ ῥοπή σώζειν εἶδον. εἶτα εἰπὼν τὸ κοινόν, λέγει τὸ κατ' ἑαυτὸν. Οὐκ εἶπε δὲ τῆς λυξωσαμῶν, ἀλλὰ τῆς λυξωμῶν. διπλοῦς δεκτικὸς αὐτῆς τὴν φωνῆς. ἢ τὴς ἐκ Δαβὶδ λέγει βασιλεύσαστας καὶ ἀγαθόους καιρούς. εἶτα παρεθεῖς τὰ καὶ τὴς ὕμνος, πάλιν αὐτῆς ἀφ' ἐφῶν, σιωπῶς ὡς ἀκαλῶν ῥυοθῆται δὲ τῆς πονηρῶν ἀνδρόφρων, λέγων, ῥύσά με, καὶ ἔξειλῆ με, καὶ ἔξει. ἐ μὲν τὴν δὲ τῆς ταυτολογία ἐχρήσατο, ἀλλὰ βελβιδμος ἔλα τῆς διηγήσεως εἰς ἐπιπικρίαν ἐκλύσασ τὸν θεόν.

ὡς

ὡς γὰρ, φησι, ἔχοντες τὴν ἀφθονίαν, ἐφόδιον ἔχουσιν ἀδικίας τὴν δωρασίαν. ἔτι τὸ ἐν, φησι, ἀπάλλαξόν με αὐτῶν· ὅτι καὶ ἀδικούντες διΐδουσιν. ἔτι γὰρ τὸ, ὧν οἱ υἱοί, καὶ ἡμεῖς ἐπιεία, τὰς δωρασίας διαγράφει τὰς κοσμικὰς ἐπὶ τὸν πλάτων· καὶ τίθησιν ὅπερ ἔστι πρῶτον, τὸ παῖδας ἔχειν σφαιροδύτας καὶ ἀκμαζούσας. καὶ ἐκ ἐν υἱοῖς μόνον ἢ δωρασία, ἀλλὰ καὶ ἐν θυγατέρας. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ νεότητος τὴν πολλὴν χλιδὴν ἐπιδείκνυται, καὶ τὰ κρήδευμα αὐτῶν καὶ τὸν γυμνασίου ὑπογράφει κόσμον. τὸ ὡς ὁμοίωμα ναῦ· ἀντὶ τὸ, ὡς ναὸς κακοσημημένος. τοῦτο γὰρ ἔστι τὸ κομματικὸν καὶ ἐταιρικόν. ἐπιεία δὲ δωρασίαν ἐστὶ δολαί, καὶ δὲ πρῶτον, τὸν πλάτων ὑπογράφει λέγων·

γ'. ΤΑ ΤΑΜΙΕΙΑ ΑΥΤΩΝ ΠΛΗΡΗ.]

Τί δὲ ἔστιν ἐξερυθρίσμα; τρεῖς στρογγυλῶμα. οἶον· ἀχώρητος ἔστι τοῖς ταμείοις ὁ πλάτων, μεμειωμένα τὰ ὄρεα, πῖονα δὲ αὐτῶν καὶ πολύτρονα τὰ κτήνη, καὶ οἱ βόες λιπῶντες. ἐν τέτοις γὰρ καὶ τοῖς ἀρχαίοις τὸ δόξαμον, ὡρὴν τὴν καὶ ἐπιείαν βλακείαν. ἀλλὰ ἐπὶ πολλὰς ὑπολαβεῖ τὸ φυλακῆς καὶ ἐπιμελείας τὰ ἐν ἀγροῖς, καὶ ἔτι φεραγμῶν κατὰ πῖονα, ἔτι διέξοδος πάντων πεταγμῶν· εἰρήνη δὲ πολλὴ καὶ ἀσφάλεια, καὶ εὐδεις ὁ ἐπιεικῶν, εὐδεις ὁ πολυμῶν, ἀλλὰ ἔτι πάντων διΐδουσιν, καὶ εὐδαμόθην αὐτοῖς εὐδὲν ἀτύχημα φύεται. Ὁ δὲ Σύμμαχος· Οὐτε διακοπή, ἔτι ἐκφορὰ, ἔτι κωκυτὸς ἐπὶ ταῖς πλατείαις αὐτῶν. οἶον· ὡς ἐπὶ ὑποθαιρόντος πινὸς κωκυτῆ. εἶτα θεία πάντα τὸν πλάτων, ἐπὶ ἐπιείαν τῶν λόγων, καὶ τὴν ψήφον ἡμεῖς πολλὰν θεία, ἔτι τὸ εἰπεῖν· ὅτι ἐμακάρισαν τὸν λαὸν ὅτι ταῦτα ἔστι. τίς, οἱ ἀνόητοι, οἱ ἀσωμῆτοι πάντες. εὐδὲν δὲ εὐδὲν ἀνθρώπων πάχμι, ἀλλὰ πάντα ὡς ἀδελφῶν, ἐπὶ τὸν ἀληθῆ θεσπεσίον τὸν μακαρισμὸν ἐκτείνει. οἱ μὲν ἄλλοι, φησὶν, ἐμακάρισαν τὴν ταῦτα ἔχοντας, οἱ ξυφῆ καὶ πλάτων τὴν δικληρίαν οὐκ ἐξομῶν. ἐγὼ δὲ μακαρίζω τὸν λαὸν, ἢ κύριος ὁ θεὸς αὐτῶν· ἀντὶ τὸ, ὅτι ὑπὸ αὐτῶν πρῶτον ἐμῶν. Ἄλλος· Τοὺς ὁμοίους οἱ ὁμοῖοι μακαρίζουσιν ἡδονῆν τὰ πρῶτα κείνοντες· ἐγὼ δὲ ὁμοίωμαι μὲν ἀπὸ τῶν ταῦτα εἰσι βυθῆναι, μελέδα δὲ ἔχειν τὸν θεόν.

Qui enim, inquit, à te rerum obtinent abundantiam, pro viatico iniquitatis habent prosperitatem. Idcirco igitur, inquit, libera me ab ijs: quoniam etiam illi qui iniquè agunt prosperantur. Nam per illud, *Quorum filij*, & quæ sequuntur, prosperitates describit mundanas & diuitias: & ponit id quod est primum, habere filios florentes & adolescentes: Et non sola felicitas erat in filijs, verùm etiam in filiabus. Hic autem vnà cum iuuentute multum luxum ostendit, & vittas earum & mundum muliebrem describit. Illud *Sicut similitudo templi*: id est, Sicut templum ornatum. Huiusmodi enim est fucus & ars metreticia. Deinde id quod quidem secundum esse videtur, nunc autem primum est, describit diuitias dicens:

13. PROMPTVARIA EORVM PLENA.] Quid autem est *eructantia*? Id est coangustata. q. d. Diuitiæ non possunt capi à penuarijs, repleta sunt horrea, pingua autem & fecunda sunt pecora eorum, & boues erassæ. In his enim apud antiquos felicitas consistebat, priusquam moderna mollities & inertia inualuisset. Quin & ea quæ in agris sunt magnâ sæpè curâ & custodiâ coluntur, vt neque seps concidat, neque transitus sit per ea quæ septo munita sunt: sed magna pax atque securitas est, & nemo qui insidietur, nemo qui bellum moueat, sed in omnibus prosperè agunt, nec ex vlla parte ipsis accidit infortunium. Symmachus autem ait: *Neque percussio, nec funeris elatio, neque ululatus in plateis eorum.* v. g. Sicut clamor aut vociferatio super mortuo aliquo. Deinde postquam omnes diuitias posuit, & verbo recensuit, & sententiam plurimorum retulit, dicendo: *Quoniam beatum dixerunt populum cui hæc sunt.* Quinam illi? utique imprudentes, & prorsus insipientes. Verùm hic nil humani patitur, sed omnibus prætermisissis, ad verum thesaurum suam extendit beatitudinem. Alij quidem, inquit, eos qui hæc habent beatos esse dixerunt, qui nempe delicijs & diuitijs felicitatem determinant. Ego autem beatum existimo populum, *cujus Dominus Deus eius*: hoc est, cui ab solo Deo illo prouidetur. Alius: Similes sui similes beatos prædicant voluptate res metientes; ego verò opto ab his quibus hæc sunt liberari, partem verò habere Deum.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

Mundana
felicitas in
quibus sita
sit.

Vera bea-
tudo in
cuius

CATE-
NA PA-
TRVM.

C A T E N A P A T R V M.

Expositio
Psalms ex
persona Zo-
robabel de
Gentibus
post redu-
ctionem su-
peratis.
Ezech. 38,
3.



ZRIGENIS. Psalmus hoc habet argumentum. De Gentibus que post reditum è Babylone in Iudæos insurrexerunt multi Vates meminerunt, ceteris autem copiosius diuinus Ezechiel. Illic enim cum multis alijs dicit: *Et à diebus plurimis praparaberis, & venies in terram auersam à gladio, congregata ex populis multis super terram Israël, qua facta est deserta omnino. Et ipsi de Gentibus egressi sunt, & habitant in pace omnes isti, & ascendet sicut pluuia, & veniet sicut tempestas & sicut nubes ad operiendam terram; & cades tu, & omnes qui circa te, & Gentes multa tecum.* Deinde post multa edocet mortis modum: *Et conuocabo super eum formidinem gladij in cunctis montibus meis, dicit Adonai Dominus. Gladius hominis super fratrem suum erit: & iudicabo ipsum in morte, & in sanguine, & pluuia inundante, & lapidibus grandinis: & ignem & sulphur pluam super eum, & super omnes qui cum eo, & super Gentes multas cum eo.* Qui autem hæc accuratiùs scire voluerit, potest legere ipsum vaticinium. Hæc etiam hic Psalmus vaticinatur dicens:

Ibidem
vers. 21.

Solus Deus
est auctor
victoria
praesertim
contra ho-
stiles spiri-
tuales.

I. BENEDICTVS DOMINVS DEVS MEVS.] CHRYSOSTOMI. Quid dicis? Deusne docet bella gerere, & pugnare, & acie configere? maxime quidem: & nequaquam aberrauerit, qui quæ in his paratur victoriam ei adscribit. Hoc enim sibi vult illud, *Qui docet manus meas.* Hoc est, *Qui facit vt vincam hostes, vt trophæum erigam.* Quando enim prostrauit Goliath, ille fuit causa victoriæ. Et quando multa bella rectè gessit, & vires vi cepit, ipse fecit eum vincere. Verùm enim verò aliud quoque bellum est isto grauius, vbi maxime opus est auxilio superno, vt quando cum aduersarijs potestatibus dimicamus; tum quod ex alia eaque inuisibili natura sint exercitus earum; tum quod non de rebus paruis certamen sit, sed de salute & interitu. Non possunt igitur videri qui occiduntur, nec sciri locus, nec tempus, nec difficultas, nec aliquid aliud eiusmodi. Nam & in foro,



ZRIGENΟΥΣ. Ἐχει ὑποθεσῆναι ὁ ψαλμὸς ταύτην. Ἰὼν ἰπαρασάντων Ἰουδαίους ἐθνῶν καὶ τῶν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἰπαρασῶν πολλοὶ ἦσαν φησὶ ἰμνημιόνουσαι, πλατύτερον δὲ ἦσαν ἄλλων ὁ θεὸς Ἰσραὴλ. λέγει δὲ καὶ ἐσταυθεῖ καὶ ἐτέρων πολλῶν καὶ ἀπὸ ἡμερῶν πλείων ἰτοιμαθῆσθαι, καὶ ἦξει εἰς γῆν ἀπιστομηδύλων ἀπὸ μαχίρας, ἡθροισμένη ἀπὸ λαῶν πολλῶν ἐπὶ γῆν Ἰσραὴλ, ἡ ἐγένετο ἔρημος διόλου. καὶ ἂντι δὲ ἐθνῶν ἐξελκυσθῆσθαι, κατωκῆσθαι ἐπὶ εἰρήνης πάντες αὐτοὶ, καὶ ἀταβήσῃ ὡς ὑπέτος, καὶ ἦξει ὡς καταγωγὴ καὶ ὡς νεφέλη καλύψαι τὴν γῆν καὶ πῆσῃ σὺ, καὶ πάντες οἱ σὺν σέ, καὶ ἔθνη πολλὰ καὶ σὺ. εἶτα καὶ πολλὰ διδάσκει καὶ τὴν θαλάττην τὸν φόβον καὶ συγκυλίσει ἐπὶ αὐτὸν φόβον μαχίρας εἰς πάντα τὰ ὅρη με, λέγει Ἀδωναὶ κύριος. μαχίρα ἀνθροπίου ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἔσται καὶ κενὸς αὐτὸν ἐν θαλάττῳ, καὶ ἐν ἀμαρτίῳ, καὶ ὑπέτος κατακλύζοντι, ἐλίθοις χαλάσῃς καὶ πῦρ ἐ θεῶν βρέξω ἐπὶ αὐτὸν, καὶ ἐπὶ πάντας τὴν μετ' αὐτοῦ, ἐπὶ ἔθνη πολλὰ τὰ μετ' αὐτοῦ. Ἐξῆσι δὲ τῶν βελομένων ταῦτα μαθεῖν, ἀκριβέστερον ἐντυγχάνοντι τῇ θεωρησίᾳ. ταῦτα καὶ εἶπεν ὁ ψαλμὸς θεοῦ λέγειν.

ἀ. ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ΚΥΡΙΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί λέγεις; πολέμων διδάσκαλος ὁ θεὸς, καὶ μάχης, ἐ ὡδραταξίως; μάλισμα μὲν ἐ ἐκ ἄν πρὸς ἀμαρτίαι, καὶ τῶν ἐν τέτοις νίκῳ αὐτοῦ λογικὸς μῦθος. τῆτο γὰρ ἔστιν, ὁ διδάσκων χίρας με. τιτέσιν, ὁ ποῖον ἀνθροπίου ἦσαν πολέμων, φόβον ἐν γῆρην. καὶ γὰρ ἦν τὸν Γολιάθ κατέβαλεν, ἐκείνος μὲν ὁ τ' ἰνικὴς αἴπος. καὶ ἦν κα πολλὰς πολέμους κατῶρθεσθαι, ἐ αὐτῶν δροῖς εἶλε τὰς πόλεις, εἶπεν αὐτὸν κρατήσασθαι ἐποίησθαι. πολλὴ ἀλλ' ἔστι καὶ ἔπειρος πόλεμος τέττα χαλεπώτερος, ἐνθα μάλισμα τ' ἀνωθεν δεῖται βοπῆς, ὅταν πρὸς ἀνηκειμένης παρεσταντῶ μῦθα διωάμεις. ὅπ καὶ δὲ ἔτερας φύσεως αἱ φάλαγγες καὶ ταῦτης ἀορατῆς. ἐ ὅπ ἐ σὺν μικρῶν ὁ ἀγῶν, ἀλλὰ σὺν σωτηρίας καὶ ἀπολαίας. ἐκ ἔσθαι ἐν τῶν σφατῶ μῦθος ἰδεῖν, ἐ τὸν καίρον μαθεῖν, ἐ τόπον, ἐ δυσκολίας, ἐκ ἄλλο ἦσαν πειράται ἐδῶν. καὶ γὰρ

καὶ ἐν ἀγορᾷ, ἔσ' οἰκία, καὶ παιζόντων, καὶ ῥα-
 θυμένων αὐταὶ αἱ φάλαγγες ἐπιτίθενται.
 ὡς καὶ δὲ παντὸς δὲ φειθεργμῶν ἐστίν.
 ἐδὲ γὰρ εἶδεν ἀνακωχῶν ὁ πόλεμος, ἐδ' ἔχει
 κήρυκας ἐδὲ φρέσβεις, ἐδ' ἄλλο ἤν' τοῖσιν
 ἐδ' ἔν. ἀλλ' ἀκήρυκτος ἔστιν ἡ μάχη, διὸ δὴ
 μάλιστα πάντων φερόμενος, καὶ φερόμενος
 αὐτῶν ἔστι. φοβὴ δὲ ἤν' τοῖσιν καὶ ὄπλα
 στρατηγῶν ἤν' θείων γραφῶν ἢ ἀκροάσεως. καὶ
 ἐν αὐτῶν πόνω ὡς καὶ ἐν τοῖς ἀληθῶν πο-
 λέμοις χρεία τ' ἀνω ῥοπῆς.

ΟΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸ ἀρμόττει καὶ
 ἡμῖν. τ' γὰρ τὴν δαβόλῃ τυραννίδος ἀπαλλα-
 γήντες, ὑπὸ τῆς θεῆς πολεμεῖν ἐβίβαν ἡμεῖς,
 ταῖς χερσὶ μὲν ἐργαζόμενοι δικαιοσύνην,
 δὲ δὲ ἤν' δακτύλῳ τοῖς μετώποις ἐπι-
 θέντες τὴν σωτηρίαν τῶν σφετέρων.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οἶράς πάλιν ὑπὸ
 φιλανθρωπίας ἀξιῶντα σώζεισθε; ἔλεος γάρ
 μου, φησὶ, καὶ καταφυγὴ μου. μάλλον δὲ καὶ
Ἐπισημαίνουσι ὅτι καὶ ἀεὶ ὁ θεοῦ λόγος ἐν αὐτοῖς, τὰς τροπὰς λέγει τὰς ἐκ τῆς ὕψους γρομμῆας. λέγει γὰρ ἀλλοῦς γίνεσθαι κροτάλι, καὶ λέγει κροτάλι καταφύεται ὑπέρος. ὁ δὲ ἀνίσταται τὸ ἐξῆς, ὅτι ἡμῶς ταπεινὸς ὄντας μετέβαλεν εἰς ἀσπεργίαν καὶ εἰς πλεῖον. ἐπιμαίει ἢ τὰ τῆς κτίσεως διαγέμενος, ἢ ἐκ τῆς ὑποδουμάτου ἀσκήσεως τὰ κατ' αὐτὸς.

Τὸ ἐξαιατέλλουσι ἐν ὄρεσι χόρτον, καὶ χλόην τῇ δαλείᾳ τῶν αἰθράπων.

Τοσαύτη δὲ, φησὶ, ἔστι αὐτῶν ἡ σπουδή, ὅτι εἰ μόνον ἀνθρώπων σπουδῆ, ἀλλὰ καὶ κτηνῶν. ἔτσι γὰρ ἡ ἀνατέλλουσι χλόην ἀντόματος ἐπὶ αὐτῆς ἀρχῆς. ἔπειτα γὰρ τὰ ὑποζύγια, δὲ ἢ ἀνθρώποι τὸ ἴδιον τῆς αἰθρίας αὐτῶν ἀναπνεύσων.

9'. Διδόντι τοῖς κτήνεσι τὴν τροφήν αὐτῶν, ἢ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κορράκων τοῖς Ἰθακαλουμβροῖς αὐτῶν.

Κτήνη τὰ ἡμέρα λέγει ζῶα. λέγει δὲ ὅτι εἰ μόνον τὰ ἡμέρα εἶπαι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄγρια, καὶ τὰ ἡμῶ νομιζόμενα ἀγρία. καὶ καλῶς εἶπε ἀεὶ τῆς κορράκων τὴν ἐπιμαίμενος αὐτῶ. τὰς γὰρ νεοσσῶν, ὡς φησὶ, οἱ κροτάλι ἀγριώμενος τῆς χλόης ἀνατέλλουσι. αὐτῶ δὲ ἀνατέλλουσι τῆς πατρῆας ἐπιμαίμενος, βροτῶ τρέφουσι καὶ τὸν ποίεσται αὐτὰ ἐπιμαίμενος.

ί. Οὐκ ἐστὶ δυναστεία ἔμπροσθεν θελήσει. ἐδὲ ἐν ταῖς κήμαις ἔσθ' ἀπὸ δρόγος διδοκεῖ.

Πάλιν αἰνῶσι Βαβυλωνίους. ἔπος, φησὶ, εἰ τὰς πόλεις τῆς Ἰσραὴλ σπουδῆσιν τῆς Βαβυλωνίαν, ἐδὲ τῇ ἀνδρείᾳ τῇ πολυμακροῦ ἀλλὰ τί;

ιά. Εὐδοκεῖ κροτάλι Ἰθακαλουμβροῖς αὐτῶν, καὶ ἐν τοῖς ἐλπίζουσι Ἰθακαλουμβροῖς αὐτῶ.


Ἡ ὑδὸ κροτάλι

Ἡ υδούκισσι δέ, φησιν, ἐφ' ἡμᾶς· ἐπειδὴ πᾶσαν ἡμῶν τὴν ἐλπίδα ἐκ ἀπεσῆσαι μὲν ἀπ' αὐτῆ, ἀλλὰ τὸν φόβον αὐτῆ πάντων περὶ ἐπισημασμένην. Ἐξ τῆτο ἡμεῖς μὲν ἐν ἀγαθοῖς οἱ παρὼν ὄντες ἐν ἀνεπισημασμένῳ, ἐκείνοι δὲ ἐν ταπεινώτητι πολλῇ, οἱ ἀνδρεία καὶ ἰσχυροῦσι.

Beneplacuit autem, inquit, Deo super nos; quandoquidem omnem spem nostram ab eo minimè remouimus, sed timorem eius rebus omnibus prætulimus. Quapropter nos quidem qui priùs eramus desperati in bonis iam versamur, illi verò in multa humilitate, qui in fortitudine & equitatu confidebant.


COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

d.  INEITE TON KYPION OTI AΓAΘΟΣ ΨΑΛΜΟΣ.] Οἷσι-
μοι καὶ ἡ ὑμνοδία, καὶ παρὼν-
νοὶ ἀγαθῶν. Ἐ τῶτο δὲ ὁ ὑμνος ἀρτεσκει
(ἀνεπισημασμένῳ καὶ ὁ θεός) ὅσον ὁ ἦν ὑμνεύων
σκοπός. Ἐ τῶτο φησιν ἀλληλεῖα, ὅτι ἀγαθὸν
ὡδὴ τῶ θεῷ. ἰδὼ θείῳ δὲ, ἀντὶ τῆ, δι-
πρόδοικτος ἡμῶν, φησιν. καὶ καὶ ἀρκεῖ τὸ
ψάλλειν, παρὼ τὸ ἰδὼ θείῳ τῶ θεῷ τὴν
αἴεσιν, ἀλλὰ δὲ ἐ βίε τῶ ἄδοσι καὶ παρ-
σοχῆς. Ἀντὶ δὲ τῆ οἰκοδομῆς οἰκοδομῆσι
φησὶ καὶ ἀντὶ δὲ τῆ τὰς ἀγαθοῦς τῆς
ἐξωσμένης φησὶν. καὶ καὶ ἀθερόν ἀνεκτῆ-
σαι τὸ πάντες, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπὶ ἀνοδοὶ καὶ
μικρῶν σωτηρίῳ. ἔτα σωτηρίῳ τοῖς σω-
ματικῶσι τὰ πνευματικὰ ἐπάγει.

γ'. Ο ΙΩΜΕΝΟΣ ΤΟΥΣ ΣΥΝΤΕΤΡΙΜ-
ΜΕΝΟΥΣ.] Ἀντὶ δὲ τὰ σωτηρίῳ ἔτα-
ρος καταγλυφῆ αὐτῶν. Ἀντὶς ὅτι, φησὶν, ὁ
καὶ τῆς κακῶν οἷον ἰατροῦς ἐπιδοσμένων,
καὶ ἀγαθῶν τὰ φάρμακα, ἔτα ψυχῆς,
ἔτα σώματος. ἐπὶ καὶ τὴν ἄπο τῆ βίε παρ-
ρησιῶν ἐκ εἶχε, παρβαλλεται πάλιν τὴν
συμφερόν καὶ τὸ τῶ θεῷ σωτηρίῳ, ἔργον αὐ-
τῆ τῆς τῶ ταπεινωμένης ὡς ἀκαλεῖν, ἔ ἰδιον
αὐτῆ τῶτο. Ταῦτα μὲν ἐν παρὼ δὲ χριστότητι
αὐτῆ. τὸ δὲ ἐξῆς παρὼ τῆς δυναμῆς.

δ'. Ο ΑΡΙΘΜΩΝ ΠΛΗΘΗ ΑΣΤΡΩΝ.] Τῆ-
τίσι, ὁ εἰδώς. ἐπειδὴ καὶ παρὼ πλῆθος ἰδὼ
ἀγαθῶν ὁ λόγος, εἰκότως ἐπήγαγε τὸ
ὑπόδειγμα, δεκτικὸς ὅτι καὶ τῆς ἀγαθῶν
δυναμῆς) σωτηρίῳ, ἔ ἔς ἐπαγγέλατο καὶ
τὸ πλῆθος, ἐκείνων ἰσοῦς καὶ ἀκριβείας συ-
νάξει. Παιδὸν δὲ δὲ τῶ τῶ τῶ τῶ τῶ τῶ
γνώσει καὶ ἦν κατ' ἐρανδὸν ἀέροισι τὸ πλῆ-
θος. καὶ ἔτα ἐξ ἀκριβῶ) πάντα αὐτῶ, ὡς
εἰ τῆς ὀλίγου κακῶν ἐκ τῆ ὀνόματι
πάντας καλοῖ. ἔτα ἔ ὅτι τῶ τῶ τῶ
ἐξ ὀνόματι αὐτῆς καλεῖ. ἢ ὀνόματι κα-
λεῖ τὰς ἀγαθοῦς αὐτῶν καὶ τὴν παρὼ

i.  AVDATE DOMINVM QVONIAM
BONVS EST ΨALMVΣ.] Vtilis enim
est hymnorum cantilena, & bono-
rum est causa. Non tantum autem hymnus
Deo placet (quoniam eo non indiget) quan-
tum laudantium propositum. Alius ait Alle-
luia, quoniam bonum est canticum Deo. Iu-
cunda verò sit, id est, accepta fiat, inquit. Non
fatis enim est canere, vt sit Deo iucunda lau-
datio, sed opus est & vitâ & attentione canen-
tis. Ceterum pro *Aedificans* ait *Aedificabit*;
pro *dispersiones* verò *expulsos*: quoniam non
omnes simul derepentè restituti sunt, sed
post reuersionem paulatim coacti sunt.
Deinde corporalibus spiritualia coaptans
subiungit:

Quinam
hymni Deo
placeant.

3. QVI SANAT CONTRITOS.] Ceterum
pro *contritiones* alius *confracta ipsorum*. Ipse
est, inquit, qui etiam ægrè habentes veluti
Medicus alligat, & curat vulnera eorum, siue
animæ, siue corporis. Cùm enim non habe-
ret in vita sua fiduciam, adducit rursus cala-
mitatem & Dei consuetudinem, cuius nem-
pe munus, & quidem proprium est, vt eos
qui humiliati & afflicti sunt consoletur. Hæc
ergo dixit de eius benignitate: quod autem
sequitur de potentia est.

4. QVI NVMERAT MVLTI TVDINES STEL-
LARVM.] Hoc est, qui nouit. Cùm enim de di-
spersa multitudine sermo esset, iure merito
hoc exemplum adduxit, ostendens se posse
quoque dispersos congregare, & quos promi-
serat se quasi stellas multiplicaturum pleni-
mè reducere. Per hæc autem docet soli Deo
notam esse stellarum cæli multitudinem. Et
tam accuratè ipsi omnia perspecta sunt, ac si
quis paucos aliquos sibi subditos habens om-
nes de nomine compellet: sic etiam ipse quo-
dammodò nominatim eos vocat. Vel nomina
appellat astrorum differentias & mutuum ad
inuicem

Deus di-
stinctè no-
nit omnia.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
TÆ.

inuicem habitudinem : nam animâ nomine-
que carent: Gentiles autem ex confictis fabu-
lis nomina ipsis imposuerunt. Alius verò hoc
de Israëlitis dicit, scilicet ex eis neminem pe-
ricurum; sed quemadmodum qui nominatim
aliquos vocant, ita etiam ipsum omnes perfe-
ctè redacturum.

5. MAGNVS DOMINVS NOSTER.]

Dei infi-
nitum per
omnia.

Psal. 35, 6.

Ecquid, inquit, ipsi impossibile sit, qui & vir-
tute omnes superat, & vincit sapientiâ, &
cuius immensa sunt omnia, magnitudo in-
comprehensibilis, intelligentia innumerabi-
lis. Scientia eius confortata est, & quis pote-
rit ad eam? Cùm sit ergo & potens, & sa-
piens, & clemens, ne nimis curiosè inquiras,
Quomodo hæc erunt? Ne autem dicerent
aliqui insipientes, Quid ad nos si perfectè no-
rit astra omnia? dicit etiam eurtam quam ge-
rit hominum.

6. SVSCIPIENS MANSVETOS DOMINVS.]

Et non dixit *Adiuuans*, sed quod est multò
maius, *Suscipiens*, tamquam de amantissimo
patre loquens: id est, *Recreans*, ferens, baiu-
lans. Symmachus autem *Resiciens*. Vidisti
rursus perfectam in vtroque eius potentiam?
nempe in extollendis humilibus, & in depri-
mendis arrogantibus. Non simplici autem
modo humiliat, sed vsque ad terram, id est
summoperè. Postquam autem præclara eius
facta recensuit, rursus eos ad hymnum vo-
cat dicens:

7. INCIPITE DOMINO IN CON-
FESSIÖNE.] Id est, In gratiarum actione
cum magno studio & diligentia choros con-
stituite, & ab exordio recensete omnia stu-
dia eius, & in exultatione hymnos facite.
Symmachus autem: *Recitate Domino con-
fessionem, modulemini Deo nostro per lyram,*
siue per corpus mortificatum.

8. QVI OPERIT CÆLVM.]

Rur-
sus à particulari ad vniuersale transijt. Ne
quis enim imprudens dicat: Quid ad me
cælestia? subiunxit id quod ad vsum hu-
manum spectat. Propter te enim, inquit,
cõoperit cælum nubibus, vt tibi pluuiam
paret. Quin & pluuia propter te est, vt tibi
fœnum producat. Vide autem sapientiam.
Si enim omnibus, inquit, ista præbeat,
quantò magis vobis, qui populus eius nun-
cupamini. Pergit autem ea quæ ad creaturas

ἀλλήλα χάριον· ἄψυχον γὰρ καὶ ἀκρετὰ ὄντα·
ἕλληνας δὲ διὰ τὸ μῦθον παραδίετασι ἐπίουσι
αὐτῶν ὀνόματα ἰθυσαν. Ἄλλος δὲ περὶ τῆς
Ἰσραηλιτῆς φησι τῆτο, τῆτίστιν ὅτι εἶδες
αὐτῶν διπολεῖται· ἀλλ' ὡσπερ οἱ κατ' ὄνομα
καλῶντες, ἕτως ἔαυτὸς μὴ ἀκρετῆρας πάν-
τας συνάξει.

Ε. ΜΕΓΑΣ Ο ΚΥΡΙΟΣ ΗΜΩΝ.] Καὶ
τί, φησιν, ἀδύνατον αὐτῶν, σίγη καὶ διωσάμει
πάντας ἰσχυρὰ ἀλλοι, καὶ σωσὸν ἰσχυρὰ, ἔα μί-
σητα πάντα ἢ μεγαλωσύνῃ ἀκρετῶν, ἢ
σύνοις ἀναρίθμητος. ἢ γὰρ οἱ αὐτῶν ἐκρε-
ταιώθη, καὶ τίς διωσέει) πρὸς αὐτῶν; ὅταν
τόσω καὶ διωσῶτος ἔστι, ἔα σωτῆρος, καὶ φι-
λάθερος, μὴ ἀπειργάζει, πῶς ἔσται ταῦτα;
Γινε δὲ μὴ λέγωσί τις τῆς ἀνοήτων, τί πρὸς
ἡμῶν εἰ τὰ ἄσρα οἶδε πάντα μετ' ἀκρε-
τῆρας; λέγει καὶ τῶν ἐπ' ἀνθρώπων κηδε-
μονίας.

Σ'. ΑΝΑΛΑΜΒΑΝΩΝ ΠΡΑΞΙΣ Ο ΚΥ-
ΡΙΟΣ.] Καὶ ἐκ εἴπε βοηθῶν, ἀλλ' ὁ πολλῶν
μεϊζον, ἀναλαμβάνων, ὡς περὶ πατρός φι-
λοσόργου διαλεγόμενος· ἀντὶ τῶ, ἀνακτώ-
μενος, φέρον, διαβάσασσον. ὁ δὲ Σύμμαχος
ἀνακτώμενος. εἶδες πάλιν ἐφ' ἑαῖτερα τῶν
δύναμιν αὐτῶ ἀπρησιμῶν; ὅτι τὸ τῶ ἀ-
ρεῶν τῶν ταπεινῶν, ἔα τῶν διπνωκομένων τα-
πεινῶν. ἐχ' ἀπλῶς δὲ ταπεινοῦ, ἀλλ' ἕως γῆς,
ἀντὶ τῶ μὴ πολλῆς τῆς σφοδρότητος. εἰπὼν
δὲ αὐτῶ τὰ κατορθώματα, πάλιν ὅτι τὸν
ὑμῶν αὐτῶν καλεῖ λέγων·

Ζ'. ΕΞΑΡΧΑΤΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΕΝ ΕΞΟ-
ΜΟΛΟΓΗΣΕΙ.] Τῆτίστιν, ἐν διαχειρίῃ μὴ
πολλῆς τ' ἀπερῆς χροῦς συστήσατε, καὶ εἴ-
πατε ἄρχῆς πάντα τὰ ὀπίσθη δώματα
αὐτῶ, καὶ ἐν ἀγαλλίῳ ποιῆσατε τῶν ὑμῶν. ὁ
δὲ Σύμμαχος ἔπας· Καταλέξατε τῶν κυ-
ρίῳ ἐξομολόγησον, μελωδῆσατε τῶν θεῶν
ἡμῶν διὰ λύρας, ἢτοι διὰ τῶ νεκροφάντος
σώματι.

Η'. ΤΩ ΠΕΡΙΒΑΛΛΟΝΤΙ ΤΟΝ ΟΥΡΑ-
ΝΟΝ.] Πάλιν διὰ τῶ ἰδικῶ ὅτι τὸ καθόλου
ἐξήλθεν· ἵνα γὰρ μὴ πῆς λέγει ἀνοήτος· τί
πρὸς ἡμῶ τὰ ἐράνια; ἐπήραγα τῶν χροῦς
τῶν ἀνθρώπων ἡμῶν. διὰ σὲ γάρ, φησι, ἀει-
βάλλει τὸν ἕραρον νεφέλαις, ἵνα σοι ὡρεθ-
σῶν ἀσπῆσῃ ὑέτων, καὶ ὑέτος διὰ σὲ, ἵνα ἐκβάλλῃ
χρόρον. καὶ ὄρα σαφῶς. εἰ γὰρ τοῖς καθόλου
ταῦτα χορηγῆ, φησι, πόσω μᾶλλον ὑμῶν, ὅς
λαὸς αὐτῶ χρηματίζεσθε. ἐπέμειπε δὲ τὰ ε'
κτίσεως

πίστως διηγέμενος, ἢ ἐκ τῆς κοινῆς αὐξή-
ση τὰ κατ' αὐτῆς. εἶτα ἐπιβδὴ ἀδωνεῖς ἤ-
σαι, καὶ ὄπλων ἔρημοι, καὶ θυμῶν, ἵνα μὴ ἐν-
τυθῶν θορυβῶνται ἐπάγα.

Ι. ΟΥΚ ΕΝ ΔΥΝΑΣΤΕΙΑ ΤΟΥ ΙΠΠΟΥ
ΘΕΛΗΣΕΙ.] Ἐν τῶν ἰππῶν, φησὶν, ὅτι τὸ ζῆτύ-
μῳν, τὸ ἐλπίζειν, τὸ ὑπερβῆναι τὸ ἔλαος αὐ-
τῶ, καὶ μὴ ἀγαλλῆναι. ἢ ὑπὸ μέρου δλον τὸν
πλάτος δηλοῦ. ὡς καὶ ὁ δὲ τὸ ἐδὲ ἐν ταῖς κτή-
μας πᾶσαι τῶν σωματικῶν ῥώμῳ. ἢ
χαίρει, φησὶν, ὁ θεὸς ῥώμῳ σώματος, ἐδὲ
ἰπτικῆ τέχῃ καὶ ταχυτῆτι ποδῶν, ἀλλ' ἀγα-
θαῖς περὶ τὴν ἑν δημιουργῶς ἢ δολάβεια.
δὲ ἴνα) δὲ ἢ μὲν σωματικῆ ἰχὺς καὶ ἰπτικῆ
εἰς βαβυλώνα λαμβάνεται, ἐν οἷς ἐκ δὲ δό-
κασε κύριος, ἀλλ' ὅτι τοῖς μεμνηκόσιν ἐν
τῷ φόβῳ αὐτῶ, ἐς λαοκατίσθησεν τῆ Ἱερου-
σαλήμ.

spectant recensere, vt ex his communibus au-
geret ea quæ ad ipsos pertinent. Deinde quo-
niam erant imbecilli, & inermes, & nudi, ne
ex eo conturbarentur subiungit:

IO. NON IN FORTITVDINE EQVI VOLVN-
TATEM HABEBIT.] Vnum igitur, inquit, est
quod quæritur, vt speremus, & expectemus
misericordiam eius, & non angamur animo.
Vel ex parte vniuersas diuitias significat.
Sicut etiam per illud *neque in tibijs* omne
robur corporis. Non gaudet, inquit, Deus
robore corporis, neque equestri arte & pe-
dum celeritate, sed probis actionibus: quarum
auctor est religio. Ceterum posset quidem
corporis & equestris fortitudo ad Babylonem
referri, in quibus Dominus sibi non compla-
cuit, sed in ijs qui permanserunt in timore
eius, quos Hierosolymæ restituit.

C A T E N A P A T R V M.



ΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ εἶδεν ὁ ψαλ-
μὸς περὶ τῆς ἐκ Βαβυ-
λώνας ἐπίστροφου, ἢ τῶν μὲν αὐτῶ
ἡγουμένων τῆ Ἱερουσαλήμ οἰκοδομίας. ἢ γὰρ
ὡς Ἰουδαῖοι περὶ τὸν αὐτῶ ἢ Ἱερουσα-
λήμ οἰκοδομηθήσεται. ἀλλὰ τῶν ἡδὲ γα-
ῖουμένων ὑπὸ Ζοροβάβελ οἰκοδομίας ὁ
περὶ τῆς ἐκ Βαβυλώνας ἐπίστροφου λόγος.



RIGENIS. Etiam hic Psalmus
prædicit reditum à Babylone, &
Hierosolymæ instaurationem postea
factam. Non enim vt iudæi expectant rur-
sus Hierosolyma instaurabitur; sed diuinum
oraculum illam ædificationem, quæ à Zoro-
babele facta est, vaticinatur.

Α. ΑΙΝΕΙΤΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΟΤΙ ΑΓΑ-
ΘΟΣ ΨΑΛΜΟΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Α-
νωτέρω μὲν φησιν, Αἰνεῖτε, ὅτι μέγας κύριος καὶ
αἰνετὸς σφόδρα. ἐπὶ ταῦτα δὲ φησιν, ὅτι αὐτὸ
τὸ αἰνεῖν καλόν, καὶ μετὰ τὴν ἀγαθῶν αἰτιῶν.
ψαλμὸς γάρ, φησιν, ἀπαρίσθησιν τῶν δόξων
τῆς γῆς, περὶ τῶν ψυχῶν, κέφης καὶ με-
ταρσίης ποιεῖται. διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγε. Α-
δοῦτες καὶ ψάλλοντες ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν
τῷ κυρίῳ.

I. LAUDATE DOMINVM QVO-
NIAM BONVS EST PSALMVS.]
CHRYSOSTOMI. Superius quidem ait,
Laudate, quoniam *magnus Dominus* & Psl. 144.
laudabilis nimis: hic autem ait, quod ipsum
etiam laudare bonum sit, & innumerabilium
bonorum causa. Psalmus enim, inquit, men-
tem à terra erigit, animumque alatum
facit, leues & sublimes reddit. Et ideo Pau-
lus dixit: *Canentes & psallentes in cordibus* 2. Cor. 14.
vestris Domino.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τῷ θεῷ ἡμῶν ἡδυν-
θεῖν αἰνεῖται: ἔτι περὶ αἰνεῖται: ἄλλος,
Ἀλληλούια ὡδὴ τῷ θεῷ. καλὸν ἢ αἰνεῖται, εἰ
δὲ περὶ δεκτῶς ἡμῶν τῷ θεῷ, φησιν. Οὐ γὰρ
ἀρκεῖ τὸ ψάλλειν πρὸς τὸ ἡδυνθῆναι τῷ
θεῷ τῶν αἰνεῶν, ἀλλὰ δὲ καὶ τῆ βίῃ καὶ τῆς
προσευχῆς καὶ τῆ ἀπειθείας τῆ ἀδοντος. δοκί-
μῳ δὲ μοι εἶδεν ὁ ψαλμὸς εἶναι τὸ ἐπαρόδον. διὸ
ἐπάγα λέγει. οἰκοδομῶν Ἱερουσαλήμ ὁ κύ-
ριος ταῖς διασπορῶν τῆ Ἰσραὴλ ἐπισυναγάξει.
Εἰ γὰρ ἐ κύριος αὐτῶν ἀφῆκε, ἀλλ' ἢ τὸ ἀεί-
-

ANONYMI. Deo nostro iucunda sit
laudatio: alius, *Decora laudatio*: alius, *Al-
leluia canticum Deo*. Bona est, inquit, lau-
datio, si accepta sit Deo. Non enim sa-
tis est psallere vt Deo iucunda sit lauda-
tio, sed opus est vitâ & attentione ac di-
ligentiâ canentis. Mihi autem videtur hic
Psalmus esse reuersionis; & ideo subiun-
git dicens: *Aedificans Hierusalem Domi-
nus dispersiones Israël congregabit*. Etsi
enim eos dimiserit Cyrus, non tamen ex il-
lius

CATE-
NA PA-
TRVM.

lius sententia, sed ex Dei favore totum hoc profectum est. Alius autem pro *Aedificans* dixit *Aedificabis*, *dispersiones* verò *expulsos*. Non enim omnes simul reduxit, sed post reuersionem paulatim congregati sunt.

Humiles
consolari
proprium
est Dei.

3. QUI SANAT CONTRITOS CORDE.] CHRYSOSTOMI. Cum non haberet in vita sua fiduciam, proponit iterum calamitatem & Dei consuetudinem: est enim eius munus, & hoc est eius proprium, eos qui humiliati sunt consolari: ut quando ait, Qui scrutatur corda & renes: qui viuificat mortuos: qui vocat ea quæ non sunt tamquam ea quæ sunt, dicens hoc esse proprium eius munus: ita hic etiam, *Qui sanat contritos corde*. Etsi ergo, inquit, indigni sumus; quoniam tamen opus eius sumus, actionem suam & partes suas non relinquet, à sua consuetudine non recedet. Quando igitur volueris consequi consolationem, redde teipsum humilem, cor animumque tuum contere. Hoc ergo dixit de eius voluntate, de benignitate, deque clementia, quod autem sequitur de potentia.

Rom. 4.

4. QUI NUMERAT MULTITVDINES STELLARVM.] ORIGENIS. Numerum hic scientiam appellauit, astrorum verò nomina astrorum differentias, & horum positionem, & ordinem, & ad inuicem habitum.

ANONYMI. Quandoquidem illi sermo erat de dispersa multitudine, & quæ tunc nusquam apparebat, iure hoc exemplum in medium adduxit, ostendens eum posse vel dispersos cogere: contritos enim solet erigere & consolari: & innumerabilem astrorum multitudinem apprimè nouit: ergo nos quoque, quos pollicitus est eis futuros æquales, plenissimè reducet.

Deus suos
nominatim
nominat
&
seruat.

ET OMNIBVS EIS NOMINA VOCAT.] ANONYMI. Alius ait, *Omnes eos nominatim vocabit*: alius, *Omnibus nomina vocans*. Existimo hoc dictum esse de Israëlitis, quod etiam alibi Isaias ait: *Omnes eos nominatim vocabit*. Id est: Nullus eorum peribit. Sed quemadmodum illi qui nominatim quosdam vocant: ita & ipse omnes perfectè reducet. Deinde quoniam rem dixerat maximam, quod tot ho-

ις γλώσσης, ἀλλὰ τῆς τῆ θεῆ ῥοπῆς τὸ πᾶν ἐγίγιντο. Ἐπειὸς δὲ ἀντὶ τῆ οἰκοδομῆς οἰκοδομήσονται, τὰς δὲ διαφορὰς τὰς ἐξωμύς. Οὐ γὰρ ἀθέρον ἀνεκτίσασθαι πάντας, ἀλλὰ μὲν τὴν ἐπάνοδον καὶ μικρὸν συνήρουντο.

γ'. Ο ΙΩΜΕΝΟΣ ΤΟΥΣ ΣΥΝΤΕΤΡΙΜΜΕΝΟΥΣ ΤΗΝ ΚΑΡΔΙΑΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπειδὴ τὴν ὑπὸ βίῃ παρήσσιας ἐκ εἶχον, (περὶ ἀλλῆ) πάλιν τὴν συμφορὰν καὶ τὸ τῆ θεῆ σύνθεσις· ἔργον γὰρ αὐτῆ τῆτο, τὰς περὶ πειρασμῶν ἐξομαλύνει, καὶ ἴδιον αὐτῆ τῆτο· ὡς περὶ ὅταν λέγη, ὁ ἐπιζῶσα καρδίας καὶ νεφρῶν· ὁ ζῶσασιν τὰς νεφρῶν· ὁ καλῶν τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, τὸ ἴδιον αὐτῆ λέγειν ἔργον· ἔπειθ δὲ καὶ ἐξ αὐτῆ, ὁ ζῶσασιν τὰς συντετριμμένους τὴν καρδίαν· ὡς καὶ ἀνάξιοι ὄντων, φησὶν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἔργον αὐτῆ ἐσμεν, τὴν περὶ αὐτῆ ἐκ ἐγκρατείας, τὸ εἰωθὸς αὐτῆ ἐκ ἀφῆσθαι. ὅταν πίνω βελθησῆς ἐξομαλύνει, ἀπολαύσασιν, ταπεινώσασιν ἑαυτὸν, συντετριμμένους τὴν καρδίαν, τὴν ἐξομαλύνει. τῆτο μὲν ἐν πᾶσι τῆς βελθησῆς αὐτῆ, πᾶσι τῆς χριστοσύνης, πᾶσι τῆς φιλοθεωρίας, τὸ δὲ ἐξῆς πᾶσι τῆς διωξίματος.

δ'. Ο ΑΡΙΘΜΩΝ ΠΛΗΘΗ ΑΣΤΡΩΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἀριθμῶν ἐξ αὐτῆ τὴν γλῶσσαν ἐκάλεισεν, ἀστροὺς δὲ ὀνόματα τὰς τῆς ἀστροῦ διαφορὰς, καὶ τὴν τῆτο τῆτο πᾶσι, καὶ τῆτο, ἐ τὴν πᾶσι ἀλλῆλα χρίσιν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπειδὴ πᾶσι τῆτο τῆτο διασπάρσασθαι ὁ λόγος, καὶ ἐκαστὸν φασιμῶν τῆτο, ἐκαστὸν τῆτο τὸ ὑπόδειγμα εἰς μίσησιν ἡγαγῆ, δεκτικὸς ὅτι καὶ τὰς διασπάρσασθαι διωξίμῃ συναγαγῆ· τὰς τῆτο συντετριμμένους ἔδοξεν αὐτῆ διορθῆν καὶ ἐξομαλύνει· τῆτο ἀπειρα πᾶσι τῆτο ἀστροῦ μὲν ἀκελεύειας ὁπίσασται· ἐκὼν καὶ ἡμᾶς, οἷς ἐπηλείσασθαι καὶ τὸ πᾶσι τῆτο ἐκαστὸν ἐσμεν, μὲν ἀκελεύειας συνάξει.

ΚΑΙ ΠΑΣΙΝ ΑΥΤΟΙΣ ΟΝΟΜΑΤΑ ΚΑΛΩΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπειὸς, φησὶ, πᾶσιν αὐτοῖς ὀνομασί καλῆσθαι· ἄλλος, τῆτο πᾶσιν ὀνόματα καλῶν· ἡγεμῶν τῆτο πᾶσι τῆτο Ἰσραηλινῶν εἰρησῆσθαι. ἔπειθ καὶ ἀλλῆ καὶ φησὶν Ἡσαίας· Πᾶσι τῆτο αὐτῆ κατ' ὄνομα καλῆσθαι τῆτο· ὅτι ἐκαστὸν αὐτῶν ἀπολείσασθαι· ἀλλ' ὡς περὶ οἱ κατ' ὄνομα καλῆσθαι· ἔπειθ καὶ αὐτῶν μὲν ἀκελεύειας πᾶσι συνάξει. Ἐπειθ ἐπειδὴ πᾶσι εἶπε μίσησθαι, ὅτι τῆτο τῆτο μυριά-

μυριάδας πανταχῶς τῆς οὐρανῶν διασπα-
 ρείσας ἐπισυναΐξει, καὶ τῆς δυνάμεως αὐτῆς
 λοιπὸν ἀγέληται, τὸς σφόδρα θορυβη-
 μένους ἢ Ἰουδαίων εἰς πίστιν ἄγων.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Μὴ ζήτησιν τοίνυν
 πῶς ἐστὶν ἔσοψω· ἐστὶν ἡ μεγαλοσύνη αὐ-
 τῆ ἀκατάληπτος, καὶ τῆς μεγαλοσύνης αὐτῆς
 ἕκ ἐστὶ πέρασ· καὶ ἡ συνέσις ἕτας· τῆς γὰρ
 συνέσις αὐτῆς ἕκ ἐστὶν ἀειθαλῆς, καὶ ἡ γνάσις
 αὐτῆς θαυμαστὴ ἐκρετακώδη, καὶ ἡ μὴ δύ-
 ναμαι πρὸς αὐτὴν, καὶ τὰ κείμενα αὐτῆς
 ἀνεξερρήνητα. ὅταν τοίνυν ἐμύγας, καὶ δυνα-
 τῆς, ἢ καὶ συνεσις, καὶ φιλανθρώπου, μὴ πε-
 ριμαζέσθαι πῶς αὐτὰ ἔσται.

5. ΤΑΠΕΙΝΩΝ ΔΕ ΑΜΑΡΤΩΛΟΥΣ
 ΕΩΣ ΓΗΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ζητήσιον
 πόθεν ταπεινοὶ τῆς ἀμαρτωλῶν. διδάσκει
 δὲ τὸ ὅτι εἰπὼν ἕως γῆς, καὶ μήποτε ταπει-
 νοὶ, ποιοῦν ἐστὶν ἐν τῇ γῆ τῆς ταπεινώσεως
 σώματι. ἀναλαμβάνει μὲν ἐν φρεσίν, εἰς
 φρόνησιν ἐταπεινώσει· ταπεινοὶ δὲ ἕως
 γῆς ἀμαρτωλῶν, πρὸς ἀμαρτίας ὄντας ἐν
 ὕψει.

6. ΕΞΑΡΧΑΤΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΕΝ ΕΞΟ-
 ΜΟΛΟΓΗΣΙ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἄλλος,
 καὶ ἀλαλάξατε. ἐναντὶ τῆ ψάλτατι τῷ θυρῷ
 ἡμῶν ἐν κιθάρα, ἄλλος δὲ ἐν λύρα.

7. ΤΩ ΠΕΡΙΒΑΛΛΟΝΤΙ ΤΟΝ ΟΥΡΑ-
 ΝΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Περιβάλλει καὶ
 καλύπτει ὁ ἕρανός καὶ τὰ θυρίσπρα νεφέλαις,
 ἢ ὡς φθάσει ἡ ἀλήθεια.

ΤΩ ΕΞΑΝΑΤΕΛΛΟΝΤΙ ΕΝ ΟΡΕΣΙ
 ΧΟΡΤΟΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα πάλιν
 τὴν ὡρεσιαν τῆς φροσύνης, ὅταν μὴ
 μόνον ἐν ἀερίσμη γῆ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι
 διαψαλλῆ παρέχει τὴν τροφήν, τὴν δὲ
 τροφὴν ἢ κτηνῶν, ἢ πρὸς ὑπηρεσίαν
 ἢ ἀνθρώπων γαργυριμῶν. διὸ καὶ ἐπάγει
 διδόντι τοῖς κτήνεσι τροφὴν αὐτῶν. εἶτα πάλιν
 ἐτέρω λέγει φιλοπμίαν, ὅταν μὴ μόνον
 τοῖς ὑπηρεσιμῶν κτήνεσι τοῖς ἀνθρώποις
 παρέχει τροφὴν, ἀλλὰ καὶ ἐτέροις ἀλόγοις.
 καὶ τοῖς νοσοῦσι γὰρ, φησι, ἢ κοσμεῖται τοῖς
 ὀπκαλομῶν αὐτῶν. εἰ δὲ ἐν τοῖς ἀλόγοις,
 καὶ ἀλόγοις ἀγρίοις, καὶ ἔδδὲ παρέχουσιν ἀν-
 θρώποις διακοσίαν, τοσαύτη φροσύνη, πολ-
 λὰ μᾶλλον ἀνθρώποις, καὶ ἀνθρώποις
 ὑμῶν, οἷς ἐλαδὸν φροσύνη καὶ μερίδα
 αὐτῆς ἐκάλεισεν; εἶτα ἐπειδὴ ἀδινεῖς ἦσαν
 καὶ ὄπλων ἔρημοι, ἵνα μηδὲ ἐστεύθην θορυ-

minum millia per uniuersum orbem terrarum
 dispersa sit congregaturus, deinceps differit
 de eius potentia, Iudæos qui valdè conturbabatur
 ut crederent inducens.

CHRYSOSTOMI. Ne quare ergo
 quomodo & quam ratione: est enim eius
 magnitudo incomprehensa, & magnitudinis
 eius non est finis: similiter & sapientia: nam
 sapientia eius non est numerus. Quin &
 scientia eius admirabilis confortata est, &
 non potero ad eam, & iudicia eius inscrutabilia.
 Cum sit igitur & magnus, & potens, &
 sapiens, & clemens, ne nimis curiosè inquiras
 quomodo hæc erunt.

6. HUMILIANS AUTEM PECCATORES VSQVE
 AD TERRAM.] ORIGENIS. Quærendum quo-
 modo humiliet peccatores. Hoc autem do-
 cet cum ait usque ad terram. Et nūquid
 humiliat, cum esse faciat in terreno corpore
 humiliationis. Suscipit igitur mansuetos,
 quos prius humiliauerat: humiliat autem
 usque ad terram peccatores, qui ante peccatum
 in excelsis erant.

7. INCIPITE DOMINO IN CON-
 Fessione.] ANONYMI. Alius, Adiu-
 bilate. Et pro Psallite Deo nostro in cithara,
 alius per lyram.

8. QUI OPERIT CÆLVM.] ORI-
 GENIS. Cælum & res diuiniore nobilibus
 cooperiuntur & absconduntur, ad quas ve-
 ritas pertingit.

QUI EXORIRI FACIT IN MONTIBVS
 FOENVM.] CHRYSOSTOMI. Vide rursus pro-
 uidentia abundantiam, quando non solum in
 terra culta, sed etiam in montibus lautam dat
 mensam, nempe alimentum iumentorum,
 quæ ad hominibus seruiendum facta sunt. Et
 ided subiungit: Qui dat iumentis escam ipso-
 rum. Deinde rursus aliam dicit munificen-
 tiam, ut qui non solum iumentis quæ seruiunt
 hominibus det escam, sed etiam alijs brutis.
 Nam & pullis, inquit, coruorum, inuocantibus
 eum. Si autem brutis, & quidem brutis
 agrestibus, quæ hominibus minimè inser-
 uunt, tanta adhibeat prouidentia, quan-
 tò magis hominibus, & quidem homini-
 bus qui eum hymnis profsequuntur, quos
 etiam populum peculiarem & sui portio-
 nem appellauit? Deinde quoniam erant
 imbecilli & inermes, ne idcirco contur-

CATE-
 NA PA-
 TRVM.

Psal. 35, 6.

Providen-
 tia Dei ad
 minima
 pertingit.

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.

barentur, vide quomodo hinc quoque eorum corrigat imbecillitatem dicens:

II. BENEPLACITVM EST DOMINO SVPER TIMENTES EVM.] ANONYMI. Alius verd ait, *Qui expectant misericordiam eius.* Si eius, inquit, metum & perfectam in ipsum spem habueritis, benevolentiam eius attrahetis, quam cum attraxeritis, potentiores eritis ijs qui equos & arma habent. Rectè autem dixit *in misericordia eius.* Neque enim habebant in factis suis fiduciam. Sed tamen, inquit, etsi vos facta destituerint, spectetis autem in eius misericordia, prouidentiz auxiliique eius compores eritis.

βάνται, ὅσα πῶς καὶ ἐπιῦθιν αὐτῶν διορθῆται τὴν ἀδύνατον λέγων.

ια. ΕΥΔΟΚΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΦΟΒΟΥΜΕΝΟΙΣ ΑΥΤΟΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπειρος δ' εἶπεν, ὅτις ἀναμύμων τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Ἄν' αὐτῷ ἐχητέ; φησι, τὸν φόβον καὶ τὴν ἐλπίδα τὴν εἰς αὐτὸν καὶ ἀκραιβείας, ὅπως ἀσπασθεὶ αὐτῷ τὴν ἔνοιαν, ὅπως ἀσπαστέροι δ' εἰσὶν ἰσχυροὶ καὶ ὀπλοὶ καὶ πλοῦτοι ἰσοῦσι δυνατώτεροι. καὶ κραδᾶς εἶπε ὅτι τὸ ἔλεος αὐτοῦ, εἰ γὰρ εἶχον τὴν ἀπό τῆς ἔργων παρρησίας. ἀλλ' ὁμως, φησι, καὶ ἀπὸ τῆς ἔργων ἴσοσθεροδρόμοι, ἐλπίζητε δὲ ὅτι τὸ ἔλεος αὐτοῦ, τὸ εἶχετε ὁμοίως καὶ βοηθείας.

ANNOTATIONES CORDERII.

Psalmi nobis utiles, & Deo grati sunt.



ic Psalmus in titulo & argumento conuenit cum præcedenti.

1. *Laudate Dominum quoniam bonus est Psalmus.*] Inuitat omnes ad laudandum pro viribus Deum; quoniam id & nobis vtilissimum, & illi gratissimum accidit. Dignitas autem sacræ illius functionis tanta est, vt in ea instituenda summi Numinis admirandam & singularem prouidentiam viri sapientes incredibili quadam prædicatione commendent. Animaduertit enim S. Basilius Præfatione in Psalmos, Deum inexplicabili sapientiâ rebus sacris atque diuinis, vnde mens erudiri potest, *μελωδίας τρυπῶν*, concinnam numerorum modulationem adhibuisse, & dulcem cantum, vt auribus melico illo sono delinitis oraculorum cælestium vtilitatem sineremus placidè in animos nostros influere: atque in hoc fuisse diuinitus excogitatos Psalmorum concentus, vt omnes dum eos concinunt ac modulantur, re ipsâ animas erudiant suas. Quod idem pari animorum consensione alij sancti Patres commemorant: ac in primis S. Dionysius Areopagita, qui primitias Ecclesiæ vidit, grauiter pronuntiat lib. de Eccles. Hierarchia cap. 3. *Psalmorum modulationem esse συνσωμῆνλον, ἰσῆταρ ἑσσητῖα ὀμνῖβυς φερῆ hierarchicis mysterijs;* hoc est, vt ego interpretor, ita propriam sacrarum esse functionum quæ publica in luce fiunt, & à Liturgis obeuntur, vt absque illa vix consistere atque intelligi possit religio: vbi etiam *ἱεροτάτης ὀδῆς, sacrosανκτας ὀδας* appellat. Quod quasi interpretans aut illustrans S. Hilarius in Psal. 64. *Dignas Deo cantiones* vocat, quibus vota Ecclesiasticæ religionis explicantur. Alij quoque summi viri hoc pietatis ornamentum & inuentum salutare præconio suo cohonestant. S. Cyrillus in Ionæ cap. 2. Psalmos nuncupat *ἁρωμῆτα θυμῶματα, καὶ χαρῆσῆλυς, καὶ πῶματικῆς θυοίας, fragrantissimum thymiamia, & spiritualia sacrificia, gratis agentis opportuna.* Philo quoque lib. de Plant. Noë illos omni victimæ & cimelijs opulentis longè anteponebat: *Præstat, inquit, Deum colere non victimis & donarijs, quibus ne totus quidem mundus suffecerit, sed laudibus hymnisque.*

Quare nobilissima hæc videtur & perennis dos religionis, quam nullus dies eripiet. De Psalmorum porro vtilitate vide plura Tomo primo in Proæmio vberius explicata: quod etiam faciunt quæ superius ad Psal. 134. vers. 3. annotauimus. Præcipuum autem eorum fructum ego pono cum diuinis Patribus *in deuotione*: quâ voce non tantum intelligo dulcem animi sentum intima suauitate colliquefcentis, verum etiam pietatem, compunctionem, ardorem quemdam animi celsi & inuicti Deo seruire cupientis. Itaque Clemens Alexandrinus eleganter omnino asseruit, Psalmorum cantum esse veluti quemdam rhythmum *ἑμπατήριον*, ad pugnam videlicet incundam accommodatum. Et consimili elegantia Iustinus Martyr ait eundem Psalmorum cantum efficere *θοναίους ἀγωνιστῆς, strenuos ac magnanimos bellatores*; & eâ causâ nominari à D. Paulo *μάχηρον τῷ πνεύματι, gladium spirituum.* In hoc prompto & viuido ardore mentis, & incensi animi proposito ad illa omnia repudianda quæ inimica sunt Deo & saluti, vitiumque oppugnandum, à sapientibus magna quædam vis deuotionis gratiaque reponitur, quæ per psalmodiam mirificè excitatur: quam Vates hic in psallente potissimum requirit cum ait:

IBIDEM. *Deo nostro iucunda sit laudatio.*] Vulgarus vertit, *Sit iucunda decoraque laudatio.* Id est, Efficite vt laudatio, quam offertis Deo dum psallitis, sit illi iucunda & grata, vt reuera erit, si sit etiam decora, id est, qualis decet eius Maiestatem, pulchra, ornata, virtutum omnium choro stipata. Ita Bellarminus. Neque enim quælibet contentio vocis in laude ponenda est, & Deo grata, cum sciamus cymbalum tinniens pro re nihili sumi ab Apostolo. Itaque S. Nilus de Orat. cap. 82. requirit *χαρῆσμα ψαλμοδίας, psalmodia diuinitus donum*: & cap. 77. hoc magnæ mentis dat monitum, *Cane prudenter*: vt de rei magnitudine cogitantes eum modum in psallendo adhibeamus, qui sit futurus parenti omnium Deo gratissimus. In primis igitur qui pangit Deo laudes, à vitio purus neque Numini odiosus maculosi animi sordibus esse debet. *Non enim est speciosa laus in ore peccatoris,* ait Eccli. 15,9. Sapiens.

Quid requiritur, vt laudatio decora sit & iucunda Deo.

Sapiens. Cui consonat illud S. Augustini in Psal. 102. *Quid prodest quia hymnum cantat lingua tua, si sacrilegium exhalat visa tua?* Deinde non est dubium quin in psalmodia pietas & deuotio, reuerentis animi modestia, Numinis timor atque amor desideretur. Quod spectat Decretum illud Patrum qui sextæ Synodo interfuerunt: *Qui canunt, μετὰ πολλῆς προσοχῆς καὶ καταύξεως, multa cum attentione & compunctione canant.* Denique norandum generatim, plus affectui in religiosam pietatem intento quam voci tribuendum esse, & habendam rationem audientium, vt ille modus in psallendo seruetur, qui sit commodus ad augendam amplificandamque omnium deuotionem. Quare Isidorus de Offic. Eccles. lib. 2. cap. 12. ait, *Psalmistam voce & arte praeclarum illustremque esse oportere;* qui ad dulcedinis oblectamentum audientium animum excitare possit.

Deus ipse est aedificator Hierosolyma.

2. *Aedificans Hierusalem Dominus dispersiones Israël congregabit.*] Etsi terrenam Hierusalem ipse Dominus principaliter aedificauerit, & Israëlitas etiam dispersos & extorres ab exilio in patriam reuocauerit collegeritque; multò tamen suauius ac veriùs hunc locum cum Agellio interpretari possumus de aedificatione spiritali Hierusalem, quam Christus aedificauit iacto tantæ molis fundamento supra firmam petram, & angulari lapide imposito; ad quem & circumcisionis & Gentium paries concurreret; mortuus non tantum pro gente; sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Itaque dispersiones, id est, exules à suis sedibus ac patriâ extorres reduct: quomodo Symmachus transfudit ἀποσπείρους, expulsis. Ceterum si nomine Hierosolymæ non solum illam cælestem in supernis regnantem aut istam terrestrem in infimis bellantem, sed quamlibet iustam animam velimus accipere, quid erit tempore aedificationis eius dispersiones ipsius à Domino congregari, nisi ad profectum virtutum instrumento orationis augendum, vires omnes mentis ad attendendum & excitandum affectum cogi? Cùm ergo attentio sit opus Dei, quo animam in vnum colligit, & factâ stabilitate in ea rebus cælestibus attendere facit; æquum est vt spem consequendi eam non in nostris viribus aut conatibus, sed in diuina gratia & in oratione ponamus; & inter alia, quæ initio orationis facimus, vnum sit, attentionem postulare, & gratiam ad cohibendas euagationes deprecere. Huius postulationis atque conatus minimè contemnendus colligitur fructus. Nam benignus Dominus, qui perfectorum animas zelat, & nimio quodam amore prosequitur, huius sollicitudinis præsidio ita purificat, ita pacificat, vt plusquam credi potest liberet ab infestatione vanitatis, & in puris cogitationibus ac sanctis desiderijs confirmet. Vt Michæ 2. enim per Prophetam Michæam ait, *Congregatione congregabo Iacob totum te, in vnum conducam reliquias Israël; pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum.* O Iacob (dicit Dominus virum perfectum consolans!) ô Israël! ô fortis bellator! ô strenue luctator! qui me vicisti non viribus, sed gemitibus, sed desiderijs, sed precibus, & amplam benedictionem, hoc est perfectam charitatem abundantiam suspensorum & lacrymarum

Ioan. 11, 52.

Quomodo spiritaliter Deus congregat dispersiones Israël.

Michæ 2.

impetraſti: ecce ego in vnum colligam cogitationes tuas & desideria tua, iuxta quod hîc prophetatum est, *Dispersiones Israël congregabis.* Ecce ego in vnum conferam reliquias tuas; id est discursus mentis tuæ, quasi greges ouium, quæ à bono pastore monentur, vt diem festum agant tibi, & in eorum possessione læteris. Non erunt paucae istæ bonæ cogitationes tuæ, nec earum penuriâ contristatus ad vanas & inutiles cogitationes declinabis; sed ita copiosæ, vt quasi pecora in medio caularum præ multitudine tumultuentur, & non confusam aut perturbatam, sed placidam & iucundam harmoniam efficiant. His verbis magnificis Dominus cogitationum munditiam perfectis promittit, quam & beneficio charitatis perfectæ tempore opportuno præstat. Nam charitas hæc, cùm plenum mentis dominatum acceperit, ita eam absorbet, vt Deum, & quæ ad ipsum pertinent, tantummodò cogitare faciat, & nihil vanum, nihil otiosum, nihil ab æterna salute alienum cogitare permittat.

4. *Qui numerat multitudinem stellarum, &c.*] Pulchrè S. Augustinus illa mysticè exponit his verbis: *Sunt stella quadam lumina in Ecclesia consolantia noctem nostram omnes: de quibus dicit Apostolus: In quibus apparetis tamquam luminaria in mundo; in ista scilicet natione tortuosa & peruersa, in quibus apparent tamquam luminaria in mundo verbum vstra habentes. Ipsas stellas numerat Deus omnes secum regnatorios, omnes secum aggregandos corpori vniuersi sui: qui indignus est nec numeratur. Animaduertat quisque, utrum luceat in tenebris, utrum iniquitate tenebrosâ saculi non seducatur: si non fuerit seductus, nec uictus, tamquam stella erit, quam iam numerat Deus.* In eo autem quod dicitur Deus multitudinem stellarum numerasse, & singulis vocare nomina, significatur Deum cognoscere & definitum atque descriptum in suæ prædestinationis libro tenere electorum suorum numerum, & singulos eorum sibi esse optimè cognitos; iuxta illud Apostoli, *Cognouit Dominus qui sunt eius.* Quod si quis roget cui proposito versus ille deseruiat, maximè si ad litteram de stellis corporalibus exponatur (vt fit in Paraphrasi & Commentario) dicimus, quoniam in præcedentibus dixerat dispersiones Israël congregandas in aedificationem Hierusalem, & sanandos infirmos, curandosque vulneribus faucios, ne cui ista magnum aliquid & quasi impossibile Deo videantur, sic dispersa posse colligere ex omnibus Gentibus, adducit exemplum de stellis corporalibus; quæ cùm plurimæ sint, & per firmamenti immensam latitudinem ab inuicem quàm maximo spatio distantes, sic tamen singulæ subsunt exactissimæ diuinæ cognitioni. Si verò mysticè exponas, continuatio manifesta est ex sequenti versu; vbi sapientiz Dei magnitudinem deprædicat dicens:

5. *Et sapientia eius non est numerus.*] Id est, Comprehendi non potest ab vlla mente creata: vel sic, vt significetur non esse numerum earum rerum quas Deus per sapientiam suam cognoscit. Nota autem Deum à S. Dionysio cap. 7. de Diuinis nominibus, & à S. Thoma in prima parte Quæst. 14. tripliciter dici sapientem & sapientiam: Primò *causaliter*, vt est causa omnis cognitionis tam parua quàm magnæ in Beatis,

ANNO-TATIONES COR- DERII.

Sancti ut stella lucet, & numerantur à Deo.

2. Tim. 2.

Quam incomprehensibilis & excellens sit Dei sapientia.

Nomen sapientia Deo tripliciter competit.

K k k k k 3

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.

in Angellis, in hominibus, in animalibus: quoniam etiam causa est illius tenuis cognitionis omnisque industriæ quæ est in illis.

Secundò *formaliter* dicitur sapiens, non vt sapientiã præditus & imbutus, sicut mentes Angelicæ, sed vt ipsa sapientia per se subsistens, in qua omnis plenitudo sapientiæ eminenter continetur. Per hanc quasi in primo signo rationis cum infinita claritate comprehendit essentiam, & processiones personarum, & ipsas diuinas personas. Deinde in secundo signo ex omni æternitate in omnem æternitatem extendit se actu & cum infinita claritate ad omnia possibilia, idque ex vi cognitionis essentiæ suæ. In tertio signo extendit se ad omnia quæ quælibet vis creata vel creabilis potest facere. In quarto signo extendit se ad omnia quæ essent euentura positã quælibet hypothesi, quæ dicuntur futura conditionata, & sunt infinities infinita. Nam circa quamlibet rem liberi arbitrij possunt circumstantiæ rerum infinities variari, & ipsa infinitis modis potest excitari. In quinto signo videt omnia futura absolute in omnem æternitatem cum omnibus circumstantijs.

Tertiò *excellenter* sapiens dicitur ob singularissimum & eminentissimum modum nulli creaturæ communicabilem. Cùm enim duo ad sapientiam requirantur, nempe lux intelligentiæ & obiectum quod intelligitur, ipse vtrumque in se habet in gradu eminentissimo, & cum perfectione infinita: nam ipsemet est infinita intelligentiæ lux per se subsistens, & ipsemet ex se est omne obiectum intelligibile, vel illud in ipso eminenter continetur: itaque nemini debet lucem intelligentiæ, nemini obiectum intelligibile. Ex quibus patet quàm incomprehensibilis & excellens sit Dei sapientia.

Deus susceptor mansuetorum & defensor.

6. *Suscipiens mansuetos Dominus.*] Non dixit, ait Chrysostomus, Opem ferens mansuetis, sed quod est longè maius, *Suscipiens*. Quid est autem *Suscipiens*? *Recreans, fouens, baiulans.* Vbi Deum pingit *πατήρ οὐλοσσορ*, amantem humanissimumque parentem, qui inexplicabili prouidentiã & charitate filiolos suos tractet, eisdemque blandiatur. Non est autem verendum, ne qui in diuino sinu sunt aliquid mali patiantur, cùm ad illos aduersæ fortunæ mucro non nisi per Dei latus & dulcissimam charitatem penetrare possit: in illius tutela sunt, ille protector eorum est, siue, vt Septuaginta Interpretes loqui solent, *ὀπισθεστής*, potens armiger, fidusque iatelles, qui latum & fulgurantem clypeum suum obtendit, ne quis nocere possit. Clamat sonorus Isaïas clarè: *Arguet in æquitate pro mansuetis terra.* Causas aget mitium, eosque defendet: si quis illudat, si calumniatur, si velit opprimere, arguet sceleratum, & maleficij conuinctum, pœnalque imponet flagitiosã voluntate conatuque dignissimas.

Isaïa 11, 4.

Pia lacryma sunt donum Dei.

8. *Qui operis calum nubibus, & parat terra pluuiam.*] Mysticè hæc pij fletus excellentem rationem declarant, & simul ostendunt pias lacrymas donum esse diuinum, & hunc fontem sacrum è cælo peti oportere. Deus enim verè est, *qui operis calum nubibus, & parat terra pluuiam*; illam videlicet animorum fœcundam, quam misericors Pater coronat anno benignitatis suæ. Nam nisi Auster ille diuinus flauerit,

homo non fluerit, sed consenescet *in terra deserta, inuisa & inaquosia*; in terra squalida, inmiùm arente, siticulosa, inamœna, sine succo deuotionis, sine fructu eximiarum virtutum, & vberima illa pinguedine, quam populo suo peculiari Deus olim pollicebatur.

Quomodo coruorum pulli sustentantur.

9. *Et pullis coruorum inuocantibus eum.*] Ponit hoc exemplum ad exactam Dei prouidentiam & liberalitatem declarandam. A varijs autem diuertimodè exponitur. Aliqui enim referunt pullos coruorum tamquam degeneres & parentum dissimiles tantisper deseri, & absque pabulo relinqui, donec plumis succrescentibus & paternum colorem referentibus, parentum ad se reuocent naturale studium: interim verò vel rore cæli, vel vermiculis in nido enascentibus pasci, vel certè absque omni cibo diuinã bonitate tantisper sustentari. Hæc autem pullos coruorum pascendi ratio in exemplum adferri solet, ad ostendendum quomodo Deus semper adlit rebus desperatis, & ijs qui relictis sunt ab hominibus, præsertim si in solo Deo spem suam collocauerint. Quod etiam alio loco considerans Psalmista dicebat, *Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.* Nam si ita coruorum pullis succurrit derelictis, quantò magis filijs hominum, cùm in similem venerint derelictionem. Vnde in Evangelio iubemur volatilia Dei respicere, & ex ijs prouidentiam Dei addiscere. De hoc autem pastu coruorum Iob ait: *Quis praparat coruam escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagantes eò quòd non habeant cibos?* In his tamen verbis nihil de illa pullorum derelictione indicatur; sed tantùm dicitur, clamantibus pullis Deum prouidere cibum parentibus, quem videlicet adferant suis pullis præ fame clamantibus. Vnde & præsens Psalmi locus eodem modo exponi potest. Illa enim coruorum inuocatio nihil aliud est quàm clamor, quem cùm præ cibi defectu è nido emittunt, quasi Deum nutritorem inuocant. vnde ex Hebræo S. Hieronymus *filys cornu clamantibus* vertit.

Psal. 26.

Matth. 6.

Iob 38, 41.

10. *Non in fortitudsne equi, &c.*] Ac si dicat: Non fortes eligit Deus & armis instructos, vt hostes suos deiciat & perimat, sed humiles, & sibi ipsis non fidentes vocat; vt quisque opus magnum videns, non brachium hominis, sed Dei potentiam ibi operatam esse animaduertat. Mirabilis profectò est hæc potentia humilitatis ad difficilia aggredienda & magna patranda: quia virtus illa quæ primo aspectu videbatur à magnis & arduis retrahere, ad res arduas & difficiles aggrediendas inuitat.

Deus humiles eligit ad magna operanda.

11. *Beneplacitum est Domino super timentes eum, &c.*] Notandum hîc in Hebræo nullam esse interpositam coniunctionem, vt ijdem intelligantur timentes Deum & qui sperant super misericordia eius. Vnde innuitur, nec posse vnum ab alio separari, nec filialem timorem à spe diuidi. Confirmatur hæc veritas ab Hugone ad hunc locum dicente: *Timorem spei coniunxit, quia non valet timor sine spe venia, nec spes sine præcedenti timore: aliter enim præsumptio esset.*

Timor Dei & spes coniungi debent.

IN PSALMVM CXLVII. ARGVMENTVM.


Ἀλληλία, Ἀγgaίis καὶ Ζα-
χαρίας.


Alleluia, * Aggæi & Za-
chariæ. * *Absit à
Vulgata.*

Εὐχαριστήσιμος καὶ εὐδὲ ἰσὺς τῆς ἰπα-
νότητος, καὶ ἄπο τῆς μερικῶν εἰς τὰ κα-
θόλου εισβάλλον, καὶ πείθει πάντας,
ὡς ὅσοις διεργατήσας ἀπάντων ἐστὶ
σωτήρ.

Hic quoque est gratiarum actionis pro
reditu, & à particularibus ad ea quæ uni-
uersalia sunt introducit, omnibusque per-
suadet, eum qui illis beneficia præstitit esse
omnium saluatorem.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α.  ΠΑΙΝΕΙ Ἰερουσαλήμ
τὸν κύριον· αἰνεῖ τὸν Θεόν
Θεο Σιών.

ι.  AVDA Hierusalem Do-
minum : lauda Deum
tuum Sion.

Δῆλον ὅτι ἄπο τῆς τῆ πόλιως τὰς ἐνοικ-
κῆντας σημαίνει, ὡς καὶ ὁ κύριος ἐν τῇ
Εὐαγγελίῳ λέγων· Ἰερουσαλήμ, Ἰερουσαλήμ,
ἡ διακτένεις τὰς προφῆτας. ἐδὲ γὰρ ἐκεῖ
αὐτὴ ἡ πόλις καὶ οἱ τοίχοι θρονοῦνται, ἀλλ' οἱ
ἐνοικῶντες. ὁμοίως ὁ προφήτης ὡς πρὸς αὐ-
τὴν (ὁρατὴ) τὴν πόλιν, τὸ ὄμοιον φυλάτ-
των χῆμα. ἐπιφέρει γάρ·

Clarum est quod per ciuitatem eius inco-
las significet, sicut etiam Dominus in Evan-
gelio dicens : *Hierusalem, Hierusalem, que
occidis Prophetas.* Non enim illic ipsa ciuitas
& muri eius deflentur, sed inhabitantes. Si-
militer hic Propheta quasi ad ipsam ciuita-
tem verba facit, similem loquendi formam
seruans. subdit enim:

*Matth. 23,
37.*

β. Ὅτι ἐνίχουσε ὁ Θεὸς μεχλοὺς
πάντων πυλῶν Θεο.

2. Quoniam confortauit * ve-
lites portarum tuarum: * *Vulgata
scras*

Ἄντι τῆ· ἐπειδὴ πολλὴν σοι παρέχει τῆ
λοιπῆ τὴν ἀσφάλειαν, ὡς μὴ αὐτὸς ἰσὺς
πολεμίων ἀνδραποδιῶται.

Id est: Quoniam tibi in posterum multam
dedit securitatem, ne iterum ab hostibus in
captiuitatem redigereris.

Εὐλόγησε ὁ Θεὸς ἕξ Θεο ἐν Θεο.

Benedixit * filios tuos in te. * *Vulgata
filijs tuis*

Ἄντι τῆ· ὅτι καὶ πολλὰς ποιήσῃ λοιπὸν
τὰς ἐνοικῶντας ἐν σοὶ ὁ Θεός. ἐ μόνον γὰρ σοι
ἀσφάλειαν, φησι, παρέχει, ἀλλὰ & τὰς ἐνοικ-
κῆντας πληθύνει, καὶ ἐπάγει τὴν αἰτίαν·

Id est: Deus etiam in te incolas tuos mul-
tiplicabit. Non solum enim, inquit, securi-
tatem tibi præstat, sed etiam inhabitantes
multiplicat, & causam subdit:

γ. Ὅτι πθεῖς τὰ ὄρεα Θεο εἰρή-
νῃ· καὶ σῆμαρ πυροῦ ἐμπιμπλῶν σε.

3. Qui * ponit fines tuos pacem:
& adipe frumenti satiat te. * *Vulgata
posuit*

Οὕτω γὰρ εἰώθησαν οἱ δῆμοι αὐξῆσαι,
ὅταν εἰρηνὴ πόλις, καὶ δὴθῆται. σῆμαρ
γὰρ πυροῦ ἐνταῦθα τὸν σίτον λέγει. ἄπο δὲ
τῆ σίτου πάντας τὰς καρπὰς λέγει τὰς ἐπι-
τηδείους ἀνθρώποις.

Sic enim solent populi amplificari, quan-
do nimirum ciuitas in pace degit, & prospere-
ratur. Adipem enim frumenti hoc loco vocat
ipsum frumentum. A frumento autem omnes
fructus intelligit qui hominibus utiles sunt.

*In pace
florent om-
nia.*

δ. Ὅτι ἀποσέλλων τὰ λόγια,
αὐτὸς τῇ γῆ· ἕως τάχους δραμεῖται
ὁ λόγος αὐτοῦ.

4. Qui emittit eloquium suum
terræ : velociter currit sermo
eius.

Ἐντεῦθεν λοιπὸν ἄπο τῆς μερικῶν ἐπὶ
τὰ καθόλου ἐξέρχεται. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὅτι
παρέχει σοι τῇ πόλει καὶ ἀσφάλειαν & ἰ-

Hinc deinceps à particularibus ad gene-
ralia digreditur. Postquam enim dixerat eum
ciuitati tuæ securitatem & abundantiam
præbere,

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

præbere, necessariò subiungit illum eumdem esse qui vniuersæ terræ imperat; & verbum seu præceptum eius velociter terram peruadere, eamque præparare ad proferendos fructus ijs quibus ipse mandauerit. Deinde ait:

5. Qui dat niuem sicut lanam:

Deo facile est rem quamlibet mutare in aliam.

Rursus etiam hîc dicit vnus rei in alteram conuersionem, non ipsam rei de nihilo productionem. Significat nempe, Deum quoque ipsos in captiuitate existentes ad prosperitatem traduxisse. Quemadmodum, inquit, etiam ex aère præexistente vertit & facit aliquando quidem niuem, aliquando verò pluuiam, aliquando verò ventos, aliquando verò aliquid aliud, prout illi visû fuerit. vnde etiam id quod sequitur est eiusmodi. subdit enim:

Nebulam sicut cinerem spargit.

Rursus nebula ex ipsa terra exhalatur, & fit ex aliquo quod existit: & cum nebula pulueri non absimilis videatur, & vt simul productionis eius facilitatem declaret, ita intulit: Quod sicut homini facile est cinerem spargere, ita Deo facile sit è terra nebulam atrahere & expandere.

6. Mittit crystallum suam sicut buccellas:

Atque hoc iterum fit ex aliquo. Pluuiam enim congelata in crystallum conuertitur. Et rursus huiusce rei facilitatem insinuans subiunxit, *sicut buccellas*. Sicut enim nobis facile est buccellam dirumpere; ita quoque Deo facile est aquam in niuem commutare. Et subdit:

Ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Ceterum, inquit, aërem quoque temperatum cum voluerit tam frigidum reddit, vt neque respirandi locus sit: aliquando verò iterum reddit ipsum temperatum.

7. Emitteret verbum suum, & liquefaciet ea:

Id est: Ea quæ fecerat, glaciem inquam & niuem, iubet rursus liquefcere: quomodo & quam ratione subiungit.

Flabit spiritus eius, & fluent aquæ.

θρηϊαν, ἐπιφέρει ἀναγκασίως ὅτι αὐτὸς δὲ ὄζειν ὁ πάση τῇ γῆ φερσάττων· Ἐὖ ὁ λόγος αὐτῷ ἵππι τὸ φερσάγμα αὐτῷ δὲ τὰ χεῖρα ἐπὶ τῇ γῆ χωρεῖ, καὶ ὠδρασκιάζει τὴν γῆν δέναι τὰς καρπὰς οἷς ἀν' αὐτὸς φερσάξειεν. εἶτα λέγει·

ε. Διδύντες χιόνα ὡσεὶ ἔριμον·

Πάλιν καὶ ἐπαύθη τὴν ἐκ τῷ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τρεπὴν λέγει, ἢ τὴν ἐκ τῷ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι ὠδρασκίαν. αὐτίκῃ γὰρ, ὅτι ἐν αὐτῷ ὄντας ἐν ἀιχμαλωσίᾳ μετέβαλον ὁ θεὸς εἰς ἀποκατάστασιν. Ὡς αἶμα, φησὶ, καὶ ἐκ τῷ ὄντος αἶμας γίνεται ἢ ποιεῖ ποτὲ μὲν χιόνα, ποτὲ δὲ ὑετὸν, ποτὲ δὲ ἀνέμους, ποτὲ δὲ ἄλλο τι, φερὸς τὸ δοκεῖν αὐτῶν. ὅθεν καὶ τὸ εἶναι ποιεῖν ὄζειν. ἐπάγει γὰρ·

Ὁμίχλιον ὡσεὶ ἀποδὸν πᾶσιν ὄντων.

Πάλιν ὀμίχλιον εἶναι αὐτῷ τῆς ἀναδιδόταται, ἢ ἐκ τῷ ὄντος εἰς τὸ ἐν γίνεταί. Ἐπειδὴ κοινὸν τῶν ὀμίχλιον καὶ ἀμα τὸ δίκαιον τῶν γνομῶν σημαίνει, ἢ ἕως ἐπίπνευσι· ὅτι ὡς αἶμα ἀναδιδόταται δίκαιον ὄζει ἀποδὸν, ἢ ἕως τῶν θεῶν δίκαιον ὄζει ἐκ τῆς γῆς ὀμίχλιον ἀναδιδόταται καὶ ἀναπλάσσει.

ς. Βάλλοντες κρύσταλλον αὐτοῦ ὡσεὶ ψωμῆς·

Καὶ τὸ τοῦ πάλιν ἐκ τῷ ὄντος γίνεταί. ψυχθεῖς γὰρ ὁ ὑετὸς εἰς κρύσταλλον μεταβάλλεται. καὶ πάλιν τὸ δίκαιον τῶν γνομῶν μινύειν ἐπιτήρησι, ὡσεὶ ψωμῆς. ὡς γὰρ ἡμῶν δίκαιον ὄζει τὸν ψωμὸν ἀναδιδόταται· ἢ ἕως δίκαιον τῶν θεῶν τὸ ὑετὸν καὶ εἰς χιόνα μεταβάλλεται. καὶ ἐπάγει·

Κατὰ πρόσωπον ψυχῆς αὐτοῦ τίς ὑποστήσεται;

Τὸν δὲ αἶμα, φησὶ, τὸν δίκαιον ὅτι βέλτεται ποιεῖ ψυχρὸν ἕως, ὡς μηδὲ τῶν παρὰ φύσιν τῶν χιόνων εἶναι· ποτὲ δὲ πάλιν αὐτὸν εἰς δίκαιον φέρει.

ζ. Ἀποσελεῖ τὸν λόγον αὐτῷ, καὶ τήξει αὐτὰ·

Τετάρτη· ἀ δὲ ἐποίησε, κρύσταλλον φημι ἢ χιόνα, πάλιν φερσάττει καὶ ἐκτίκει αὐτὰ· πῶς καὶ τίνα τρεπὸν ἐπιφέρει.

Πινύσει τὸ πνεῦμα αὐτῷ, καὶ ῥυήσει ὑδάτα.

Αἴμα

Ανεμοι γάρ, φησι, επιφέρει τη χροι
νότη, η άλλων πια κρύουσα, και λύεται
ταυτα πάντα τα κρυσαλλώδη, και γίνεται
υδωρ. το γδ πνυμα αυτε ενταυθα τον ανε-
μοι αυτε λεγα.

Ventum enim, inquit, immittit niui, scili-
cet Austrum, vel aliquem alium calorem, at-
que omnia alia ista quæ congelatâ fuerant
resoluuntur, & fit aqua. Nam spiritum eius
hoc loco vocat ventum eius.

PARA-
PHRASIS
ANONY-
MI.

η. Ο απαγγελλων το λογον
αυτε το Ιακωβ,

8. Qui annuntiat verbum fuit in
Iacob,

Ουτος, φησι, ο τα καθολικα εργαζομενος,
αυτος δεδωκε και το Ισραηλ παροσταγμα
ως επανελθειν. παλιν γδ το λογον αυτε το
παροσταγμα αυτε λεγα.

Iste, inquit, qui hæc generalia præstat,
idem quoque dedit mandatum Israël vt re-
uerteretur. Rursus enim verbum eius præce-
ptum eius vocat.

Demus Israël
li pro ceteris
benefec-
cit.

Δικαιωματα και κριματα αυτε
το Ισραηλ.

* Iustificaciones & iudicia sua
Israël.

* Vulgata
Iustitias

Ουτως, φησι, πεποικων, απολαυσαι τον
Ισραηλ η αυτε δικαιοσυνης η η κρισεως,
δι ης κατεκρινε Βαβυλωνιες, και απεδωκεν
Ισραηλιταις τα οικια.

Hoc modo, inquit, effecit, vt Israël iusti-
tiae iudicijque particeps existeret, dum Ba-
bylonios condemnauit, Israël verò propria
sua restituit.

θ. Ουκ εποισεν ετως παντι
εθνη· και τα κριματα αυτε οση
εδηλωσεν αυτοις.

9. Non fecit taliter omni na-
tioni: & iudicia sua non manife-
stauit eis.

Ουκ εστι, φησι, ορειν ταυτα διεργαθη-
ματα εν αλλω εθνη. της μδρ γδ κοπης φησι
εκειτη προσοιας η διεργασιας απολαυει ο Ισ-
ραηλ η τα λοιπα εθνη· εξαίρετον δε προσ-
οιας και διεργασιας δηλονοτι παντα ονο-
μαζει τα ωει τον Ισραηλ υπαρχαντα, οισιν
ε μόνον τω νω ενανθοσ, αλλα και τω
εξ αρχης διεργασιας· λεγω δη τω εξ Αι-
γυπτου εξοδος, τω δε ε εμβρας θαλασσης
παροδος, τω εν ερημω ξοφλω, τω τε νόμο
δωση, τω η προσοιας δεχταξην, και ει η
αλλο κατ εξαίρετον υπηρχεν αυτοις αγαθον.

Non licet, inquit, in alia natione talia be-
neficia reperire. Siquidem Israël non com-
muni cum ceteris Gentibus prouidentia be-
neficientiaque fruitur, sed ea omnia quæ scili-
cet Israël acciderunt singularem quamdam
& eximiam nuncupat prouidentiam benefi-
centiamque, non solum reditum modernum,
verum etiam illa beneficia quæ a principio
accepit, dico egressum ex Ægypto, transitum
per mare Rubrum, cibum in deserto, legis do-
nationem, ordinem sacerdotalem, & si quod
aliud eximium ipsis bonum concessum fuit.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

α. **Ε**ΠΑΙΝΕΙ ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ ΤΟΝ
ΚΥΡΙΟΝ.] Ου προς την πό-
λιν, αλλα προς τους εν οικου-
ντας αποτινει τον λογον· και ωδραπει καν-
ταυθα πας, ωσθ η διεργασια αναφειρεν δι-
χαιειας το εθνη, ε μητε ασφαλεια ωρι-
βλων, μητε οικοδομας θαρρειν, αλλα τη
αυτε προσοια. Τι δε δεξι μοχλευσεν ενιχυ-
σει, ε ασφαλεια, φησι, κρησεσων, α χειρω-
των εποισεν.

1. **Β**A V D A H I E R V S A L E M
D O M I N V M.] Non ad ciuita-
tem, sed ad eos qui in illa habitant
dirigit orationem, atque hic etiam hortatur
vt gratiarum adiones Deo pro beneficijs ofi-
ferant, & neque in tutelâ mœniorum, neque
in ædificijs, sed in Dei prouidentia fiduciam
habeant. Quid autem est *seruus tuus confortatus*?
In tuto, inquit, te collocauit, fecit in-
expugnabilem.

Excitas Ie-
rosolymas
ad laudem
Dei & gra-
tiarum a-
dionem.

β. ΕΥΛΟΓΗΣΕ ΤΟΥΣ ΥΙΟΥΣ ΣΟΥ ΕΝ
ΣΟΙ.] Τυτες εν εις πληθος επιδανα πα-
ποιικα, και το εν σοι δε ετερα διεργασια.

2. BENEDIXIT FILIOS TVOS IN TE.] Id
est: Fecit crescere in magnam multitudinem.
Quin & illud *in te* est alterum beneficium.

COM-
MENTA-
RIVS HE-
RACLEO-
T.Æ.

Non enim errantes & disperfos, sed in te congregatos fecit crescere. Ecce & aliud augmentum.

3. QVI PONIT FINES TVOS PACEM.] Quasi dicat, Te ab inimicis liberauit. Fieri enim potest vt & in tuto sint, & multi sint, tamen bello vexentur: sed ab his quoque insidijs liberauit non solam ciuitatem, sed & fines eius. Deinde etiam aliud narrat beneficium, nempe magnam anni fertilitatem & vberem terræ fructuum prouentum: hîc etiam ipsos docens non terræ nec aëris naturæ, sed eius prouidentiae omnia adscribere. Et non dixit *frumentum*, sed *adipem frumenti*, magnam ostendens prosperitatem. Adeps enim frumenti id quod in fructu pinguisimum est declarat, scilicet optimum frumentum. Vberissima enim sunt dona Dei. Et non simpliciter daturum dixit, sed copiosè. Non enim dixit *qui dat*, sed *qui satiat te*. Per frumentum autem omnes fructus intelligit.

Deus solo imperio eius ita producit.

στερον ἐξηκείνου εἰδὸς. Μὴ ἐχὶ τὸ το δπό-
κῶνται παρ' ἐμοί, τῆς τὸ θηριῶδης; αὐτῶν
καὶ μακρόν, καὶ οἷς μέλλουσιν ἐχειρεῖν λυ-
τῆς καὶ τὸ σωτήρος αὐτῶν. ἀλλ' ὅμως,
φῆσιν, ἀναβάλλομαι, καὶ δίδωμι χάρισ τῶ
αὐτοῦσι, ἀναμύων τὴν παρὰ.

λε'. Ἐν ἡμέρᾳ ἐκδικήσεως ἀν-
ταποδώσω, ἐν καιρῷ ὅταν σφαλῆ
ὁ πῆξ αὐτῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τότε γδ αὐτῶς, φῆσιν,
εἰς παρὰ δέξομαι δίκην, ἔσθ' τελείως αὐτῶς ἐπί-
σω τὸν δλαθρον, ἔσθ' ὁρθῶς μὴ δέλωσι
βαλεν, ἀλλὰ τῆ δδίας ὡδρα παρὸν ὁδῶ,
καὶ ἐγὼ, ἡρῶν) τὸ ἐκ χέαι αἵμα.

Ὅπ' ἐγὼς ἡ ἡμέρα ἀπωλείας
αὐτῶν, ἔσθ' παρὰ ἐστὶν ἔτοιμα ὑμῖν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὰ παρὰ πᾶσι πᾶσι
μαρτυροῦν τὰ πολλοῖς ὕστερον ἐσόδωρα χέροις ὡς
παρὸν καὶ ἐγγύς τῶ θωρεῖ, ἐγγύς λέγουν τῆ
ἀπωλείας αὐτῶν τὴν ἡμέραν καὶ τὴν κλησῶν
τῆ ἐθνῶν ἐτοιμοτάτῃν γῆσεαδ.

λς'. Ὅπ' κενεῖ κύριος τὸν λαὸν
αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τοῖς δέλοις αὐτῶν πα-
ρακληθῆσεται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Κατακληθῆσεται γάρ,
φῆσιν, τὸ ἴδιον λαὸν, καὶ κατακερεῖ αὐτῶς, καὶ
ἐπὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πᾶσι ὡδρα κληθῆσε-
ται. δέλοις γδ αὐτῶν ἐκείνου φῆσιν. ἡ καὶ
τὸς Ἰσραηλίτας ἐλεῶσθ, καὶ ἐκ εἰς τέλῃ
ἀπέσεται τὸν λαὸν αὐτῶν.

rum nefaria facinora sectantur ex diabolo
apostata videntur oriundi.

33. * Furor draconum vinum
eorum, & * furor aspidum insa-
nabilis.

ΑΝΩΝΥΜΙ. Aestum carnalium volupta-
tum vinum draconum dixit, & inobedientiae
tyrannicum ac superbum despectum vinum
aspidum nuncupavit. Ista enim fera, ut
aiunt, praeter omnibus alijs feris terrae aures
obstruit ad incantationes, superbia quadam
incantantes despiciens.

34. Nonne * ecce haec condita
sunt apud me, & signata in thesau-
ris meis?

ΑΝΩΝΥΜΙ. Symmachus manifestius
explanans reddidit: *Nonne hoc repositum
est apud me?* nimirum eorum feritas & ho-
micideum, & quae aggressuri sunt rabie per-
citi adversus Salvatorem suum. Verumta-
men, inquit, procrastino & locum do liberta-
ti, actum expectans.

35. * In die ultionis retribuam
in tempore, * quando labetur pes
eorum.

ΑΝΩΝΥΜΙ. Tunc enim, inquit, ab ipsis
penam exigam, & tandem ipsis adferam in-
teritum, cum recte nolint incedere, sed a
recta via declinent, & prompti sint ad effun-
dendum sanguinem.

* Quoniam prope est dies
perditionis eis, & adsunt parata
vobis.

ΑΝΩΝΥΜΙ. Prophetico spiritu quae mul-
tis post temporibus futura sunt tamquam
praesentia & propinqua contemplatur, dicens
prope esse diem perditionis eorum, & voca-
tionem Gentium paratissimam fore.

36. * Quoniam iudicabit Do-
minus populum suum, & in ser-
uis suis * consolabitur:

ΑΝΩΝΥΜΙ. Nam proprium, inquit, po-
pulum iudicabit, & condemnabit eos, & in
his qui ex Gentibus crediderint consolabi-
tur. Servos enim eius dicit illos. Vel etiam
Israelitae miserabitur, & non in finem repel-
let populum suum.

CATE-
NA PA-
TRVM.
* Vulgata
Fel
* venenum
aspidum
insanabile.

* Abest à
Vulgata.

* Vulgata
Mea est
ultio, & ego
* ut laba-
tur

* Vulgata
Iuxta est
dies perdi-
tionis, &
adesse festi-
nant tem-
pora.

* Abest à
Vulgata.

* misere-
bitur:

* Vidit

CATE-
NA PA-
TRVM.

* *Vulgata*
Videbit
quod infir-
mata sit
manus, &
clausi quo-
que defe-
cerunt, re-
fiduique
consumpti
sunt.
Philip. 4,
13.

* Vidit enim dissolutos eos & deficientes in obductione & remissos.

ANONYMI. Obductio est tempus ultionis; quemadmodum per quemdam Prophetam ait, Quid facies in die obductionis? Vidit igitur ipsos secundum illud tempus penas pendere, & nullum robur habere. non enim dicere poterant: *Omnia possum in eo qui me confortas* Christo: & in Deo meo faciam virtutem. Ceterum debilitatem animæ secuta est extinctio virtutis.

* *Vulgata*
dicet:
* habebant
fiduciam?

37. Et * dixit Dominus: Vbi sunt dij eorum, in quibus * fidebant in eis?

* De quorum victimis comedebant adipem, & bibebant vinum libaminum, furgant, & opulentur vobis, & in necessitate vos protegant.

38. * Quorum adipem sacrificiorum eorum comedebatis, & bibebatis vinum libaminum eorum, exurgant & auxilientur vobis, & fiant vobis protectores.

Ier. 11, 11.

ANONYMI. Hæc etiam ceteri Prophetæ, & præsertim Ieremias in eorum impietatis reprehensionem exprobrando protulit. ait enim: *Quamobrem hac dicit Dominus: Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt ex eis: clamabunt ad me, & non exaudiam eos. Et ibunt ciuitates Iuda & habitatores Hierusalem, & clamabunt ad deos quibus ipsi * adolent eis, & non saluabunt eos in tempore malorum eorum, & reliqua.*

* *Vulgata*
libant

* *Vulgata*
Videte
quod ego
sum solus,
& non sit
alius

39. * Videte, videte, quia ego sum, & non est Deus præter me:

ANONYMI. Hoc est, Tua defectio erudit te, & prauitas tua redarguet te. Et quoniam cum feliciter ageres non cognouisti benefactorem & bonorum largitorem, castigatus disce eum qui inexorabiles plagas vobis infligit, è quibus eorum qui vobis dij visi sunt nemo vos liberauit.

* *Vulgata*
addit ego

Ego occidam, & * viuere faciam: percutiam, & ego sanabo:

SEVERI. Omnia enim, inquit, ad vestram salutem refero; & propter eam penas in hac vita à peccatoribus exigo, vt per pœnitentiam ipsis vitam largiar, quæ est agnitio pietatis.

Εἶδε γὰρ αὐτοὺν ἀσθενήσαντα καὶ ἐκλελειπόμενον ἐν ἐπαγωγῇ ἔκ παρεμύχου.

ANONYMOI. Ἐπαγωγή ἐστὶ τῆς ἐκδικήσεως ὁ καιρὸς· καθά φησι δι' ἑρμ. τῆς περὶ φησὶ, τί ποιήσεις ἐν ἡμέρᾳ ἐπαγωγῆς; ἐθαύσατο τοῦτω αὐτὸς κατ' ἐπέσο τῆς καιρῆς δίκας εἰς σφραγισμένους, καὶ μηδεμίαν ἔχοντας ἰσχύω. Οὐ γὰρ λέγεισ' ἡδύνατο· πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμωθέντι με Χριστῷ· καὶ ἐν τῷ θεῷ με ποιήσωμαι δύναμι. ἐπηκολύθησε δὲ τῇ τῷ ψυχῆς παρῆσι ἢ τῷ δυνάμει νεκροῖσι.

λζ'. Καὶ εἶπε κύριος· πῶ εἰσὶν θεοὶ αὐτῶν, ἐφ' οἷς ἐπέποιθησαν ἐπ' αὐτοὺς;

λη'. Ὡς τὸ σῆμα τῶν θυσιῶν αὐτῶν ἠδῶτε, καὶ πίνετε τὸν οἶνον τῶν ποδῶν αὐτῶν, ἀναστήτωσαν ἔθνη ἀτάτωσαν ὑμῖν, καὶ ἡμηθήτωσαν ὑμῖν σκεπασαί.

ANONYMOI. Ταῦτα καὶ οἱ λογποὶ περὶ φησὶ, καὶ μάλιστα Ἰερემίας εἰς ἔλεγχο τῆς ἀσθενείας αὐτῶν ὁνειδίσει περὶ σφραγῆ. ἔφη γὰρ· Διὰ τῆτο τάδε λέγει κύριος· Ἰδὲ ἐγὼ ἐπάγω ἐπ' αὐτοὺς κακὰ, ἔξ ὧν ἂν δυνήσονται) ἐξελθεῖν ἐξ αὐτῶν· κενεῖται) πρὸς με, ἔκ ἐκ εἰσακόμενοι αὐτῶν. καὶ πορεύσονται πόλεις Ἰούδα ἔκ οἱ κατεκείνται Ἰερουσαλήμ, καὶ κενεῖται πρὸς τὰς θύρας ἐκ αὐτῶν θυμῶσιν αὐτοὺς, ἔκ ἐκ μὴ σώσεσιν αὐτοὺς ἐν καιρῷ κακῶν αὐτῶν, καὶ τὰ ἐξῆς.

λθ'. Ἰδετε, ἴδετε, ὅτι ἐγὼ εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς πλὴν ἐμοῦ.

ANONYMOI. Τετίσι, Παιδῶσὶ σε ἢ ἀποστασία σου, ἔκ ἐκ κακία σου ἐλθήσει σε. καὶ ἐπιδήσεισ' ἔκ ἐκ τῶν ἐργῶν τὸν ἀεργέτω καὶ τῶν ἀγαθῶν τὸν χορηγόν, πτωχῶν μὴ θανε τὸν ἀποστατήτως ὑμῖν ἐπαρῶν τὰς πληγὰς, ἔξ ὧν ὑμῶς ἐδέει ἐρῶσασατο τῆς δόξαν τῶν ὑμῖν ἐπὶ θῶν.

Εἰ γὰρ ἀποκτενῶ, ἔκ ζωὴν ποιήσω· παύσῶ, καὶ γὰρ ἰάσομαι.

ΣΕΒΗΡΟΙ. Πάντα γὰρ, φησὶ, εἰς σωτηρίαν ὑμῶν παρακαλέωμαι, καὶ διὰ τῆτο εἰς σφραγισόμεαι δίκας ἐν ταῦτα τὰς ἀμαρτανοντας, ἡα δὲ τῷ μετανοίας αὐτοῖς χαρίσωμαι ἢ ζωὴν, ἢ τῆς ἐκ τῷ ἀσθενείας ἢ γῶσιν.

Τὺς

Τὸς θανατηφόρους τῆ ἀσεβείᾳ, πρὸς μὴ
 κίβη κακὸν ποιεῖν, τὸς αὐτοὺς λίγους ζωο-
 ποιεῖσθαι διὰ τὸ ὀρθῆς πίστεως ἔσθ' ἀγαθοῦρ-
 γίας. Τοιαῦτος γὰρ ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ὑποκτυπὸν
 ἵνα ζωοποιήσῃ, καὶ παταύσῃ ἵνα ἰάσῃται·
 αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ὑποκτυπὸν
 ἐπιστρεφθεὶς ἐπαπορθεύμενος συμ-
 φερεῖ, ἔσθ' ἡ ψυχὴ τὰς νόσους ἰώμενος, μηδε-
 νὸς τὸ ὠδύνασθαι ῥύσασθαι διωαμῶν τὸς ὑπὲρ
 ἡμῶν πικρῆς εἰσφρατῆσθαι.

Καὶ οὐκ ἔστιν ὅς ἐξελεῖται ἐκ
 τῶν χειρῶν μου.

SEVERI. Τίς γὰρ ἢ ἰχρὸς ἀκροῦς
 ἀπὲρ τῆς ἀπὲρ χειρῶν τὸν ἀπαξ ὠδύνασθαι
 πικρότατα ἀπαγαγεῖν;

μ'. Ὅπ' ἀεὶ εἰς τὴν ἕραν
 τὴν χεῖρά μου, ἔσθ' ὁμῶμαι τῇ δε-
 ξιά μου, καὶ ἐγὼ, ζῶ ἐγὼ εἰς τὸν
 αἰῶνα.

ΚΥΡΙΑΔΟΥ. Χεὶρ καὶ δεξιὰ τῆ Πα-
 τρός ὁ υἱός, ἐν ᾧ ἐστρέψῃ τὸν ἕραν
 καὶ ἐθεμελίωσεν τὴν γῆν. δεξιὰ ἔσθ' ἡ χεὶρ
 τῆ Πατρός ὁ υἱός, ὡς φησὶν ὁ Δαβὶδ· δε-
 ξιά κυρίου ἐποίησεν δύναμιν. καὶ ὠδύνασθαι
 ἡμῶν δὲ ἀντιλάβῃ ἡ δεξιὰ σου. τὸ δὲ, ἀεὶ
 εἰς τὸν ἕραν τὴν χεῖρά μου, ὁμοίον ἔστι
 πρὸς λίγους ὑπὲρ τῆ μακαρίας Δαβὶδ·
 ὑψώθητι ἡ δεξιὰ σου. ἔδει γὰρ καὶ τὸ ἀν-
 θρώπων τὸν υἱὸν τῆ ἀνθρώπου ὑψώθηται,
 δεξιὰν ὡς τῆ Πατρός. Δείκνυσι δὲ αὐ-
 τὸν κατὰ τὴν δεξιὰν Θεὸν ἐκ Θεῶν μόνου,
 καὶ ὁμοῖον, καὶ μᾶλλον διωαμῶν, καὶ
 ἐξουσίας καὶ κυριότητος. τὸ γὰρ, ὁμῶμαι τῇ
 δεξιᾷ μου, τὸτο ἐμφαίνει. ἐπὶ γὰρ ἐκ εἶχε καὶ
 μεῖζονος ὁμῶσαι, ἢ φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ἔμυσεν
 κατὰ ἑαυτὴν. χαρακτήρ ἔστι τῆς τῆ Πατρός
 ὑποστάσεως, καὶ υἱός, ἔσθ' εἰκὼν ἀπαράλλακτος,
 ἔλον ἐν ἑαυτῷ δεικνύς τὸν πατέρα. ὑποδείκ-
 νυσι δὲ αὐτὸν καὶ συναϊδίον, ἔσθ' ἕρποντα εἰς τὸν
 αἰῶνα μὴ ἢς ὑψοῖ δεξιᾶς. αὐτὰ δὲ γρηγο-
 ρά, φησὶν, ὅταν ὑμῶν πικρῆσθαι τὴν ἐμὴν
 ὠδύνασθαι δεξιάν, ἵνα γινώσκῃς ὡς
 ἐκείνους βυβλήσθαι ἐμῇ ἐπαπύσασθαι αὐτὴν δι
 ὑμῶν τὸς ὑποσφραγίσθαι, καὶ μὴ δεξιὰς
 αὐτῶν.

μά. Ὅπ' παρῆξιν ὡς ἀσφα-
 λῶ τὴν μάχαιράν μου, καὶ ἀνδρ-
 ἔσθαι κείματ' ἢ χεῖρ μου. ἔσθ' ἀν-

ΤΟΜΟΣ ΙΙΙ.

Eos qui ob impietatem mortui sunt, ut ne
 amplius malum committant, eosdem dici-
 mus viuificari per rectam fidem & per bo-
 nas actiones. Talis enim est bonus Deus
 dum occidit ut viuificet, & percutit ut sa-
 net; siquidem ipse dolere facit, & rursum
 recreat, calamitates inflictas corrigens, &
 animæ morbos sanans, cum nullus pe-
 nitus à me eos qui penas luunt liberare
 possit.

CATE-
 NA PA-
 TRVM.

Et non est qui * eruat de mani-
 bus meis.

* Vulgata
 de manu
 mea possit
 eruere.

SEVERI. Quis enim inuito ipsi possit
 cum qui semel in manus eius incidit eri-
 pere?

40. * Quoniam leuabo in cælum
 manum meam, & iurabo dexte-
 ram meam, & dicam, Viuo ego in
 æternum.

* Vulgata
 Leuabo ad
 cælum ma-
 nū meam,

CYRILLI. Manus & dextera Patris
 est Filius, per quem cælum firmavit & ter-
 ram fundauit. Dextera & manus Patris Fi-
 lius est, ut Dauid ait: *Dextera Domini fecit*
virtutem. & rursus: *Me autem suscepit dex-*
tera tua. Porro istud, *Leuabo in cælum ma-*
num meam, simile est isti quod à beato Dauid
 dictum est: *Exaltetur dextera tua.* Oportet
 enim secundum humanitatem Filium
 hominis extolli, cum sit dextera Patris.
 Ostendit autem ipsum in quantum erat dex-
 tera esse Deum ex solo Deo, & consubstan-
 tialem, & vnus virtutis, ac potestatis ac do-
 minationis. Hoc enim declarat istud, *Iurabo*
dexteram meam. Cum enim non haberet
 maiorem per quem iuraret, ut ait Apostolus,
 iurauit per semetipsum. Siquidem character
 est substantiæ Patris, & Filius, & imago im-
 mutabilis, totum in semetipso ostendens Pa-
 trem. Ceterum demonstrat etiam ipsum esse
 coæternum, & viuentem in sæculum cum dex-
 tera quam extollit. Hæc verò, inquit, sicut
 quando vos puniam qui meam dexteram vi-
 tuperastis, ut cognoscatis ipsam se libentissime
 ex voluntate mea humiliasse propter vos qui
 auersi estis, & minimè ipsam recepistis.

Psal. 117.

Psal. 62.

Psal. 88.

41. * Quia exacuiam ut fulgur
 gladium meum, & * arripuet iu-
 dicium manus mea: * & red-

* Vulgata
 Si acuerit
 arripuet
 reddam
 ultionem
 hostibus
 meis,

T r r r r

dam

CATE-
NA PA-
TRVM.

dam vindictam inimicis, & his qui oderunt me retribuam.

ANONYMI. Gladium vocat viciscendi potentiam: quandoquidem gladius est bellicum instrumentum & ad hostes viciscendos accommodatum. Ceterum Dei gladius inuisibilis ac spiritalis existit. Ait enim Propheta: *Inebriatus est gladius Domini in celo.* Hunc dicitur acueri ut fulgur, splendorem eius ostendens, & quod omnibus manifestus sit. Tunc etiam arripit iudicium manus mea. Si quidem omne iudicium tradidit Filio, ut omnes honorent Filium, sicut honorant Patrem: & potestatem dedit ei faciendi iudicium. Quale autem sit illud iudicium ipsemet in Evangelio declarat:

Isaie 34, 5.

Ioan. 16, 11.

De iudicio autem; quia princeps huius mundi iudicatus est. Nam cum inuisibiles potestates & horum praesidem diabolum profligasset, liberos nos dimisit.

* Vulgata
omittit.
* deo-
ra-
bit

42. Inebriabo sagittas meas * à sanguine, & gladius meus * comedet carnes,

ANONYMI. Nam cum Iudæos puniisset qui in eum debacchati fuerant, ipsosque Caesari tradidisset; quem Regem inscripserunt, implevit sagittas sanguine eorum qui extremam captiuitatem perpeffi sunt. Sensibilis quoque gladius esse possint, enses Romanorum, qui ac si animati fuissent carnes deuorabant, obuios quosque perimendo. Spiritalis verò gladius est verbum Dei. siquidem de hoc Apostolus ait: *Et gladium spiritus: quod est verbum Dei.* Hic gladius in nobis passiones absumpsit, atque ea quæ carnis sunt opera deuorauit. *Non enim permanebit spiritus meus in ipsis,* inquebat Deus, quia carnes sunt; id est, carnalem sensum habent: neque quidquam aliud sunt quam caro, quam Verbum adueniens absumpsit spirituales nos efficiens.

Ephes. 6, 17.

Gen. 6, 3.

* Vulgata
cruore
* addit de
* nudati
inimico-
rum capi-
tis.

De * sanguine occisorum & * captiuitate * à capite Principum Gentium.

ANONYMI. Admiscet quoque gladium spiritalem ac sensibilem; hunc quidem dicens plenum esse sanguinis eorum qui in acie occubuerunt, & in seruitutem redacti sunt; illum verò, spiritalem dico, inebriatum esse à capite Principum Gentium. Propterea

ταποδώσω δίκην τοῖς ἐχθροῖς, & τοῖς μισοῦσί με ἀνταποδώσω.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μάχαιραν φησι τὴν πτωρητικὴν δύναμιν· πολυμικρὸν γὰρ καὶ ἐκδικητικὸν σκεῦος ἡ μάχαιρα ἐπὶ τὰς ἐχθρούς. ἡ δὲ τὴ θεῷ μάχαιρα ἀόρατος ἐστὶ καὶ πνιδματικὴ. φησι γὰρ ὁ Περσὸς· ἰμεθύθη ἡ μάχαιρα κελὲ ἐν ἐρατῷ. ταῦτ' ἔλεγε φησὶ παροξύνειν ὡς ἀσραπὴν, τὸ λαμπερὸν αὐτῆς καὶ ἐπιφανὲς ἐν τοῦ κυνύμυθος, καὶ ὡς ἰσχυρὰ δὴλον. τίτε καὶ ἀντίκειται κείματός ἡ χεὶρ μου. ἀπάσαν γὰρ τὴν κελὸν δέδωκα τῷ Ἰσραὴλ, ἵνα πάντες πτωσοὶ τὸν Ἰσραὴλ, καθὼς πτωσοὶ τὸν πατέρα· καὶ ἔξουσία ἐδωκεν αὐτῷ κελὸν ποιεῖν. ποίε δὲ κρίματός αὐτοῦ ἐν εὐαγγελίοις φησὶ· ἀλλ' ὁ δὲ κρίσιως· ἐπὶ ἀρχῆς τῷ κόσμῳ κείματα. κατὰ γένεσιν γὰρ τὰς ἀόρατας δυνάμεις ἐν τῷ τέτρωτο φερούσῳ δαβόλον, ἀνῆκεν ἡμᾶς ἐλευθεροῦ.

μβ'. Μεθύσω τὰ βέλη μου ἀφ' αἵματός, καὶ ἡ μάχαιρά μου φάγεται κρέας.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τιμωρησάμενος γὰρ τὸς Ἰουδαίους ἐμπροσθέντα αὐτῶν, καὶ ἐκδὲς αὐτῶν Καίσαρι, ἐν ἰππευγέλαντο βασιλείᾳ, ἐπέπλησεν αὐτῶν τὰ βέλη τῷ αἵματός, τὴν ἐχθρὴν ὑπομενάτων ἀλλοσιν. καὶ εἶη ἀναιδητὴ μάχαιρα ἣν Ῥωμαῖοι τὰ ξίφη, ἀπὸρ ἐὼς ἐμψυχα τὰ κρία κατὰ διον, δειπαιώντα τὸς φερούσῳ γένεσιν. νοητὴ δὲ μάχαιρα ὁ λόγος τῷ θεῷ. εἶη γὰρ ὁ ἀπόστολος· ἐν τῷ μάχαιραν τῷ πνιδματός· ὁ δὲ ἐστὶ ῥῆμα θεῷ. αὐτὴ τὰ ἐν ἡμῶν πάθη καταλάωσι, καὶ κατέφαγῃ ἔργα σαρκὸς ὄντα. ἐ μὴ γὰρ καταμείνη τὸ πνευμά μου ἐν ὑμῖν, εἶπω ὁ θεός, δὴ τὸ εἶναι αὐτῶν σάρκα· τὴν ἐστὶ, σαρκικὸν φερίσμα ἔχον· καὶ ἐδὲν ἔπτερον εἶναι ἡ κρία, ἀπὸρ ἐπὶ δημίσεαι ὁ λόγος ἐδαπάνησε πνιδματικὸς ἡμᾶς ἀπὸρρασαμῶν.

Αφ' αἵματός τραυματιῶν καὶ αἰχμαλωσίας ἀπὸ κεφαλῆς δούχων ἐθνῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μίγησι τὴν τὴ νοητὴν καὶ τὴν αἰδητικὴν μάχαιραν· τὴν μὲν φάσκον πεπληρωθῆναι ἀπὸ τῶ αἵματός ἣν πόντη ἐν πολέμῳ, καὶ ὡς ἀδύνηται αἰχμαλωσία· τὴν δὲ, νοητικὴν φημι, μεθύσῃ ἀπὸ κεφαλῆς ἀρχόντων ἐθνῶν. δὴ τὸ ἔρα-

σκω

σκω Ησαίας· ἐν τῇ ἑκάτῃ ἡμέρᾳ ἐπάξει ὁ
 θεὸς τὴν μάχαιραν τὴν ἀγίαν, ἢ μεγάλην
 καὶ ἰσχυρὰν ἐπὶ τὸν δράκοντα τὸν ὄφιν. διὸ
 ὠδὴ ἀγγέλου οὗτο ἡ δὴ λόγος, τομώτερος ὢν
 ὑπερὶ πάντων μάχαιραν δίσημον, τὰς ἀρεταί-
 ταις κατιπολέμησε δυνάμεις, ἐν τῷ σταυρῷ τῷ
 κατ' ἡμέραν χειρὸς γραφῶν προσηλωτάς, καὶ κα-
 θελὼν πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν, καὶ θριαμ-
 βώσας ἐν παρρησίᾳ, καὶ λαβὼν αἰχμαλώτους
 ἡμᾶς ἔδωκε δόματα ἐν ἀνθρώποις.

Εὐφραίνθητε ἕρῳνοὶ ἅμα αὐτῷ,
 καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάν-
 τες ἄγγελοι θεοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εὐφροσύνης γὰρ ἀλη-
 θείας ὑπόθεσις καὶ θυμηδίας ἀπάσης, τὸ ἐκ
 ποδῶν γηϊνῶν τὰς δυναστείας διωάμεται, καὶ
 τὸν μισθολον καταργηθῆναι δέδολον, καὶ
 τὰς ἀνθρώποις ἐλευθερωθῆναι τῆς πάλαι
 κρατίας κατ' αὐτῶν τυραννίδος, καὶ ὁδὸν
 γηϊνῶν καταρῶν πάσης ἀμαρτίας ἀνηρημέ-
 ναι τῆς προσηύχον αὐτῷ δὲ τὸ κυρίως ἡμέραν
 Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἐπὶ τούτοις χαίρουσιν ἄγγελοι,
 καὶ πᾶσαι τῆς ἕρῳν ἀδυναμείας, ὁρῶσαι
 τὴν πάλαι ἔχθειν δαλυθεῖσαν, καὶ εἰρήνην
 τοῖς ἐπὶ γῆς βραβεύθεισαν, καὶ τὰς ἐπὶ γῆς
 ἀνθρώποις πολίτας ἕρῳν γηρομάχας, καὶ
 τὴν γῆν συναρθεῖσαν τῷ ἕρῳ. καὶ προ-
 σκυνοῦσι ἅπαντες τὴν ἀήτητον δύναμιν, ὅσοι
 καταλογίζονται ἐν τέχνῳι θεῷ. Εἰ γὰρ καὶ τὴν
 τὴν σωτήρος φωνὴν χαρὰ ἐν ἕρῳ γίνεται ἐπὶ
 ἐνὶ ἀμαρτωλῷ μετανοῶντι, πόσω μάλλον
 ἐπὶ τῇ πτωχότητι καὶ πτωχεύτῃ τῆς ἀνθρώ-
 πων ἀεργασίας τε καὶ σωτηρίας.

μγ. Εὐφραίνθητε ἔθνη μετ' ἡ-
 λαῖ αὐτοῦ, καὶ ἐνιχυσάτωσαν αὐτῷ
 πάντες υἱοὶ θεοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἰ γὰρ καὶ δὲ τὰ προ-
 βεβατα τὰ ὑπολωλῶτα οἴκου Ἰσραὴλ ὠδὴ
 γηρομάχαι φησὶν ἀλλ' αὐτὸς πάλαι ἐν Εὐαγγ-
 γελίοις ἔρεῖ· καὶ ἄλλα προβεβατα ἔχω ἢ ἐκ
 ὅσων ἐκ τῆς αὐτῆς ταύτης, κακίαν δὲ δεῖ ἀ-
 γαλῆν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσασιν, καὶ γηρομά-
 χαι πώμῃ, καὶ εἰς ποιμῆν. ἔφη δὲ καὶ ὁ θεὸς
 Ἀπόστολος· ἵνα τὰς δύο κτίσει λαὸς εἰς ἓνα
 κηροῖ ἀνθρώπων, ποιῶν εἰρήνην, καὶ κατακατα-
 λάσῃ τὰς ἀμφοτέρους ἐν ἓν πνεῦμα
 πρὸς τὸν πατέρα. Ἀκύλας δὲ ἀντὶ τῆς δι-
 φρασίης φησὶν, ἵνα ποιῶσιν ἓνα λαὸν αὐτῶν.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Εἰρηται πνεῦμα
 ΤΟΜΟΣ III.

dixit Isaias: *In nouissimo die inducet Deus* CATE-
gladium sanctum, magnum & fortem su- NA PA-
per draconem serpentem. Idcirco cum TRVM.
 Dei uerbum aduenisset, quod est acutius Iſaia 27, 1.
 omni gladio ancipiti, virtutes inuisibiles
 prostrauit, cruci id quod aduersus nos Coloss. 2,
 erat chirographum affigens; ac tollens om- 14.
 nem principatum ac potestatem, & trium-
 phans confidenter, atque accipiens nos capti-
 uos dedit dona in hominibus.

* *Lætamini cæli simul cum eo,* * *Hæc non*
& adorent eum omnes Angeli *hæc non*
Dei. *hæc non* *hæc non*
in Vulgata.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Nam verè materia læti-
 tiæ atque omnis voluptatis est, captiuas
 esse apostaticas potestates; & osorem boni
 diabolum esse eneuatum, nec non homi-
 nes ab antiqua tyrannide qua premebantur
 liberos euasisse; atque omni peccato subla-
 to viam puram factam esse accedentibus
 ad eum per Dominum nostrum Iesum
 Christum. Propter hæc gaudent Angeli &
 omnes cælorum Virtutes, videntes antiquam
 inimicitiam dissolutam, & pacem his qui
 in terra sunt propositam, & terrenos homi-
 nes cæli ciues factos esse, & terram cum
 cælo coniunctam. Et adorant omnes in-
 expugnabilem potentiam, quotquot inter
 filios Dei numerati sunt. Si enim secundum
 Saluatoris vocem gaudium sit in cælo super
 uno peccatore poenitentiam agente, quantum
 magis super tanto ac tali hominum beneficio
 ac salute. Lucæ 15.

43. * *Lætamini Gentes cum* * *Vulgata*
populo eius, & confortentur in *Laudate*
eo omnes filij Dei: *Gentes po-*
pulum eius:

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Et si enim *propter oues* Marth. 10,
quæ perierunt domus Israël se aduenisse 6.
 dicat; verumtamen rursus ipse in Euange-
 lijs ait: *Et alias oues habeo quæ non sunt* Ioan. 10,
ex hoc ouili, & illas oportet me adlucere, 16.
& vocem meam audient, & fiet unum
ouile, & unus pastor. Dixit quoque diui-
 nus Apostolus: *Ut duos condat in semetipso* Ephes. 2,
in unum nouum hominem, faciens pacem, 15.
& reconcilians ambos in uno spiritu ad Pa-
tre. Ceterum Aquila pro Lætamini ait,
Unum efficitte Gentes populum eius.

ALTERIVS. Dictum aliquando ad He-
 bræos

CATE-
NA PA-
TRVM.
Hebr. 1,
14.

Pfal. 33, 8.

brzos scribente D. Paulo: *Nōnne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis? Dixit quoque diuinus Dauid: Immittet Angelus Domini in circuitum timentium eum, & eripiet eos.* Roborate igitur eos qui ad auctorem suum accedunt, & tamquam conferuos honorate, gaudentes etiam de vno peccatore pœnitentiam agente, nedum ob tot tantaque bona. Alia autem lectio sic habet: *Fortes faciant ipsos omnes filij Dei.* Filios autem Dei intelliges sanctos Apostolos & magistros Ecclesiæ qui post ipsos fuerunt, qui iubentur fortem facere populum suis admonitionibus & sacræ Scripturæ interpretationibus.

* *Vulgata*
Quia san-
guinem
seruorum
suorum vl-
ciscetur: &
vindictam
retribuet in
hostes eor-
um, &
propitius
erit terre
Matth. 23,
32.

* Quoniam sanguinem filiorum suorum vindicabit, & vlciscetur, & retribuet vltionem inimicis: & ijs qui oderunt retribuet, & expurgabit Dominus terram populi sui.

ANONYM I. Dixit in Euangelijs Dominus Iudæis loquens: *Et vos implete mensuram patrum vestrorum, serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehenna? Idcò ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem, ut veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zacharia filij Barachia, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam.* Vindicatus est igitur sanguis, & ipsa metropolis ipsorum euersa fuit, templum verò solo æquatum est, & ipsi captiui facti sunt & erronei, & reddidit ipsis pro merito, exigens ab eis pœnas eorum quæ deliquerant;

βραβίου γραφοῦς τῷ θιασώτῳ Παύλῳ· ἐχὼ πάντες οἱ σὺν λειτουργικὰ πινάκιστα, καθὼς διακονίαν διαποστέλλομεθα διὰ τῶν μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; ἔφη δὲ ὁ θεὸς Δαβὶδ· Παρμβαλεῖ ἀγγελὸς κυρίου κύκλῳ τῶν φοβευμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσει αὐτούς. ἐπιχύσασθε τὸν οὐρανὸν τῶν προσόντων τῶν ἰαυτῶν ποιητῆ; καὶ ὡς ὁμοῦ ἄλλοις κηρύσσοντες, χαίροντες ἐστὴν ἐν ἀμαρτωλῶν μετανοῶν, μή τι γένηται ἐπὶ τούτοις ἀγαθὸς καὶ τοῖσιν. Ἐπειτα δὲ γραφὴ ἔχει· ἐπιχύσασθε ὑμῶν πάντες υἱοὶ θεοῦ. ὑμεῖς δὲ θεοὶ τῶν ἁγίων νόστους Ἀποστόλους καὶ τῶν μετ' ἐκείνων τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλους, οἵστις ὡς ἀκακίδόντων ἐπιχύσει τὸν λαὸν ταῖς ὡραῖσιν καὶ ταῖς θείαις γραφαῖς ἐπιμαρτύροντες.

Ὅτι τὸ αἷμα τῶν υἱῶν αὐτῶν ἐκδικεῖται, καὶ ἐκδικήσει, ἔσται ἀποδώσει δίκην τοῖς ἐχθροῖς· ἔσται τοῖς μισθῶσιν αὐτῶν ἀποδώσει, καὶ ἐκκαθαριεῖ κύματα τῶν γλῶσσοῦ λαῶν αὐτῶν.

ANONYMOY. Ἐφη ἐν Ευαγγελίοις ὁ κύριος τοῖς Ἰουδαίοις διαλεγόμενος· Καὶ ὑμεῖς πληροῦσθε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν, ὄφρα, ἡμετέρας ἐχθροῦσιν, πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γέντης; διὰ τὸ τοῦτο ἰδὲ ἐγὼ διαποστέλλω εἰς ὑμᾶς προφήτας, ἔσονται σοφοὶ, καὶ γραμματεῖς, ἔσονται αὐτῶν διαποστέλλονται, καὶ σωροῦσονται, καὶ ἐξ αὐτῶν μαρτυροῦσονται ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν, ἔσονται διώξονται ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, ὅπως ἀνέλθοι ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δικαίων ἐκχυμένων ἐπὶ τὴν γῆν, ἀπὸ ἀβραάμ ἕως βααχίου, ὅτι ἐφοιδάσονται μεταξὺ τῶν ναῶν καὶ τῶν θυσιῶν. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἔσονται ταῦτα ἐπὶ τὴν γενεάν ταύτην. ἐκδικεῖται αὐτῶν τὸ αἷμα, καὶ αὐτὰ μὲν ἡ μητρόπολις αὐτῶν ἀνάσσει γέροντες, καθάρματα δὲ καὶ ὀφθαλμοὶ, ἔσονται αἰχμάλωτοι καὶ ἀληθεῖς γέροντες, καὶ ἀπέδωκεν αὐτοῖς τὸ ἀνταπόδομα αὐτῶν, εἰσπράξαμενος αὐτοῖς δίκην ὡς ἐπλημμέλησαν.

ANNOTATIONES CORDERII.

IN hoc Cantico Moyses Dei in Israëlitas beneficia egregie extollit; contra verò inuehitur in miram Israëlitarum erga Deum ingratitude, & beneficiorum obliuionem, quam deinde grauis vindicta sit exceptura.

2. *Expreßet ut pluuia eloquium tuum.* Pluuia symbolum esse eruditionis atque facultatis tum sacri tum profani auctores voluerunt. Græci proinde cum arcanis fabularum inuolucris sapientiam suam obtegerent aiebant, eodie, quo Minerua doctrinarum præses in lucem edita

edita fuit, auream è cælo pluuiam cecidisse. Ægyptij verò cum eandem eruditionem atque Pithus suauitatem hieroglyphicis suis notis adumbrare vellent, *ἰεγὼν ἄβρον βάλμου*, cælum, aut splendidam nubem dulcissimo rore stillantem pingebant, vt Horus Apollo testatur. Itaque Moysen, censent aliqui, cum abditis Ægyptiorum disciplinis eximie foret instructus, illis fortè è fontibus haustum carmen hoc protulisse: *Expellesur vt pluuia eloquium meum: & descendant sicut ros verba mea*: vel, vt Vulgata legit, *Concresecat in pluuiam doctrina mea: sicut vt ros eloquium meum*. Vbi duobus clarissimis symbolis magnæ copię in dicendo suæ dulcedinem & doctrinæ præstantiam illuminat. Quam ob causam Paraphrastes Chaldæus ita vertit, *Suanis sit sicut pluuiam doctrina mea*. Sed necesse non est ad Ægyptiorum abditos fontes recurrere, cum eiusdem rei documenta in diuinis Oraculis habeamus. Nam orando sublimis Isaias Verbum Dei vocat imbrem de cælo venientem & inebriantem terram. Atque vt linguæ sanctæ maiestatem, & diuinitatem propè dicam, in significando videamus, eadem vox apud Hebræos & docere & plueri significat. Ita in Osee Propetia de Christo: *Qui docebit vos iustitiam*. Isidorus Clarius & Forsterus ex Hebræo vertunt: *Donc pluat iustitiam vobis*. Et Ioël cum eundem Seruatore *Doctorem iustitia* nominauisset continuò subdit: *Et descendere faciet ad vos imbrem matutinum*. Vbi in fonte est dictio מורה *moreh*: quæ & doctorem & pluuiam sonat: vnde Hebræi montis Moriz nomen deducunt, & מורה *moreh* *lah* doctrinam Domini interpretantur, vt animaduertunt eruditi. Hinc sacri Doctores ac verbi Dei concionatores *mystica nubes* nuncupantur; quæ pluuiam salutari stillantes, sapientiã, quæ de cælo est, Christianorum animos probè cultos atque subactos dulci quodam illapiu perfundunt: quare Zacharias eisdem appellat *nubes sanctas*. Cuius nominis duas omnino causas vir sanctissimus idemque eruditissimus Cyrillus Alexandrinus ibidem profert: Vel quòd, inquit, Sanctorum mens in sublimi feratur, & terrena cogitata humiliãque repudiet, cælestia verò persequatur: vel quòd τὸν ἰουδαίου ὑποῦν καταρδὲν ἰριγῶν, *pluujijs spiritalibus alios irrigare soleant*. Quam etiam causam vidit Magnus Dionysius in beatis Mentibus: de quarum Hierarchia mirabiliùs disputans, cap. 15. ait Angelos appellari *nubes*, non modo quòd pleni sunt lumine, quod terris communicant; verum etiam, ἐπὶ τὸ γόνιμον αὐτοῦ καὶ ζῶοντιον, &c. quòd insit illis *fecunda vis quædam viuificandi, & augendi, & perficiendi, per modum spiritalis partitionis imbris, quo finem excipientem, παλαιοῦ ὑποῦν, pinguis facundisq; pluujijs ad vitales parturitiones excitet*. Quare beati prorsus dicendi sunt concionatores illi sacri, qui, vt verbo S. Dionysij vtar, ὑπεροπία, *fecundã & generantem pluuiã*, ad spiritalem virtutum partum auditorum animos disponunt, in quo cælestibus illis mentibus pares propè videantur.

Ad talem igitur spiritualem ὑπεροπία respiciens Moyses: *Concresecat, inquit, in pluuiam doctrina mea: sicut vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stilla super gramina*. Sed cum illicò grauissimas pœnas populo

Israëlitico comminetur; quid similitudinis quæso est inter minas & stillas, inter terrores & rores? Plurimum quidem dicit aliquis cum Lyrano & alijs. Quia sicut matutini rores è cælo distillantes agros fecundant; ita cælestes minæ in animos influentes eos corripiunt & emendant. Sed appositè ad rem præsentem dicit alius cum Procopio: Quia sicut roris stillæ molliter fluunt in agros; ita Dei minæ leniter illabuntur in animos. Verum si peccatores blandis minarum roribus infusi non molliantur, mirum est quantis à Deo terroribus flagellati exagitentur: nam cum sensit per illas placidas minas, tamquam stillas, apud peccatores non proficere; statim in acres iras, tamquam in scintillas, excanduit & exarsit. Vnde inferiùs versu 22. ait: *Ignis succensus est in furore meo*, &c. vt si blandis præmonitionibus non mollescant, duris comminationibus liquentur.

5. *Peccauerunt non ei filij vituperabiles.*] Aquila, *Διέφθρασαν αὐτῶν ἰσχυροὶ υἱοὶ αὐτοῦ, Corrupterunt se ei non filij eius*: Symmachus, *Διέφθρασαν φθεῖς αὐτῶν ἰσχυροὶ τὸ σύνολον, Corrupterunt se erga eum non filij omnino*: Vulgata, *Peccauerunt ei & non filij eius in sordibus*. Locus hic magnam difficultatem mouit S. Augustino quæst. 55. in Deuteronomium, vbi de hoc loco quærit, cur dicantur peccasse *non ei*: & respondet dupliciter. Primò: *Quoniam, inquit, qui peccat, non peccat ei: id est, Non Deo nocet, sed sibi*. Et rectè quidem ad mores. Nam peccatum non offensi Numinis, sed offendenti hominis est detrimentum. Secundò; quia Iudæi sic peccabant, vt nec pœnitentiam agere vellent, & ad Deum redire vt sanarentur. iuxta illud: *Quoniam caro sunt, & spiritus ambulans, & non reuertens*. Quare sicut morbus, cuius nullam æger vult suscipere medicinam, Medico non redundat in gloriam; ita peccatum, cuius pœnitentiam nullam agit peccator, diuinam in gloriam non refertur. Vnde non peccat Domino, qui peccati sui pœnitentiam non agit. Ita D. Augustinus subtiliter magis quàm solidè philosophatur; cum multi in Scriptura dicantur peccare Domino, qui pœnitentiam non egerunt: vt videre est Exod. 32, 33. Deuteron. 9, 16. Ezech. 14, 13. & passim alibi. Melius ergo sic accipiatur, vt minimè dicantur hi non peccare Deo, sed non esse filij Deo, id est ipsius Dei; quia nimirum propter sordes, peccata & idololatriam à filiorum Dei numero reiecti sunt. Quomodo Cornelius, Bonfrerius & alij exponunt.

6. *Nonne hic ipse pater tuus possedit te, &c.*] Vbi Glossa ordinaria: *Præposterus, inquit, ordo*. Primò enim creauit Deus disponendo vt esses; secundò fecit formando; tertio dominando possedit. Sed priùs ponit possessionem quam de te habet. Vnde Interlinearis: *Qui possidet, inquit, per fidem expulsis erroribus, vindicauit sibi & postea inu ad possessionem, pater tuus ait, ac si non esset reliquorum*. Quod Dei singularem in populum amorem indicat. Vnde pulchrè S. Ambrosius lib. de Fuga sæculi: *Si parentes, inquit, quia nos genuerunt amamus; quanto magis diligere debemus creatorem, parentem factoremque nostrum?*

7. *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, &c.*] Superiùs autem Deut. 6, 7. eidem populo Israëlitico præceperat Deus, vt filios suos doceret: *Erunt, inquit, verba hæc in corde tuo,*

Isaie 55.

Osee 10.

Ioël. 2, 23.

Sacri Doctores sunt mystica nubes.

Zach. 2.

Dei mina in: 210 stilla, si non emendemur scilicet sunt.

ANNO-TATIONES COR- DERII.

Peccatum non Deo nocet, sed peccatori.

Psal. 77, 39.

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.

& narrabis ea filijs tuis. Vnde aliqui existimant hęc duo pręcepta ad diuersas personas spectare: vnum quidem ad patres, alterum verò ad filios. Sed cum Moyses vtrobique totum populum sine discrimine alloquatur, ad eandem personas mihi videtur vtrumque pręceptum pertinere. Quid ergo? Qui prius Magistri & Doctores facti fuerant, postea discipuli & auditores efficiuntur? Ita planè. Ne quis in docendi munere constitutus se ab interrogandi onere exemptum arbitretur. Nam vt benè D. Ambrosius lib. 1. Offic. *Quantumlibet, inquit, quisque profecerit; nemo est qui doceri non egeat dum viuist.*

Deus eosdem constituit Doctores & discipulos.

8. *Constituit terminos Gentium secundum numerum Angelorum Dei.*] Hoc in Catena superius & passim à Patribus exponitur de Angelis custodibus ac Pręsidibus à Deo singulis Gentibus, atque aded etiam hominibus ad tutelam pręfectis. Ac benè quidem secundum hanc lectionem Septuaginta. sed ab Interpretibus, Cornelio, Bonfrerio alijsque probatur magis lectio Vulgata, quę sic habet: *Quando diuidebat Altissimus Gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israël.* Quorum verborum sensum ita tradit Bonfrerius. q. d. Quando Deus Gentes in varias orbis regiones diuidebat in Babylonica ista post diluuium confusione, hominumque diuersas familias iuxta linguarum varietatem ab inuicem separabat, iam tum, etiam si Israëliticus populus non existeret, de eo Deum cogitasse, & commodam ei habitationem pręparasse, certos videlicet terminos & terrę fines, qui à Chananais habitari cęperunt (quos *populos* hęc appellat) constituendo destinandoque, qui postmodum capere possent omnes Israëlitas, cum eò habitatum se contulissent. Hoc enim significat illud *iuxta numerum filiorum Israël*: licet alij posteriora illa aliò detorqueant, videlicet, quòd tot fuerint populi in ista linguarum confusione, scilicet septuaginta, quot Israëlitis filij in descensu in Ægyptum: qui itidem septuaginta fuere. Verùm hoc longè petitum. Nam & illud incertum, fuerintne septuaginta vel septuaginta duę linguę, vel homines diuersi in Babylonica illa confusione, inter quos diuisa sit terra: id enim non rectè colligitur ex Genesis cap. 10. sed potiùs contrarium (vt ibidem Bonfrerius & Cornelius ostendunt) neque causa esse potuit, cur Deus tot Israëlitas esse faceret in isto in Ægyptum descensu, quot antea homines in Babylonica ista confusione extitissent. Ita Bonfrerius noster.

In Gentium distributione & lingua diuisione Deus peculiarem Israëlitarum rationem habuit.

Anagogicè Rupertus: *Constituit, inquit, Deus vt duret genus humanum donec impleatur terminus & numerus electorum.*

Deus peculiarem se Iudaorum Regem pręstabat. Exodi 19, 5.

9. *Et factus est pars Domini populus eius, &c.*] Hoc est: Populum Israëliticum non alijs Regibus, sed sibi vni gubernandum seruauit; vti ex alijs quoque Scripturę locis patet. Nam Deus ad populum illum in Exodo ait: *Mea est omnis terra: & vos eritis mihi in Regnum sacerdotale.* quasi diceret: Quamuis ego totam terram meã teneam ditione, tamen peculiari ratione me vobis Regem exhibebo. Idem colligitur ex illis verbis quę immediatè antecedunt: *Eritis mihi in peculiũ de cunctis populis:* Oleaster ex Hebræo legit, *Eritis mihi thesaurus dilectus pra*

omnibus populis: at verò Lyranus, *Eritis mihi amicitias de cunctis populis:* id est, inquit, *excellenter dilecti:* & notat significari per abstractum, vt excellentior amor ostendatur. Simul est illud Ecclesiastici: *In vnamquamque gentem prapofuit rectorem, & pars Dei Israël facta est manifesta.* Nam regimen illius populi, inquit ibi Lyranus, attribuebatur à principio ipsi Deo modo speciali. Nec solùm erat Israël peculiaris Dei populus, sed vt talis palam agnoscebatur. Hoc potest etiam illustrari ex Iosepho lib. 2. contra Appionem, vbi cum varias regiminum species descripsisset, *Monarchiam* per vnum, *Aristocratiã* per optimos, *Democratiã* per multitudinem; tandem addit, composito seu innotato vocabulo, *Theocratiã* per Deum: & hanc tribuit populo Israëlítico, qui à Deo immediatè regeretur. *Noster, inquit, Legislatores nullam harum administrationum intendens Theocratiã instituit, vni in primis Deo imperio atque potestate assignatã.* Quod in sensu Septuaginta Interpretum, & S. Dionysij aliorumque Patrum, hunc Cantici locum de Angelorum in Gentes pręfectura exponentium, minimè ita intelligendum est, quasi Deus ceteras Gentes Angelis regendas dederit, solo Israëlè sibi, id est suę prouidentię & gubernationi, retento, vt videlicet ipse Israëlẽ sine Angelis, Angeli autem reliquas Gentes regerent: (quia & Israël Michaelẽ pręfectum legitur, & Deus omnes Gentes in Scripturis possidere & gubernare memoratur:) sed ita intelligendum est, quòd cum Deus omnibus Gentibus Angelos dederit, vt eorum ductibus ad veritatis lumen peruenirent, solus Israël ad verum Deum conuersus sit. Vide quę hac de re habet S. Dionysius Areopagita de Cęlesti Hierarchia cap. 9. & ibidem nostras Annotationes & Scholia S. Maximi atque Pachymerę paraphrasin, vbi hęc luculenter exponuntur.

10. *Necessaria tribuit ei in deserto, &c.*] Gręcè est, *ἀναγκαῖον αὐτῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ.* Quę lectio videbatur Bonfrerio primùm suspecta de mendo, maximè propter syntaxin illam & vocem *ἀναγκῆν* actiue vsurpata, vt proinde cum Eugebino, qui eandem versionem carpit, crederet initio legendum fuisse *ἐπιδικῶν αὐτῷ, inuenit eam;* quomodo S. Hieronymus ex Hebræo vertit, & Vulgata habet: à quã non diffidet Aquila & Theodotionis versio, *ἔδωκεν αὐτῷ.* Verùm re meliùs consideratã animaduertit etiam Chaldæum Paraphrastem cum versione Septuaginta conspirare; siquidem *ܫܝܦܟܐ ܫܚܪܥܝܚܘܢ* *Sippeh sharechichon* ad verbum est, *Suppedistans necessaria eorum.* Addit etiam vocem Hebręam *נצרך* in Cal significare non tantum *inuenire*, sed etiam *neutraliter sufficere*; in *Hiphil* verò actiue *sufficere* seu *suppedicare*; vt omnino sit verosimile Septuaginta & Chaldæum legisse *נצרך* *Iamtschu*, pro eo quod S. Hieronymus legit & modò legitur *נצרך* *Iamsachu*. Ita Bonfrerius noster.

Moraliter hęc locus pulchrè adumbrat nobis, *quomodo* quales ex nobis simus, & qualis habitatio nostra fuerit *in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis*, antequam nos sibi Deus adiungeret. Quod per Ezechielem quoque Deus manifestat dicens: *Eras nuda & confusione plena, & transiisti*

per te, & vidi te, &c. Quales item nos faciat Deus, nempe ex feruis liberos, ex abiectis nobiles, ex nudis vestitos, ex pollutis mundos. Vbi simul nota, quomodo post electionem & vocationem Deus nos prius circumducatur, id est hinc inde transferat, & tribulationibus prober, sed hoc in vtilitatem nostram euidentem. vnde sequitur: *Et circumduxit eum, & docuit, & custodivit quasi pupillam oculi sui.* Vnde patet quanta sit sollicitudo, cura, prouidentia & custodia Dei erga suos, scilicet quanta est hominis circa rem charissimam, tenerrimam & pretiosissimam, nempe pupillam oculi sui.

11. *Sicut aquila ad protegendum nidum suum, & super pullos suos desiderauit.*] Græcè est, *ὡς ἀετός οὐρανῶν προσίαν αὐτῷ καὶ ἐπὶ τοῖς νοσσοῖς αὐτοῦ ἐπιπέδου:* quod Vulgata vertit, *Sicut aquila promocans ad volandum pullos suos & super eos volitans.* quod exponit Cornelius noster. q. d. Deum vt aquilam, Israëlẽm quasi pullum suum, per varia signa in Ægypto ad inde exeundum & euolandum prouocasse; eumque iam exire parantem velut in expansis prouidentia suæ alis assumpsisse, protexisse & subuexisse tum per se, tum per Angelum viæ ducem, tum per columnam ignis & nubis. Notat ibidem aquilam esse symbolum Dei. Primò, quia ipsa est regina auium. Secundò, quia est fœcunda, & longæua. Tertiò, quia est simulacrum Solis: ipsum enim fixis & irretortis oculis aspicit. Quartò, quia aliæ aues cum sursum ascendunt, obliquo tramite, sola aquila recto in altum euolat: quare à Poëtis vocatur auis Iouis. Quintò, propriè ob singularem aquilæ in pullos suos amorem, de quo ita scribit S. Hieronymus in Ila. cap. 65. *Inter ceteras animantes omnes aquilarum quidem maximus in pullos est amor, quæ in excelsis & inaccessis locis nidos collocant, ne coluber factus violet. Amethystum quoque inter pullos eius lapidem reperiri scribunt, quo omnia venena superentur. Si hoc verum est, rectè affectus Dei in suas creaturas aquilis comparatus est, qui omni studio protegit liberos suos, ne draco & coluber antiquus diabolus obrepat nouellis fœtibus; vt ad nomen lapidis, qui ponitur in fundamentis Sion, omnes aduersariorum insidia frangantur.*

12. *Dominus solus duxit eos.*] Ac si diceret: Quidni omnia prospera, ac suauitate & felicitate plena ei obuenerent, qui vno Domino ductori nitebatur? nec dijs alienis caducis atque fallacibus veluti ruinosis parietibus & fundamentis adharebat: quod quidem & ipsemet pseudopropheta Balaam palam fateri compulsus est dicens, *Non est idolum in Iacob, nec videtur simulacrum in Israël, Dominus Deus eius cum eo est, & clangor victoria Regis cum illo:* vt dicere videatur, Vt Deo innititur, ita omnia vincit: vt idola & simulacra despiciat, ita firmus & inconcussus victoriæ signa secum semper defert. subiicit: *Deus eduxit illum de Ægypto: cuius fortitudo similis est rhinocerotis.* Vbi dum Procopius, Rupertus & alij rhinocerotis imaginem Deo ob maximam & insuperabilem fortitudinem accommodant, Theodoretus quæst. 44. ad ipsummet populum referendam sic existimat: *Quidam ergo voluerunt huic assimilare Dominum Deum: ego verò arbitror hoc de populo dictum esse. Nempe quem-*

admodum monoceros unicum habet cornu; sic populus verè pius unicum Deum adorat. Idcirco B. David dixit, In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Sic ille. Quod Patrum dissidium facile componas, si dixeris, hominem Deo armatum, Deo adsimilem, siue Deum robore & fortitudine quodammodò esse; atque idcirco eandem fortissimi animalis imaginem Deo & homini æquè conuenire.

13. *Ascendere fecit eos super fortitudinem terra.*] Ita etiam ad verbum Chaldæus Paraphrastes vertit. Per fortitudinem autem terræ intelligitur terra fortis & potens ad fructus prodigiosos. Aquila reddit, *Ἐπὶ τῷ ὑψίστῳ τῆς γῆς, Super celsitudinem terra:* Vulgata, *Constituit eum super excelsam terram.* Glossa ordinaria Palæstinam intelligit, quæ montosa est, cum Ægyptus plana & depressa sit; atque per eam significari Ecclesiam, quæ virtute & scientiâ sublimis est: in quâ comeditur fructus agrorum, id est abundantia rerum omnium: quam etiam designant verba sequentia: *Suxerunt mel de petra oleumque de saxo durissimo.* Quæ ad litteram significant montes terræ promissæ seu Palæstinæ tam fertiles esse, vt in ijs copiosè mellificent apes, oleumque in ijs copioso prouentu proueniat.

Allegoricè S. Gregorius Hom. 26. in Evangelia: *Hoc, inquit, iuxta historiam factum numquam legitur; sed de Petra, id est Christo, mel suxerunt, qui eius facta, id est miracula, viderunt; oleum verò de firma petra; (sic enim legunt aliqui;) quia post resurrectionem eius Spiritus sancti unctionem meruerunt. Petra mel dedit, quando adhuc mortalis miraculorum dulcedinem ostendit. Firma petra oleum fudit; quia post resurrectionem impassibilis, per afflationem Spiritus sancti donum sanctæ unctionis donauit.*

Tropologicè, inquit Cornelius, hæc aliqui adaptant Religioni & Religiosis: hos enim constituit Deus super excelsam terram, puta Religionis statum, vt fructus cælestes carpant, vt diuinæ consolationis melle pascantur, oleoque cælesti perungantur. Religio enim est terra excelsa fluens lacte & melle: est *mons pinguis, mons coagulatus, mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: est hortus conclusus, in quo Religiosi velut arbores plantantur, quæ Deo iucundissimos proferunt fructus: est fons signatus, mundi sitim extinguens: est turris eburnea, castitatis ebore vndique septa: est turris David, ex qua mille pendunt clypei, omnis armatura fortium.*

15. *Et recalcitrauit dilectus.*] Ac si optima fortuna, ad quam accesserat, cum in feritatem detruderet belluinam; vsque aded, vt non iam armis, vt homo, sed calcibus, vt bellua contra Deum decertaret. Idcirco Oseas, *Sicut vacca, inquit, lasciuens doclinauit Israël.* Vt enim vaccæ propter pastus abundantiam licentiùs aberrare consueverunt; ita & homines propter rerum affluentiam effrænatius peccare. Quod exprimens Chaldæus Paraphrastes translulit: *Sicut bos qui saginatur & recalcitrat, sic rebellat propter multitudinem bonorum Israël.* Misera hominum conditio, qui à Deo liberaliter excepti deberent ipsi Deo officiosius deseruire; secus agunt, & ex diuina liberalitate ad suam impie-

ANNO-TATIO-NESCOR-DEII.

Psal. 43, 6.

Terra promissa fertilitate.

Ecclesia celsitudo.

Allegoria mellis & olei.

Psal. 67.

Cant. 4.

Ibidem.

Israëlitæ rebus prosperis effecti sunt.

Oseas 4, 16.

Ala prouidentia Dei aquila comparata.

Omne bonum ab vno veri Dei cultu.

Num. 23, 21.

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.
*Prosperitas
stultorum
perditio.*
Prou. 1, 32.

Deut. 32,
10.

Pfal. 79, 9.

Pfal. 79, 2.

Pfal. 142,
10.

*Ingluuias
& pingue-
do virtuti
& prudenti-
a inimici-
ca.*

impietatem prolabantur. Quid non dico iniquius, sed stultius? Benè Salomon: *Prosperitas, inquit, stultorum perdet eos.* Stultorum, inquit, non sapientium. Hi enim ex sua prosperitate ad maiores virtutes proficiunt, gratum Deo animum exhibendo: illi è diuerso ad maiora scelera effrænuntur, acceptam à Deo gloriam sibi ipsis arrogando. Hinc omnes ferè ad idololatricam proni, ad iniustitiam rapidi, ad omne genus impietatis temerarij ac præcipites proruerunt. Quis enim eos tam læuus oculus fascinauit, quos Deus antea sicut pupillam oculi sui custodiuit? Quis tam læuus turbo à diuinis legibus auulsit, quos Deus transtulit de Ægypto, & in loco vberi plantauit? Quis tam vorax lupus abegit, quos Deus velut ouem in beata pascua deduxit? Quis tam malignus de cælo afflatus corripuit, quos spiritus Dei bonus deduxit in terram rectam, & propter nomen suum viuificauit? Nimia profectò felicitas dementauit eos, dum de prosperis rerum successibus inaniter gloriantes, debitam Deo reuerentiam & obedientiam denegarunt.

I B I D E M. *Impinguatus est, incrassatus est,* &c.] Ex intemperantia nimirum in cibo & potione, quibus animi generosi vis & nobiles functiones impediuntur. Prudenter enim dixit Theopompus apud Athenæum lib. 4. *κρησφάγια*, hoc est *usum carniū uberrimū, λογισμὸς ἐξαιρητῆν*, rationem consiliumque exhaurire, imminuere prudentiæ lumen atque obruere. Causam attulit D. Basilius in cap. 2. Isaiæ, dicens è copioso & opimiori alimento *ἀδύνατος ἐστὶν ἀναδυσμασία*, id est *fuliginosas quasdam exhalationes*, densæ nubis instar egeri & attoniti, quæ intercipiunt illustrationem cælestis doctrinæ, natam inferi mentibus nostris infusione Spiritus sancti. Hoc confirmat S. Leo Serm. 8. de ieiunio decimi mensis, asserens *potus satietate aciem mentis obtundit, ciborum nimietate vigorem mentis hebetari.* Quamobrem Cassianus de spiritu Gastrimargiæ scribens, dicere non dubitauit, in ijs hominibus qui in epulas immoderatè sunt effusi, & cupidius helluantur, *mentem cum carne impinguari*: hoc est, fieri quodammodò carneam atque pulpam; vt quemadmodum suis, ita pro sale data illis anima videatur, ne putrescant. Quod vetustissimis temporibus in athleticis fuit animaduersum, qui saginà quotidianà alebantur ad populi voluptatem: & opimi veluti boues hoc agebant vnum, vt crassum & robustum haberent corpus, & palæstræ laboribus sufficerent, in quibus excellere pulchrum & gloriosum putabant. Nam de anima, deque ingenio & dignis homine cogitationibus, quibus humana mens in ingenuis pascitur, & humanissimæ gustum lætitiæ percipit, non curabant magis, quàm si animus iam fato mortuus, & imo in ventre consepultus foret. Itaque bardi stupidi que fuerunt, suâ facie & aruinâ lutulenti, & pecudibus propiores, qui in humana effigie propè mente & ratione destituerentur. De ijs loquens S. Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum, ait eorum animas *nimio sanguine & adipibus quasi luto inuolutas, nihil tenuæ, nihil caeleste, sed semper de carnibus, de ruti & ventris ingluuie cogitare.* Quæ doctissimi sanctissimique viri commentatio nobile illud Cassiani effatum de carne mente valdè illustrat.

17. *Noni recensetque venerunt.*] Id est, Diu nouiter humanâ adinventione introducti sunt. Vide quæ Tomo 2. superiùs annotauimus ad Psalms octogefimi versum decimum: *Non erit in te Deus recens.*

22. *Ignis succensus est in furore meo, &c.*] Ad litteram quidem hæc est suppliciorum atrocium, temporalium tamen periphraasis hyperbolica, vt Bonfrerius & Cornelius exponunt.

Allegoricè verò: Procopius, Rupertus, Rabanus, & S. Gregorius, per ignem hunc accipiunt ignem inferni & damnatorum. Vbi cum Cornelio nota primò hunc ignem dici iam *succensum*: tum quia iam extat ab origine mundi; tum quia in Dei præsentia & prædestinatione præparatus est, vt suo tempore exurat peccatores & reprobos. Secundò dici *succensum in furore*; quia illius auctor est furor Domini, id est voluntas & firmum propositum puniendi impios modo horribili & inaudito, qualem suggerere solet furor. Tertio, quòd *ignis hic ardebit usque ad inferni nonissima*, id est in omnem æternitatem. Quarto, quòd *demorabit terram*, id est, omnia quæ supra terram sunt in cineres rediget. Quintò, quoniam quoque *montium fundamenta comburet*. Omnia enim metalla montium visceribus contenta consumet, ac mixta omnia in sua primordia & principia simplicia rediget.

29. *Non sapuerant intelligere: hæc suscipiant in sequens tempus.*] Aquila, *ὄφελος ἰσοπίδου ἐπιστάτου ἀντὶ τοῦ σωτηρίου οὗ ἐξήλθεν αὐτῶν*, *Vtinam sapuissent scire eam, intelligerent in nonissimo suo*: Vulgata, *Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent*: vbi Glossa Interlinearis addit, *Vtinam saperent per se, & intelligerent per Doctores, ac nouissima prouiderent tormenta vel premia.* In his verbis (inquit S. Bernardus) *tria quidem nobis video commendari, sapientiam, intelligentiam, prouidentiam*: arbitrator sanè eas tribus conuenire temporibus, vt *æternitatis quadam imago formetur in nobis presentia moderantibus per sapientiam; præterita per intelligentiam diiudicantibus; nouissima prouidentibus ad cautelam.* Hæc namque *spiritualis exercitij summa, vt sapienter disponamus presentia nostra; recogitemus in amaritudine anima nostra præterita; futura quoque sollicitè prouideamus.*

30. *Quomodo persequatur vnus mille, & duo fugent decem millia.*] Vbi nota, si vnus mille tantum persequeretur, seruata benè proportione fore vt duo fugarent duo millia; & nihilominus duo fugabant decem millia: quia vbi charitas incipiebat, quæ illo binario significatur, ibi virtus ad expugnandos hostes decuplo maior agebatur. Pulchrè ad hoc propositum Radulphus: *Virtus, inquit, mirabilis & prorsus stupenda, vt vnus contra mille, & duo proualeant contra decem millia. Quis tamen ignorat, quantam stragem inimicorum efficiat, cum egregius miles summi Regis, timor videlicet Domini, sub Ducis sui protectione contra vitiorum exercitum dimicet? Quid cum ei Dei miles præcipuus, & princeps militia Dei, scilicet amor adiungitur?*

31. *Non enim est Deus noster vt dii eorum, &c.*] Quasi diceret: In eo verus Deus à falsis dijs distinguitur; quòd his testimonium perhibetur tantum ab amicis, illi autem etiam ab inimicis.

Ignis inferni quantum.

Math. 25, 41.

2. Pet. 3, 10.

Summa exercitij spiritualis.

Vbi charitas ibi virtus decuplo maior.

Qua sit distinctio veri à falsis dijs.

inimicis. Falforum deorum potentiam domesticitantum, & eorum non tam cultores quam adulatores & fautores commendant: veri autem Numinis maiestatem & potestatem etiam externi & aduersarii, persecutores veritatis, vi coacti admirantur, & consentunt. Quo testimonio fides egregie firmatur. Nam, ut hic Interlinearis annotat, *firmum testimonium ab hoste.*

Peccatum est cum felle draconum comparatur.

33. *Furor draconum vinum eorum.*] Pro quo Vulgata *Fel draconum* reddit, flagitium & scelus sic appellans: idque perquam peritè, & maximè appositè ad rem explicandam. Nam in quouis animante fel amaritudinem tantam habet, ut à canibus non attingatur, ut auctor est Plinius lib. 11. cap. 37. qui etiam in felle nigro insaniz homini causam esse putat. In dracone verò non modò fel amarum est, verùm etiam cum veneno pestilenti coniunctum, ut vim peccati videamus, & expertem esse voluptatis, & insaniz mortisque opificem.

Peccatum aspidi assimilatur.

6. *Abyssus vallauit me nouissima, intravit caput meum.*] Vulgata reddit, *Abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum*: vbi pro voce *pelagus* in Hebræo est *שִׁיבּוּל* *sypb*: quod proprie (inquit Cornelius) significat *finem & terminum*, atque inde iuncum, caricem, arundinem, algam, quæ in extremitate maris & fluminum nasci solet; & quia his abundat Mare rubrum, quod simul est terminus cum maris, tum Ægypti & Arabiæ: vnde illud Hebraicè vocatur *Mare sypb*. Ex triplici hoc significato triplex nascitur versio. Prima, *Finis colligatus erat capiti meo*. id est, Mors & exitium imminabat capiti meo. Secunda, *Alga alligata erat capiti meo*. ita Pagninus. Vel *caricem implicatum erat capiti meo*. ita Tigurina. Vel *iuncum erat fascia capitis mei*. ita alij. q. d. Cetus me secum implicabat iuncis & calamis, qui in summo, & algis, quæ in imo maris nascuntur. Aut cetus deuorabat algam, quæ descendens in eius stomachum me caputque meum implicabat. Tertia Rabbi norum vertentium, *Mare rubrum implicauit caput meum*. Vnde censent ipsi Ionam, qui in Ioppe deuoratus fuit à ceto, ab eo vectum & eiectum fuisse in Mari rubro, ad hoc vt Ionas vicinior esset Niniuæ, ad quam à Deo mittebatur. Ludouicus noster de Ponte lib. 6. in Cant. Exhort. 35. §. 1. credibile putat, quando Ionas proiectus est in mare, non solum pelagus aquarum operuisse caput eius; nam de hoc iam dictum

erat, *Abyssus vallauit me*; sed etiam carices & iuncos in modum coronæ cinxisse & operuisse caput eius; quasi corpus ex impetu in profundum deiectum caput inter algas & iuncos immitteret, vnde illis quasi cinctum exiret & coronatum, vt in Iona tota Christi passio representaretur; quem, vt Psalmista testatur, circumdederunt aquæ vsque ad animam, infixus fuit in limo profundi, & non erat substantia. Sed cum infixus dicitur in limo profundi, quod etiam caricibus & algis solet esse permixtum, pelagus operuit caput eius, & iuncorum corona circumdedit illud. Nam spinea corona ex iuncis marinis, qui duriores sunt terrestribus, dicitur confecta: & tandem deuoratus à ceto, id est à morte, in corde terræ, quod est limbus, fuit anima eius triduo, sicut corpus triduo mansit in sepulchro.

8. *Cum deficeret ex me anima mea, &c.*] Bene monet hîc Ribera noster, illud magnoperè curandum esse, vt quamuis in cæno peccatorum iaceamus, numquam orationis obliuiscamur. Multi enim tunc recordantur Domini tantum, vt timeant gehennam; alij vt ferè in desperationem decidant; alij vt illi irascantur; at electi recordantur vt orent, & veniam petant; vt Ionas dum ait: *Veniat oratio mea in templum sanctum tuum*: id est ad te Deus qui habitas in templo sancto, quod est in Hierusalem. Non ignorabat Propheta vbique Deum exaudire preces supplicum; sed quia templum illud sibi consecrari voluit, vt esset domus orationis, cum ibi orare non posset, mente saltem ad illud conuersus orat. Sicut & Daniel oraturus faciem vertebat contra Hierusalem. Scriptum enim erat: *Quod si peccauerint tibi, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum, & egerint penitentiam in corde suo, & orauerint te contra viam terra sua, &c. & ciuitatis quam elegisti, & templi quod edificasti nomini tuo; exaudies in celo, in firmamento solij tui, orationes eorum & preces eorum, &c.*

In tribulatione confugiendum ad orationem.

Dan. 6. 3. Reg. 8.

CANTIC. EZECHIÆ REG. IVDÆÆ.

ΓΩ ΕΪΠΑ, ὃν τὸ ὕψει τῶν ἡμερῶν μου
ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. Ε΄.
μελλε γδ τῆς Ἐζεκίας βασιλείας εἰς ὕψος αἰρεαδὲ τὰ ἀρχήματα.

ΚΥΡΙΑΛΟΥ. Συμμεδὼς γδ ἑμαυτόν, φησι, λοιπὸν ταῖς τῆ θανάτου πύλαις, πλησιάζοντα ἀπέγνω, καὶ ἀπήλπιστα ἑμαυτῆ τῶ ἐσ ἀνθρώποις ζωῶ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ. Ὑψος ἡμερῶν λέγει τὴν γηρομυθίαν τῆ δυνάμει αὐτῆ ὕψαυθενίαν, ὅτι ἦς σωματόμορος ἑμελλε τῶ ἐσωτῆ ζωῶ ἐσπόμεθα, ταῦτα δυνάμειμος· ἐ γδ δὴ ἐσ γῆ ζώντων ἠλπίζον, φησι, ὅτι αὐτὸ σωτήριον τῆ θουῆ, ἐλεγεθεὶς ὅτι τῆ

EGO dixi, In * altitudine dierum meorum
EVSBBII CÆSARIENSIS I S. Gloria enim Regni Ezechia in altum efferenda erat.

CYRILLI. Cognoscens enim, inquit, meipsum deinceps mortis ianux propinquum, despondi animum, & desperavi de mea inter homines vita.

THEODORI HERACLEOTÆ. Altitudinem dierum appellat iactantiam quæ ipsius menti inhærebat, à qua detentus vitam suam interrupturus erat, cum hæc secum reputaret: neque enim sperabam, inquit, in terra viventium me salutare Dei visurum esse, conuictus peruersitate

Isaie 38. * Vulgata dimidio

B b b b b 3 consilij

CATE-
NA PA-
TRVM.

consilij quæ me inuaserat. Ceterùm hac me vitâ priuatum iri videbam ad interitum vsque & internecionem, instar illius qui vmbraculum pro tempore contexit, & deinde statim dissoluit. Vitalis enim spiritus meus ita viribus destituebatur, vt stamen mulieris quod iam recidendum est. Quapropter cum à morbo liberatus sim, non desinam posthac præco tuæ bonitatis esse more auium, hirundinis nempe & columbæ, incessanter tua beneficia decantare. Tu enim es qui & corpori dolores sedas, & animæ medicinam tribuis, mea delicta transcendens.

Vadam ad portas inferi. * Relinquam annos residuos.

11. Dixi: * Nequaquam vltra videbo salutare Dei in terra viuentium.

THEODORI. Quando exaltatus sum & illustris factus, tunc vitæ finem accipio.

ANONYMI. Cum mortis, inquit, sententiam à Deo accepissem, de salute desperaui.

CYRILLI. Non amplius, inquit, videbo in hac vita miracula à Deo edita propter hominum salutem. Deinde subiungit ea per quæ eueniat in extremum terrorem incidere eos qui graui morbo laborant, nec procul à morte absunt.

EUSEBII. Hoc vtique est: Non amplius videbo salutem à Deo. Meritò igitur in hoc certamine constitutus, de ijs quæ post vitæ huius commutationem futura sunt Deum ipse diuinæ suæ pietatis admonet, eumque cum fletu obsecrat, ne à regione viuentium eijciatur.

Non aspiciam hominem vltra * cum habitantibus.

12. * Defeci ex cognatione mea: dereliqui residuum vitæ meæ,

EIVSDEM. Etiam hoc præter supradicta Ezechiam contristabat, quòd nullum ex suo semine residuum haberet successorem, cum nullum filium genuisset eo tempore quo hæc dicebat. Quoniam igitur sine liberis morturus erat nullo relicto successore, ex quo

καταλάβω με κακοβουλία. ἀλλὰ καὶ ταύτης τῆς ζωῆς περιθώρησάς εἰς ἀπόλειαν καὶ ἀναίρεσίν με, καὶ ὡς ῥέψατος καὶ τὸν πηξάμενον σπυλιῶ, σὺ δὲ αὐτῷ ταχίως. τὸ δὲ ζωτικὸν πνεῦμα ἕως ἀφαιρεῖται τὰς δυνάμεις, ὡς ἰσὸς γυναικὸς ἀντίμαχον μέλλον. ὅθεν ἡ ἀρρώστια ῥυθνῆς, ἐπαύσωμαι ἐν τοῖς καὶ ταῦτα κήρξ ἡ σῆς ἀγαθότητος ἐσομένης καὶ τὰς ὀφειλάς, τὴν τε χηλιδόνα καὶ περὶ τὴν ἀπαύτως τὰ σα μνηλεῖα ἔργον ἐμὸν. Σὺ δὲ εἶ ὁ καὶ τῶ σώματι τὰς ὁδοὺς παύσασαι, καὶ τῆ ψυχῆ ἴασον χαρισάμενος, ἰσχυρῶς τὰ πλημμελήματά μου.

Πορεύομαι ἐν πύλαις ἁδῆ. κατελείψω τὰ ἐπι τὰ ἔπιλοιπα.

11. Εἶπα· ἐκέπαι ἐ μὴ ἴδω τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ ἐπὶ γῆς ζώντων.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὅτι ἐψάθην ἐν ἀπέλειπτος ἐγὼ μὲν, τότε δὲ ἔλαμα τὴ βίαν τὸ πνεῦμα.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὴν τὴ θανάτου φωνή, ὡς τὸ τὸ θεοῦ δεξάμενος ψῆφον, ἀπίστη τῆς σωτηρίας.

ΚΥΡΙΑΛΟΥ. Οὐκέτι φωνή, ἔλαμα καὶ τὸν δὲ τὸν βίαν τὰς ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς ἀνθρώπων ἰσὸς τὸ θεοῦ γρηγορίας θαυματουργίας. εἶτα τέτοις περὶ πάλαι δὲ ὡς τὰς ἐλάτοις δείμασι συμβαίνῃ περισσομένῃ τὰς ἀρρώστια κατελημμένους, καὶ ἐ μνησθῆν ἰσχυρῶς τὸν θάνατον.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ταῦτα δὲ ἔστιν· ἐκέπαι ἐ μὴ ἴδω σωτηρίας τὴν ὡς τὸ θεοῦ. ἐλάτοις ἐν ἀγῶνι κατὰ σῆς, τῆς καὶ τὴν ἀπαλλαγῆν τὴ βίαν ἰσχυρῶς μὲν τῆς ἰσχυρῆς διοσεβείας τὸν θεόν, ὡς δὲ τὸ κλαυθμῶ, μὴ ἐκπορεῖν τῆς χάριτος τῆς ζώσαν κατὰ τὴν βόλει.

Οὐκέτι ἐ μὴ ἴδω ἀνθρώπον καὶ κατὰ κέντων.

12. Εἰς ἔλιπον ἄπο τῆς συγγενείας μου· κατέλιπον τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς μου,

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἐπὶ δὲ καὶ τὴν ὡς τῆς εἰρημνῶν ἐλύπει τὸν Εἰς ἑλπίαν, τὸ μὲν ὡς δὲ δόχον ἐκ ἀπέριστα ὑπάρχον αὐτῶ, μήπω παιδὸς αὐτῶ ἰσχυρῶν κατὰ τὸν χρόνον ταῦτα ἔλεγον. ἐπειδὴ τὸν αὐτῶς ἡμῶν τελευτῶν μὲν ὡς κατὰ τὴν δὲ δόχον, ὡς τὸ

* Vulgata
Quæstui
residuum
annorum
meorum.
* Non videbo Deum

* Vulgata
& habitantibus
quietis.
* Generatio mea ablata est,

τὸ σωτήριον τῆ θεῶ ἐν ἀνθρώποις γυνάδω
προσεδόξατο, εὐκότως δὲ τῆ θεῶ γυνήσεως τῆ
ἐκ ἀνέρας τοῦ Δαβὶδ γενόμενος ἀπεκλείετο.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀλλότριος ἐγγόμενος τῆ
ζώῳσι καὶ ξένος τῆ συγγενῶν.

Εἰλήθε καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' ἐμεῦ
ὡσπερ ὁ καταλύων σκηνὴν πύξας.

ΤΟΥ ΑΙΤΙΟΤ. Σκηνὴν καλεῖ τὸ σῶ-
μα, ἐνοικῶ δὲ τῶ ψυχῶ, ἥς ἀναχωρήσεως
τοῦτο τὸ σῶμα καταλυομένη σκηνῆ. εἶτα καὶ
ἐτέρον εἰσάγει ὡς ἀβολῶν.

Ὡς ἰσὸς τὸ πνεῦμα μου παρ'
ἐμοὶ ἐγένετο ἐρίθου ἐγλιζέσης ἐκ-
τεμεῖν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. Ἀλλὰ καὶ ὡσπερ
ἰσὸς ἐρίθου ὑφάσμα λοιπὸν ἀποτιμῆσθαι
ἔπειτα καὶ τὰ τῆ ἐμῆς ζωῆς ἔτι βίβη προτὸς τὸ
ὑφάσμα ὡς τέλος ἡλαμῶ ἀποτιμῆσθαι
νον. ἕκαστος γοῦν τῆ ἀγίων πολλῶν ὑφαίνει,
καὶ κόσμον τῆ αὐτῆ ὡς ἐτίθει ψυχῆ δὲ
τῆ εἰσιπὶ ὡς ἐξέειπεν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Εὐκρίεν φησὶν
ἐ μόνον σκηνῆ, ἀλλὰ καὶ ὑφάσματι ἐν
ἐσθ' ἡδ' ὄντι, ἐκ εἰς μακρὰν δὲ διε-
ζομένην.

ιγ'. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ παρε-
δόθην ἕως πρὸς ὡς λέοντι. ἔτως συ-
νέτριψε πάντα τὰ ὀσᾶ μου.

Ἀπὸ γ' τῆ ἡμέρας ἕως τῆ νυκτὸς
παρεδόθην.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Παρεδόθην ὡσπερ πνι-
ανθρωποβόρω λέοντι, ὃς τίως μὲν δὲ τῆ
τεθείσης μοι ἀρρώστιας δὲ πάσης νυκτὸς καὶ
ἡμέρας συνέτριψε πάντα τὰ ὀσᾶ μου. μι-
κροῦ δὲ δεῖν καὶ ὄλον αὐτὸν καταπεῖν με
ἐμελλεν. ὁμῶς δ' ἐν ἐν τέτοις γυνόμενος ἐκ
ἐξησθέντα, ἐδὲ τῆ θεῶ με ἀνεχώρησα.
ἀναλαβὼν δὲ ἐμαυτὸν πίσει ἔτι ἀγμῆν ἐλ-
πίδι, κλαυθμῶ καὶ γόοις καὶ προσοχῆ πα-
ρέδωκα ἐμαυτὸν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Καὶ τίς ὁ λέων ἀλλ' ἢ τῆ
ἀρρώστιας τὸ ἀχθος, καὶ μονοεχὴ καταφθεί-
ρον ἐν εἶδει θανάτου; συντριβε γὰρ
φόβος τοῦ ὄντος καὶ δουθυμία ψυχῶ, ἔτι πᾶ-
σαν αὐτῆς συνδρῦπει τῶ δύναμιν.

ιδ'. Ὡς χελιδὼν ἔτως φωνήσω
καὶ ὡς ὡφεισερὰ ἔτως μελετήσω.

salutare Dei inter homines oriturum expe-
ctabat; meritò lugebat priuatus spe Dei ex
Dauidis semine nascituri.

CATE-
NA PA-
TRVM.

THEODORI. Alienus factus sum à vi-
uentibus & peregrinus à cognatis meis.

* Exiuit & recessit à me sicut ta-
bernaculum soluens qui fixerat.

* Vulgata
Et conuo-
luta est à
me quasi
tabernacu-
lum pasto-
rum.

EIVSDEM. Tabernaculum vocat corpus, ha-
bitatorem verò animam, quâ recedente cor-
pus simile est tabernaculo quod destruitur.
Deinde etiam aliam addit similitudinem.

* Sicut tela spiritus meus apud
me factus est texente appropin-
quante ad succidendum.

* Vulgata
Præcisâ est
velut à te-
xente vira
mea: dum
adhuc or-
direr succi-
dit me, &c.

EUSEBII CÆSARIENSIS. Quin-
imò sicuti est tela textentis reliquam textu-
ram recidentis; sic textura totius vitæ meæ
ad finem properat ut abrumpatur. Quilibet
igitur vir sanctus stolam texit, & orna-
mentum suæ animæ apponit per suas
actiones.

THEODORETI. Simile esse ait non
modò tabernaculo, verùm etiam telæ adhuc
quidem in stamine constitutæ, sed iam iam
rescindendæ.

13. * In die illa traditus sum vs-
que manè sicut leoni: sic contri-
uit omnia ossa mea:

* Vulgata
Sperabam
vsque ad
manè, qua-
si leo

* A die enim vsque ad noctem
traditus sum.

* De manè
vsque ad
vesperam
fines me.

EVS EBI I. Obiectus sum veluti
cuidam leoni hominem deuoranti, qui
dies noctesque dum morbo laborarem
omnia ossa mea contriuit: parum autem
abfuit quin me totum deglutiret. Cete-
rùm cum in his versaret malis animo ne-
quaquam concidi, neque à Deo meo re-
cessi; sed cum meipsum fide & bonâ spe
collegissem, luctui, lacrymis ac precibus me
totum tradidi.

CYRILLI. Et quisnam leo est nisi pon-
dus infirmitatis, & tantum non feræ in mo-
rem interimens mors? Nam metus & pusilla-
nimitas simul animam conficiunt, & omnem
eius virtutem conterunt.

* Vulgata
Sicut pul-
lus hiru-
dinis

14. * Quasi hirundo sic clamabo:
* & quasi columba sic meditabor.

* medita-
bor vt co-
lumba.

E I V S-

CATE-
NA PA-
TRVM.

EIVSDEM. Cantica pro gratiarum actione promens pollicetur se canoros passeris imitaturum, & sine cessatione laudum cantica oblaturum. Itaque in rebus prosperis quæ nobis à Deo eueniunt à nobis glorificandus est.

EUSEBII. Cùm autem, inquit, Deum assiduè deprecarer, & diuinæ supplicationi incumberem; quia præter spem salutem adeptus sum, hirundinis & columbæ cantilenas imitabor, vitæ largitori hymnos contexens.

* *Vulgata*
Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum. Domine vim patior, responde pro me.

* Defecerunt enim oculi mei aspiciendo in excelsum cæli ad Dominum, qui eruit me, & abstulit à me dolorem animæ.

EUSEBII. Qui mei curam gerit is eripuit me, & abstulit dolorem ab anima mea, tantum non sermonem suum confirmans, quem sanctis suis promisit dicens: *Adhuc loquente te dicam Ecce adsum.* Posthabita enim omni humanâ arte *ad te leuani oculos meos qui habitas in calis*, tu autem mei misertus es, cùm ab imminente dolore me liberaueris.

Psal. 122.

* *Vulgata*
Quid dicam, aut quid respō. debet mihi, cùm ipse fecerit? Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

15. * Domine de ipsa enim annuntiatum est tibi.

THEODORETI. Pro hac enim re, inquit, preces tibi obtuli.

16. * Et suscitasti spiritum meum, & consolationem accipiens vixi.

EUSEBII. Restituisti enim hunc cùm extinguendus erat.

17. * Eruiisti enim animam meam vt non periret, & proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

* *Vulgata*
Domine si sic viuatur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & viuificabis me.

* *Vulgata*
Ecce in pace amantudo mea amarissima: tu autem eruisti animam

* *omittis &*

EIVSDEM. Non quodd ego his dignus essem (multis enim peccatis inquinatus eram) sed tuâ misericordiâ & benignitate hæc facta sunt. Quando igitur morbo laborabat propriam pietatem Deo exhibuit; & salutem adeptus Dei clementiam celebrat, eò quod per hanc à morte liberatus sit. Proiecisti enim, inquit, peccata mea, mihiq̄ue dedisti rursus occa-

ΤΟΥ ΑΙΤΟΥ. Τὰς χαριστικὰς ἀνατείνων ὡδὰς τὰ ἔργα ἐρυθίαν δόξουμῃν εἶναι. Ἐὐτα μιμῆσθαι κατὰ παρὰ γέλιται, καὶ ἀκαταλήκτοι ποιείσθαι τὰς ὑμνωδίας. Οὐκ εἶναι ἐν ταῖς ἀπαθείαις αἴτιον ἂν εἰς ἡμᾶς ἄποσι τῶν θεῶν δόξολογίαν πρὸς ἡμᾶς.

EUSEBIOI. Εὐχομαι δὲ με, φωνῆ, ὀπιμελῆς, καὶ ἐγκυμῆς τῆς πρὸς θεῶν ἰκαμεία· ἐπειδὴ παρ' ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἀπήλαυσα, χελιδόνος καὶ περὶ τῆς ἀδολοχίας μιμήσομαι, ὑμνοὺς ὑφαίνω τῆς χορηγῶ τῆς ζωῆς.

Ἐξέλιπον γὰρ με ὀφθαλμοὶ ἀπὸ τῆς βλέπειν εἰς τὸ ὑψὺ ἔρανοῦ πρὸς τὸν κύριον, ὃς ἐξείλετό με, ἔ αφείλετο μου τὴν ὀδύνην τῆς ψυχῆς.

EUSEBIOI. Ὅς δὴ μὴ μιμήσοις ἐξείλετό με, ἔ αφείλετό με τὴν ὀδύνην τῆς ψυχῆς, μονογενὴ τὸν αὐτὸν λόγον πτωσάδμος, ὃν ἐπήγαλται τοῖς ἀγίοις αὐτῶ ἐπιπῶ. Ἐπὶ λαλῆτός σου ἐστὶ ἰδὲ πάρεμμι. πᾶσαι γὰρ ἀνθρώπων κατὰ τὴν μακαρίαν πρὸς τὸν ἦρα τὴν ὀφθαλμῶν μου τὴν κατὰ τὴν ἐρανοῦ, οὐ δὲ με οἰκτίρας, τῆς ὀπιμελῆς ὀδύνης ἀπήλαυσα.

16. Κύριε φεῖ αὐτῆς γὰρ ἀνηγέλη σοι.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Πρὸς τὴν γὰρ, φωνῆ, ἔ τὴν ἰκαμείαν πρὸς τὴν γὰρ.

17. Καὶ ἐξήγειράς μου τὴν πνοὴν, ἔ ἀδολοχίαν εἰς ἐξῆσά.

EUSEBIOI. Ἐπαύθησθαι γὰρ ταῖς μέλλουσαι κατὰ τὴν πνοὴν.

17. Εἰδὲ γὰρ με τὴν ψυχὴν ἵνα μὴ ἀπόληται, καὶ ἀπέριψας ὀπίσω μου πάσας τὰς ἀμαρτίας μου.

ΤΟΥ ΑΙΤΟΥ. Οὐχ' ὅτι τὴν ἀξιὸς ἡμῶν ἐγὼ (πολλῶν γὰρ μετὰς ἀμαρτιῶν αὐτὸς ὑπῆρχον) ἀλλὰ τὸ σὺ ἐλάω καὶ τῆς φιλαθροπίας ταῦτα παρήσθαι μοι. ἵπτα δὲ ἡδόνει τὴν οἰκίαν δόξουμῃν ὑπέδειξε τῆς θεῶν καὶ τῆς σωτηρίας τῶν τῶν θεῶν φιλαθροπίας ὑμνεῖ, ὡς τὸ θανάτου δὲ ταύτης ἀπαλλαγίς. Ἀπέριψας με γὰρ φωνῆ, τὰς ἀνομίας, καὶ ἰδὲ καὶ μοι πᾶσαν ἀριστα-

σέφασιν εἰς κτῆσιν δικαιοσύνης. Τίς γὰρ ἐπὶ ζῶσι τὸ ποιεῖν ῥάδιον· οἱ γὰρ τεθνεώτες ἔξω τῆ ἐμπορίας γηθύνονται.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὁθεν καί γὰρ αὐτὸς ἰωάννης τὴν σφαλερὰν ἐκείνων ἐπίνοιαν, σπείρω καὶ γάμοις διμύλησαι ἔ παιδοποιήσασθαι; πρὸς τὸ καὶ τὰς δεξιὰς ἐμοὺς ἡμιόμοις κήρυκας ἀναστήσαι τῆ σῆς δικαιοσύνης.

17. Οὐ γὰρ ἐν ἀδὲ αἰνεύουσί σε κύριε, ἐδὲ ἀποθανόντες διλογηθουσί σε, ἐδὲ ἐλπῆσαι ἐν ἀδου τὴν ἐλεημοσύνην σου.

ΚΥΡΙΑΛΛΟΥ. Τὴν ἰσὺν ἂν ἔχει τῆς σπυριτωδύνης δυνάμει τὰ δεξιὰ τῆς τῆ ψάλλοντος φωνῆς εἰρημόμοι· τίς ἀφάλας ἐν τῷ αἵματι μου ἐν τῷ καθάβαινον με εἰς ἀφροσύνην; μὴ ἐξομολογήσεται σοι χάρις, ἢ ἀναγγελεῖ τὴν ἀληθείαν σου; οἱ γὰρ ἀπαξ τεθνεώτες καὶ τὰς ἀδου πύλας γενοῦντες κάτοχοι, ἀποπαύσονται ταχαπὺ καὶ τῆ δόξολογῆν· πρὸς τὸ πᾶν διὰ παντὸς οἱς ἐδὲν εἰργάσαντο; μύησι δὲ μάλλον ἐν οἷς καταλείφθησαν, καὶ τῆς καθόλου κελσιῶς ἐκδέχονται καὶ ἐν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Χωρὸν γὰρ ἔστιν ἀσέλων τῆτο· διὸ τὴν ψυχὴν ἐλάττωσθε δὲ αὐτῶ, χαίροντες ἀποδιδώμι τῷ θεῷ τὴν ἀχαρείαν· ἢ δὲ χάρις ἦν ὡς τῷ θεῷ ζώντων καὶ τὰς αἰνεῖται ἀποδέχεται· ἴθθα καὶ αὐτὸς ἡμίμοις πεισθῶ, τῆτο μου τῆ σῆς δωροδομῆς χάρις.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ. Τῆτο δὲ ἐλεῖθι, ἐκ ἐκκλίπων τῆς ἀνασάσεως τὰς ἐκπιδάς, ἀλλὰ δηλῶν οἷς εἰς ἀδου ἀπώλειας ἀπληθύθεν, μὴ ὡς σε ἀνακληθῆς, καὶ συγχάρησιν ἀμαρτίας δεξιὰ μου.

18. Οἱ ζῶντες διλογηθήσασί σε ὅν πρόπον καί γὰρ

ΚΥΡΙΑΛΛΟΥ. Οὐκ ἔστιν οἱ ζῶντες, φησι, καὶ τῆ δρᾶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ἔχοντες, ἐξέμισαν, ἐπειδὴν ἐπὶ σάδοις διλογηθήσασί σε ὅν πρόπον καί γὰρ.

Ἀπὸ γὰρ τῆς σήμερον παιδία ποιήσω ἀ ἀναγγελεῖσι τὴν δικαιοσύνην σου, κύριε τῆ σωτηρίας μου.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὑπὸ γοῦται δὲ παιδία ποιεῖν ἀ ἀναγγελεῖσι τὴν τῆ θεῆ δικαιοσύ-

TOMVS III.

sionem iustitiam obtinendi. Siquidem hoc adhuc viuentibus facile; defuncti verò iam extra forum sunt.

CATE-
NA PA-
TRYM.

E I V S D E M. Vnde ego ipse fallacem illam cogitationem corrigens, ad nuptias & ad procreandos liberos festinabo, ut gignantur ex me tuæ iustitiæ præcones.

18. * Non enim qui in inferno sunt laudabunt te Domine, neque mortui benedicent te, neque sperabunt qui apud inferos sunt misericordiam tuam.

* *Vulgata*
Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.

CYRILLI. Præfenti sententiæ æquivalent ea quæ per vocem Psalmistæ dicta sunt: *Quæ utilitas in sanguine meo descendo in corruptionem? Numquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?* Nam qui semel mortui & inferorum portis clausi sunt, à laudibus diuinis cessabunt: nihil autem addere possunt ijs quæ gesserunt, sed potius permanent in his in quibus deprehensi fuerunt, & generalis iudicij tempus excipient.

E V S E B I I. Ille enim locus impiorum est; propterea cum ex eo animam liberauerim, lætus Deo gratias ago. Regio verò eorum qui apud Deum viuunt etiam laudantes admittet. Ibi, inquit, me futurum confido; tuâ gratiâ id mihi concedente.

THEODORI HERACLEOTÆ. Hoc autem dixit, non quòd spem resurgendi abiicisset, sed ostendens se ad infernam perditionis peruenturum fuisse, nisi à te fuisset adiutus, & peccatorum veniam impetrasset.

19. * Viuentes benedicent tibi sicut & ego:

* *Vulgata*
Viuens uiuens ipse confitebitur tibi,

CYRILLI. Viuentes igitur, inquit, & adhuc bonum agendi facultatem habentes, ubi quidpiam boni acceperint benedicent tibi quemadmodum & ego.

* Ab hodierno enim die filios faciam qui annuntiabunt iustitiam tuam, Domine salutis meæ:

* *Vulgata*
Sicut & ego hodie pater filijs notam faciet veritatem tuam. Domine saluum me fac,

E I V S D E M. Pollicetur se filios daturum qui Dei iustitiam prædicent.

C c c c c

Ac

CATE-
NA PA-
TRVM.

Ac nonnulli dicunt ipsum promittere chori & cantorum fundationem, qui in divino templo modulentur. Alij verò rebus magis arcanis inhxerentes aiunt, Ezechiam sublimia meditantem arbitratum fuisse se Regnum perpetuum vitamque perennem habiturum; quoniam quæ de Christo utpote Davidis filio scripta erant, de seipso dicta iactabat. Vnde dicunt Ezechiam cum per quatuordecim annos regnasset, procreandis liberis nullam operam dedisse. Nam postquam de vitæ suæ fine certior factus erat, de successoribus sollicitus recipit se filijs procreandis vacaturam, additque insuper ipsos iustitiæ Domini præcones extituros. Verùm à veritate sermo eius aberravit; siquidem natus est illi Manasses, qui scelestus fuit ac impius: sed satis est generorem eius fuisse piam & divinæ iustitiæ præconem extitisse.

EIVSDEM. Hoc autem est iam non amplius superbiâ laborantis, sed naturæ suæ conscij, & accuratè intelligentis, quoniam nos omnes multis peccatis obnoxij sumus; & nisi Deus per misericordiam suam salutare voluerit, nemo gloriari possit se purum habere cor, neque iactare valeat se mundum esse à peccatis. Itaque quando res prosperæ nobis à Deo conceduntur, ipse à nobis glorificetur, ut qui obliuiscatur errorum nostrorum, ob quos par erat nos iuste puniri. Sapientes enim, inquit, semetipsos agnoscunt.

THEODORETI. Tu semper assistis, & nunquam à tuo sanctuario recedis.

EUSEBII. Prædicat autem se patrem filiorum fore, divinâ nimirum gratiâ ipsi opitulante.

20. * Et non cessabo benedicens tibi cum psalterio omnibus diebus vitæ meæ in conspectu domus Dei mei.

THEODORI. Ceterùm non cessabo etiam ego ipse per totam vitam hymnos gratiarum actionis offerre vniuersorum Deo vnâ cum ijs qui in domum tuam ingrediuntur. Sensibilis autem nobis data est consolatio quæ nos in timore tuo cõsineat. Propheta igitur declarauit ex insperato Ezechie medicinam adfuturam.

* Vulgata
Et psalmos
nostros
cantabimus
cunctis die-
bus vitæ
nostre in
domo Do-
mini.

ἴλυ. καὶ οἱ μὲν φασὶ ἐπὶ χαριστικῶν ἰσχυ-
γέλλει) καὶ ψαλμοῦς, ὡς καὶ θεῶν κατὰ
κατὰ τὴν ἀφροσύνην. ἔπειτα δὲ καὶ πρὸς
ἀπορρήτωτέροις ἐπὶ τοῦ αἰώνου λέγουσι,
ὅσπερ ἐν φιλοσοφίᾳς ἔχειται ἐν τῷ
πυρρῷ ἀταλάντων ἔχει τὴν βασιλείαν καὶ αὐ-
τὴν ἀκατάληκτον ἐπὶ ζωῆς. ὅτι τὰ ἐπὶ Ἰερ-
σοῦν γεγραμμένα εἰς θεοῦ καὶ τοῦ δαυὶδ, εἰς
αὐτὸν εἶρηται τε ἔβλεπει. ὅτι φασὶ καίτοι
πλάσσει καὶ δόξατος ἔτος ἐν τῷ βασιλείᾳ,
ἔχει ἐξ ἑσῶν παρορμητικῶς τὴν χεῖρα παι-
δαγωγῆς. μαμαθικῶς τοῦ θεοῦ τὸ δ' αὐτῷ
ζωῆς πύραυς, ἥν' ἔχει ἐξ ἑσῶν αὐτῶν παι-
τα φροντίδα ἔστι παιδία ποιῶσά φησι, καὶ
φροσίδου ὅτι ἀνεπηλείω ἐστὶν τῷ κυρίῳ
δικαιοσύνη. καὶ ὁ μὲν ἀλαθείας διαμαρ-
κῶν ὁ λόγος αὐτῶν· γέγραπται γὰρ ὁ Μανασῆς,
δυστέλης τε ἔαλλήλοιο· πλὴν τὴν ἴσιν εἰς
τὴν τῷ φύσει τῶν γούμων ἦ καὶ αὐτὸς ἔσ-
θῆς καὶ τῷ θεῷ δικαιοσύνης ἀπηλάτῃς.

ΤΟΥ ΑΙΤΟΥ. Τὴν δὲ ἔστιν ἕστιν το-
σοῦτος τὸ ἀλατῶσιον, ἀλλ' ἰσχυροῦς
ἦδη τῷ ἰσχυρῷ φύσει, ἔσθῆτος ἀμελῶς, ὅτι
πολλὰς ἐποχὰς πάντας ἐσὺν ἁμαρτίας· ἐ-
εἰ μὴ βούλοιο ἑώλεθ ἕλεθ θεῶς, ἕλεθ ἁμα-
χίσι) ἀγρὴν ἔχει τὴν καρδίαν, ἀλλ' ἔσθῆ
παρρησιασάτω κατὰ τὸν εἶ) τῶν ἁμαρτιῶν.
Οὐκ ἔν τῷ ἀπαθείᾳς ἀπὸ αἰ εἰς ἡμῶς
χρησῶν τῷ θεῷ, δόξαλογοῦσά σεις
ἡμῶν, εἰς ἀμνημονίαις, ἥν' ἐσθῆ τὸν δόξα
ἡμῶς κολαίωσθ. σοφοὶ γὰρ ἐπηγοῦσῆς, φη-
σι, ἑαυτῶν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Σὺ φροσῶσῆς
ἐσθῆτος, καὶ ἀχάριτος γηγοῦσῆς τῷ
ἀγῶσμοσῆς.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Πρατῆ) δὲ ἐπὶ καὶ παι-
δῶν καὶ πατέρ, τῆς θεῶς αὐτῶν δόξατος
χάριτος ἀμνημονίαις.

κ'. Καὶ ἐ καὶ ὅσῃ ἀλλογῶν σε
μὲν ψαλμοῦς πάσας τὰς ἡμέρας
τῆς ζωῆς με κατέταυθ ἔσθῆ αἰκῶ τοῦ
θεοῦ μου.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὐ παύσομαι δὲ κατὰ
αὐτὸς ὑμῶς ἀχαριστοῦ ἀνεπίμπα παρ-
δλον τὸν βίον τῶν ἥν' ἄλων θεῶν μὲν ἥν' εἰς
τὸν οὐρανὸν σε εἰσῶσῆς. αἰδουτῆ δὲ δὲ δόξα
ἡμῶν τῷ θεῷ ἀμνημονίαις ἀμνημονίαις ἡμῶς εἰς τὸν οὐ-
ρόβου. τὸν ὅτι τῷ θεῷ ἔσθῆ τῶν θεοσῆσαι
ἰσχυροῦσῆς τῶν ἔσθῆ ἑλῆλυ ὁ φροσῶσῆς
εἰ

Εκ τῶν ἐναντίων, φησὶ, καρπὸν ἐμαυτῶν ἰάσων· ὁ γὰρ ἐναντιώτατος ἐστὶν δοκεῖ τοῖς φράσασιν τὸ οὐκ ἔπιθεῖναι· αὐτὸς δὲ ἔχει τὴν ἰάσων ἐπιθεῖς· ἐφ' ᾧ ἀγαθὸς ὁ μακάριος Ἐζεχίας· σήμερον ἔρασκα τὰ τοῦ μέγα, τὸ ἐμὲ δουληθέντα ἐπιθεῖναι τῷ ἐμαυτῶν ποδὶ εἰς τὸν τῷ θεῷ οἶκον ἀναβῆναι τοῖς δωχαριστηρίοις ὡδὰς ἀφίεντα.

Ex rebus enim, inquit, aduersis remedium colligo: siquidem vulneribus maximè contrarium videtur ijs ficum apponere; ipse tamen illam imponendo curatus fuit. Quamobrem admirans beatus Ezechias: Hodie, inquit, hoc maximum mihi contigit, vt possim meo ipsius pede in domum Dei gratias acturus ascendere.

ANNO-TATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hoc Canticum inscribitur, Προσὸχὴ Ἐζεχίας βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἠνὴρ ἰμαλαίδη, ὃ ἀνίστη ἐκ τῆ μαλακίας αὐτοῦ: Oratio Ezechia Regis Iudæe, quando languit, & surrexit de infirmitate sua. Est autem carmen Eucharisticum, quod pius Ezechias per se vel potius per Isaiam composuit in gratiarum actionem Deo pro sanitate restituta, quodque scribi, vel in æs incidi publiceque proponi iussit in perpetuum diuinæ clementiæ præconium & monumentum. Commemorat autem maximo se in mœrore fuisse, cùm responsum præmaturæ mortis accepisset, rursusque Dei beneficio producto viuendi spatio quodammodo reuixisse; polliceturque se reliquum vitæ in Dei laudibus exacturum.

culum, quod vbi anima discessit aufertur, & vi quadam quasi amovis paxillis abstrahitur. Ad hanc similitudinem videtur etiam allusisse Petrus Apostolus, cùm loquens de morte sua ait: Certus quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus noster Iesus Christus significauit mihi.

2. Pet. 1, 14.

IBIDEM. Sicut tela spiritus meus apud me factus est texente appropinquante ad succidendum. Vulgata reddit: Præcisa est velut à texente vita mea: dum adhuc ordiret succidit me. Comparat vitam humanam telæ instabili, quæ pro voluntate textoris pertexitur aut succiditur. Vitæ nostræ textor est Deus; in cuius manu ac potestate est vita & mors: cùm placet illi filum fecat, telam scindit, nec protrahitur amplius quàm ipse disponat. Quidam statim post ortum rapiuntur, de utero translati ad tumulum, quidam in pueritia, quidam in adolescentia, quidam in iuuentute, quidam in viuili ætate, quidam in senectute: & vniciueque periodum vitæ certam statuit Dominus, ad quam pertinget, & non procedet vltèrius. Scriptum est enim: Breues dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est: constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Vnde antiqui Philosophi Pagandrum, vt S. Augustinus lib. 20. Contra Faustum cap. 9. notauit, ad designandam incertitudinem & volubilitatem humanæ vitæ, tres Parcas seu tria fata constatuebant, in colu, & fuso digitisque filum ex lana torquentes, propter tria tempora: præteritum, quod in fuso iam metitum atque inuolutum est: præsens, quod intet digitos nentis traicitur: futurum in lana, quæ colu implicata est: quod adhuc per digitos nentis ad sursum tamquam per præsens ad præteritum traicitur. Itaque Ezechias telæ similitudine vtens, dolet quod ante tempus & in flore ætatis suæ succidatur, & dum adhuc ordiretur. Moraliter locus hic mortales omnes admonet, ne telas araneorum texere audeant, & in incerto vitæ habeant confidentiam, multa & varia in posterum disponentes & mente tractantes; cùm tamen ignorent quid futura pariat dies.

Humana vita tela comparata qua à texente succiditur.

Iob 10, 19.

Iob 14.

Sicut leoni, &c. Vulgatus: Quasi leo sic contriuit omnia ossa mea. id est, secundum Glossam interlinearem: Quasi leo omnipotens omnia comminuens non solum carnes, sed contriuit omnia ossa mea. Ex vngue ergo præsentis tribulationis vel afflictionis dum vel digitus flammâ aduritur, vel modicum quid angustiae sustinetur, colligi potest, qualis sit leo, qui & carnes & ossa in inferno conlumit.

De titulo & argumeto.

Mediâ ætate qua & qualis.

Sancti pleni dierum, improbi in dimidio dierum mori dicuntur. Psal. 54.

Corpus nostrum instar tabernaculi pastorum est.

10. Ego dixi, In altitudine dierum, &c. Græcè, ἐν τῷ ὕψει: Vulgata reddit, in dimidio: quod in Hebræo est בְּרֵמִי bidmi: pro quo Septuaginta legerunt βερομυ beromy: id est in excelso. Sed sensus eodem redit. Nam in dimidia ætate est ἀλμυ, id est vigor ætatis; tumque est quasi in summo, in quo statum sumit, permanetque ad aliquot annos; post quos sensim decrescit & deficit. Erat autem tunc Ezechias triginta nouem annorum: quæ ætas quasi dimidia est humanæ vitæ: siquidem integra ætas notatur Psalmo 89. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem in potentatibus, octoginta anni, &c. Vbi notandum cum S. Hieronymo, quod sancti implent dies suos, qualis fuit Abraham; qui mortuus est in senectute bona, prouecta que ætatis, & plenus dierum: peccatores verò & impij in dimidio suorum dierum moriuntur: de quibus & Psalmitista loquitur: Vtri sanguinum & dolosi nondimidiabant dies suos. non enim implent opera virtutum, nec student penitentiâ emendare delicta: unde in medio vita cursu & in errorum tenebris ducentur ad tartarum. Ita Hieronymus ad hunc locum. Vide quæ nos Tom. 2. ad Psal. 54. & Psal. 99. annotauimus.

12. Defeci ex cognatione mea: dereliqui refiduum vitæ meæ: Exiuit & recessit à me sicut tabernaculum soluens qui fixerat. Hoc Vulgata reddit hoc modo: Generatio mea ablata est, & conuoluta est à me quasi tabernaculum pastorum. Sumpta est hæc similitudo à pastoribus, qui quoties locum mutant, & greges transferrunt ad alia loca, conuoluunt subito tabernaculum suum, & illud huc atque illuc secum portant; quoniam non habent fixas sedes, sed prout necessitas exigit loca commutant, & refignant tabernacula. Sic igitur corpus est velut taberna-

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.

14. *Quasi hirundo sic clamabo: & quasi columba sic meditabor.*] Cyrillus hæc ad laudem & gratiarum actionem retulit, quod polliceatur se à morbo recreatum in Dei laudibus perpetuò celebrandis has aves imitaturum. In eandem sententiam accipiunt Theodorus Heraclotes & Theodoretus: & S. Bernardus eandem non improbat. Verùm ad litteram patet, has querulas esse afflicti Regis voces & gemitus, non exultantis psalmodiam, aut iubilantis vel gratias agentis hymnum, vti benè Cornelius noster obseruat. Hirundo enim querula, & columba gemebunda est avis, ideoque symbolum querularum atque gemituum.

Hirundo querulari, columba gemituum symbolum est.

IBIDEM. *Ad Dominum qui eruit me, & abstulit à me dolorem anima.*] Hæc in Vulgata longè aliter habentur, vti & sequentes duo versiculi. Sic enim Vulgata concludit hunc versum, *Domine vim patior, responde pro me.* & subdit versu sequente: *Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?* (sic enim legendum est ex Hebræo, vt legit D. Hieronymus, non fecerim.) quem ita D. Hieronymus interpretatur: *Dicebam, inquit, ad eum, Plus patior quam mea poscunt merita: sed etsi quid erravi conuertar ad melius: tu responde pro me. Non est enim volentis neque currentis, sed miserentis Dei. Rursumque in se reuertitur: Quid dicam quidve causabor contra factorem meum, aut quid mihi respondebit, qui fecit ipse quod voluit? Sustinenda ergo sunt quacumque decreuerit. Iuxta quam expositionem confiteretur Ezechias Deum nihil iniuste agere, atque adedò nos non posse cum punimur quidquam aduersus eum causari, cum ipse sit qui punit, qui summa iustitia est. Vnde delictorum suorum pœnitentia ductus subdit: *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee.* Vbi pro *Recogitabo* S. Hieronymus vertit *Reputabo.* hoc est, Diligenter expendam, & versabo in animo meo, vt quales fuerint probè intelligam. Sed vocem Hebræam דדדא alij interpretantur *Perambulabo*: Vatablus, *Leniter incedam.* Mercurus ait eo verbo significari mollem & tardiozem incesum instar gradientium pedetentim in pompa: vt intelligamus Ezechiam non cursim & tumultuariè, sed lentè considerateque omnes antea actæ vitæ suæ gressus relegisse, & vbi à via regula deflexissent accuratius annotasse, & errorum ac vitiorum causas diligentius inuestigasse: vbi que autem videbat immanem Dei contemptum & sanctissimarum legum despicientiam, obliuionem sui, inertiam, temeritatem, ingrati animi dedecus, maculosam conscientiam, animi cæcitatem, voluntatem ferream, quam indulgentissimi patris humanitas mollire & flectere numquam potuisset. Hinc nimirum pudor iustus, & in facie illa animi sui contemplanda, cui sacra Nemesis pœnarum acruos & cocytum meditabatur, horror timidæ conscientie existerat. Nam illa verba Ezechie Figurina editio ex Hebræo in hunc modum vertit, *Morsando caput, concutiendo corpus meditabor;* Agellius autem, *Horrebo & contremiscam.* Quæ præteritorum scelerum detestationem & pauentis animi dolorem significant magnitudine periculi sui exhorrescentis. Ex hoc fonte manant illæ lacrymæ, indices pœnitentiæ & com-*

Ezechiam exemplar veri pœnitentia.

punctionis. quibus stratus abiectusque Princeps fœdas animi labes eluere conabatur: addit enim, *in amaritudine anime mee:* hoc est in profusione lacrymarum, quæ naturâ suâ salzæ amaræque sunt, ad expiandas proinde sordes accommodatæ: vel in doloris acerbitate, quem ipsa criminum memoria cogitatioque suggerit, atque vt aloës potum inducit.

15. *Domine de ipsa enim annuntiatum est tibi: & suscitasti spiritum meum: & consolationem accipiens vixi.*] Vulgata hæc etiam aliter legit hoc modo: *Domine si sic viuatur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & uimificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.* q. d. Si sic vitam infumpturus eram, si in talibus, tam fœdis, tam homine indignis perditurus eram vitam spiritus & animæ meæ, vt quid me oportuit viuere? Et dum hæc dico, & me dolore conficio, & tuam in corde meo reprehensionem sentio, ad vitam ex tua misericordia mihi prærogatam adducor: video profectò, quia in illa pace simulata & noxia, quam cum meis vitijs & peccatis habui, erat abscondita amaritudo mea amarissima. Dum verò, inquit, hoc video, & pro admissis doleo, tu Domine, qui non vis mortem peccatoris, sed vt conuertatur ad te, eripuisti animam meam à statu illo misero peccati, vt non periret; & proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea: vel vt Septuaginta vertunt, & proiecisti post me omnia peccata. Hos omnes fructus ex recogitatione peccatorum suorum collegit Ezechias; & nos eisdem colligimus quotiescumque cum vera tristitia & dolore nostra peccata discutimus & recogitamus. Vnde pulchrè nos monet B. Bernardus ad Fratres de monte Dei sic scribens: *Disce igitur, o Frater, tibi præesse, & vitam ordinare, mores componere, temetipsum iudicare, & temetipsum apud temetipsum accusare, sibi etiam condemnare, nec impunitum dimittere. Sedeat iudicans iustitia, stet rea & temetipsum accusans conscientia: nemo se plus diligit, nemo fidelius iudicabit. Manè præterita noctis fac à temetipso exactiorem, & ventura dies tu tibi iudicio canonem. Vespere præterita diei rationem exige, & superueniens noctis fac indictionem: sic districto numquam aliunde lasciuire vacabit. Sic ille. Cum ergo omnia quæ agimus ex S. Bernardi sententia discutenda sint; & illorum ex misericordia Dei multa sint bona, & ex fragilitate nostra non pauca sint mala; sequitur vt vniuersa tam bona quam mala coram conscientia apparere debeant, vt nimirum bona ex misericordia Dei facta ab eo quod imperfectionis ex miseria humana contraxerunt purgentur, & mala ex fragilitate nostra patrata per contritionem & debitam pœnam deleantur.*

Quando conscientia sic componitur infra

18. *Non enim qui in inferno sunt laudabunt te, &c.*] Vulgata, *Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.* Aludat ad illud Psalmi, *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum; sed nos qui viuimus benedicimus Domino ex hoc nunc & vsque in seculum.* item illud: *Quoniam non est in morte qui memor sit tui; in inferno autem quis confitebitur tibi?* Ad quæ loca vide quid superius annotatum sit.

Psal. 111.

Psal. 6.

CAN.

CANTICVM TRIVM PVERORVM.

CATE-
NA PA-
TRVM.

κς'. **Ε**ΥΛΟΓΗΤΟΣ ΕΙ ΚΥΡΙΕ Ο
Θεός των πατέρων η-
μῶν, καὶ αἰνετὸν ἔσθι δε-
δοξασμένον τὸ ὄνομά σου εἰς εὐ-
αἰῶνας·

ΙΩΑΝΝΟΥ. Γὰρ μὴ νομίσῃς ὅτι ἕσθι
τῶν πατέρων διχαρισῆσαι μόνον, καὶ ἕσθι τὴν
αἰχμαλωσίαν καὶ τῶν δεσφῶν ἐκείνων τῶν
συμβεβηκότων αὐτοῖς, ὡς ἀκαλεῖσι τὸν Θεόν·
ἐκ εἶπον ὁ Θεός ἡμῶν· ἐδὲ μὴ τιμὴν κάμνον
καὶ ποσάτι τινι ἀρετῶν ἐδόμισαν ἑαυτὰς ἀ-
ξίως εἶθι τὴν ποιότητος περισηροίας, ἀλλ' ἐπι-
τὴς πατέρας ἐπὶ καταφύγουσιν ὁ Θεός φησι
τῶν πατέρων ἡμῶν. ὅσα γὰρ μεγάλων ἡξίω-
το, ποσάτι μᾶλλον ἐταπείνη ἑαυτὰς.

ΕΥΔΟΧΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ. Ὑμνων γὰρ ἀ-
ξίος σὺ, φησιν, ὁ δὲ τὴς πατέρας τὸ ἡμί-
τερον ἐκλεξάμενος γένος, καὶ δοξάζειν σε δι-
καιοῖς· ἐπίπερ ἐδὲ τὴν χροῖαν γινώσκει σε ἡ
δύναμις, εἰ δὲ περὶ τὴν κτίσιν, ἔδξιδόμεν,
ὁ αὐτὸς τοῦ ἐπι σοὶ πέποιθόσι τὸ αὐτὴν ἔξ-
σίας παρέχων τὰς ἀποδείξεις.

ΙΩΑΝΝΟΥ. Οὐδὲ εἰς γινώσκῃ, φησιν, ἔχει
μίμψασθι ἐδὲν τῶν εἰς ἡμᾶς γινωσκόμεν, εἰ
τῶν εἰς πόλιν, εἰ τῶν εἰς τὸν ναδόν· ἐπίπερ φέ-
ρων μὲν τινὶ πόλιν ἐσεπλήσασμεν, τὸν δὲ
ναδὸν εἰδάλωπ· αὐτοὶ δὲ ἑαυτὰς τὰ χρίετα
διεθήκαμεν.

κζ'. Ο' π' δίκαιος εἶ τῶν πᾶσιν
οἷς ἐποίησας ἡκεῖν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὑπερ τῶν παρελθόν-
των διχαρισῆσαι, ὡς περὶ καὶ ἰωβ.

ΑΛΛΩΣ. Δείκνυσι τὰ περὶ ἡμᾶς, ὡς
ἐξία τῶν πλημμελημάτων δὲ κλει ὑπέστημεν
ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς γινωσκόμεν.

Καὶ πάντα τὰ ἔργα σου ἀλη-
θινὰ, καὶ δὲ θεῖα αἱ ὁδοί σου,

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Αἰλιθὴ δὲ ἀεὶ, φησὶ,
καὶ τὰ πάλαι γινωσκόμενα ἐπὶ τῶν ἡμετέρων
πατέρων τὰτε κατ' Αἴγυπτον καὶ τὰ κτ' τινὶ
θάλασσαν, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῆ τὴν ἐπι γελίας
ἐπεράχθη. εἰ γὰρ ἐν εἴπερ ἐκεῖνα ἑσθι ἡσθι,
ποσάτις καὶ τὸ παρὲν τὴν ὡς εἶ σοὶ ὅτι κ-
εἰας ττυχήκασι.

26. **B**ENEDICTVS ES Domi-
ne Deus patrum no-
strorum, & laudabi-
le & gloriosum nomen tuum in
sæcula:

IOANNIS. Noli arbitrari quod pro re-
bus dumtaxat presentibus gratias agant, &
pro seruitute grauibisque illis quæ ipsis ac-
ciderant malis Deum inuocent: neque dixe-
runt Deus noster; quia non putarunt huius-
modi appellatione se dignos etiam post ca-
minum & post tantam virtutem, sed adhuc
ad suos patres confugiunt dicentes *Deus pa-
trum nostrorum*. Quantò enim maioribus re-
bus ornati erant, tantò se submissius gerebant.

EVDOKII PHILOSOPHI. Hymnis enim,
inquiunt, tu dignus es, qui propter patres no-
strum genus elegisti, & par est ut ab omnibus
celebreris; quoniam nullo unquam tempore
virtus tua senescit, sed ante mundi creationem
es, idemque permanes, præbens potentia tuæ
argumenta ijs qui in te confidunt.

IOANNIS. Nemo igitur, inquit, potest
aliquid criminari ex his quæ nobis contige-
runt, siue aduersus ciuitatem, siue contra tem-
plum; quoniam & nos urbem cædibus imple-
uimus, templum verò idolis; nos autem no-
bis ipsis hæc mala asciuimus.

27. Quia iustus es in omnibus
quæ fecisti nobis.

EIVSDEM. Pro rebus præteritis gratias
agunt, sicut & Iob.

ALITER. Res ipsæ demonstrant, quàm
dignam delictorum nostrorum pœnam susti-
nuerimus in hostium potestatem redacti.

Et vniuersa opera tua vera, &
* rectæ viæ tuæ,

* *Vulgata*
viæ tuæ
rectæ,

ANONYMI. Vera certè sunt, inquiunt,
etiam quæ olim patribus nostris euenerunt
tam in Ægypto quàm in ipso mari, & quæ-
cumque in terra promissionis facta sunt.
Neque enim illa falsa sunt, cum in præ-
sentiarum tantam abs te opem consecuti
simus.

CATE-
NA PA-
TRVM.

* Vulgata
Iudicia
enim vera

* addit in

Et omnia iudicia tua vera:

28. * Et iudicia veritatis fecisti iuxta omnia quæ induxisti super nos & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Hierusalem: quia in veritate & * iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra.

ANONYMI. Quæ contra nos, inquit, facta sunt iuste iudicasti: nam eos qui te offenderunt per calamitates reddidisti modestiores.

29. Peccauimus enim & iniquè egimus recedentes à te:

ANONYMI. Nullam enim, inquit, veniam meremur, cum ad extremam malitiam deuenimus, idque dum haberemus sanctos Vates, & tantam tuam clementiam essemus consecuti.

Et deliquimus in omnibus:

30. Et præcepta tua non audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus sicut præceperas nobis, vt benè nobis esset.

ANONYMI. Hoc est, Magno studio malum perpetrauimus: nam præter beneficia quondam nobis mirabiliter collata mercedem etiam pollicitus legum obseruantiam, à nobis non es auditus.

31. Omnia ergo quæ induxisti super nos, & vniuersa quæ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti:

ANONYMI. Si quis, inquit, diligenter confideret quæ à nobis patrata sunt, & quæ irrogata sunt nobis, sententiæ tuæ æquitatem admirabitur.

32. Et tradidisti nos in manibus inimicorum * iniquorum, & pessimorum præuaricatorum, & Regi iniusto & pessimo ultra omnem terram.

* Vulgata
addit no-
strorum

ANONYMI. Iniustum igitur vocauit, vt qui Dei honorem sibi usurpauerat; pessimum autem, vt qui nouum quemdam sup-

Καὶ πᾶσαι αἱ κρίσεις σου ἀληθεῖς.

κβ. Καὶ κρίματα ἀληθείας ἐποίησας καὶ πάντα ἃ ἐπήγαγες ἡμῖν καὶ ἐπὶ τῇ πόλει τῇ ἁγίᾳ τῶν πατέρων ἡμῶν Ἱερουσαλήμ. ὅτι ἐν ἀληθείᾳ ἔκρισες ἐπήγαγες ταῦτα πάντα ἐφ' ἡμᾶς διὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὰ εἰς ἡμᾶς, φησὶ, γρηγορήσα δίκαιως ἐκρίσας· τὰς γὰρ εἰς σὲ ὑβρίζοντας σωφροσύνης ταῖς συμφοραῖς εἰργάσω.

κγ. Ὅτι ἡμᾶς ἐδοξάμεθα καὶ ἠνομήσαμεθα ἀποστῆναι ἀπὸ σε

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐδέμιαν γὰρ, φησὶ, ἔχοντες, συγκινώμεθα εἰς ἐχάτην ὡδονομίας χωρήσαντες, καὶ τὰ πνευματικὰ ἔχοντες, καὶ ποσαύτης ὡδὸς σε τυχεύτης ἀνεξικαλίας.

Καὶ ἐξημαρτέμεθα ἐν πάσῃ

λ. Καὶ τῶν ἐπιτολῶν σου ὅσα ἠκέσαμεθα, ἐδὲ σωετηρήσαμεθα, ἐδὲ ἐποίησαμε κατ' ὡς ἐνετείλω ἡμῖν, ἵνα εὖ ἡμῖν γήνηται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τετίσι μὲν πολλὰς φιλοπρέπειας τὸ κακὸν διεπραξάμεθα· ὅθεν γὰρ τοῖς ἡδὴ ὡδὸς ὄξως εἰς ἡμᾶς γρηγορήσας καὶ μισθὸν ὑποχρόμενος δ' ἦν τόμος ἀπειθείας, παρ' ἡμῶν ἐκ ἠκέσθη.

λα. Καὶ πάντα ὅσα ἐπήγαγες ἡμῖν, καὶ πάντα ὅσα ἐποίησας ἡμῖν, ἐν ἀληθινῇ κρίσει ἐποίησας

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀκριβῶς, φησὶ, ἔξεταζων τίς τὰ παρ' ἡμῶν γρηγορήματα, τὰ πνευματικὰ ἡμῶν ἐπαχθεῖσα, ἀγαθεῖν ἂν σε τὰ ὅσα τῆς ψήφου.

λβ. Καὶ παρέδωκας ἡμᾶς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν ἀνέμων ἐχθίστων ἀποστατῶν, ἔ βασιλεῖ ἀδίκῳ, καὶ πονηροτάτῳ ὡς πᾶσιν τῶν γῆν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀδικῶν μὲν ἐν ἐκείνοις, ὡς τῶν τῶ θεῶ ἀρπάσαι πνευματικῶν· πονηροτάτων δὲ, ὡς κακῶν πνευματικῶν

ποι τιμωρίας καὶ ἵψ' εἰδ' ἐπιτακώτων ἐφω-
εῖν.

λγ'. Καὶ νῦν ὄχι ἔστιν ἡμῖν ἀ-
νοῖξαι τὸ σῶμα·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τυτίεν, εἰ διὰ μὲν
παρρησιασάσης ἐπὶ τοῖς ἡδὴ γεγενημένοις
δαύμασι.

Αἰχρῆτι καὶ ὄνειδος ἐγρηθήμεν
τοῖς δούλοις σου ἕ τῶν σεβομένων σου.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἡ γὰρ συμφορὰ ἀφαι-
ρεῖται τὴν ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις παρρησιασ-
θῶ καὶ ὄνειδος ἄφωτοι δούλοι σου.

λδ'. Μὴ δὴ ᾤξασθαι ἡμᾶς εἰς
τέλ' διὰ τὸ ὄνομα σου·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀλλ' εἰσπαροξύνει
ἡμᾶς, φησι, δίκαιος ᾤξασθαι ἕλπον.

Καὶ μὴ διασκοδάσης τὴν δια-
θήκην σου·

ΙΩΑΝΝΟΥ. Οὐκ ἐπειδὴ δίκαιον εἶδ-
καμεν ἰσχυρῶ, ἀλλὰ διὰ τὸ ὄνομα σου. Ὅτι
ἐπὶ ταύτῃ φεῖδον ἡμεῖς τὸ σφάλμα σαρκῶν
οἱ γὰρ εἰς θάνατον ἑαυτῶν ἐκδόντες, ἀνυποπί-
στοι ταῦτα λέγοντες.

λε'. Καὶ μὴ ἀποστήσης τὸ ἔλεός
σου ἀφ' ἡμῶν διὰ Ἀβραάμ τὸν ἡ-
γαπημένον ὑπό σου, ἕ διὰ Ἰσαὰκ
τὸν δούλον σου, καὶ Ἰσραὴλ τὸν ἁ-
γίον σου·

λς'. Οἷς ἐλάλησας, πληθύναι
τὸ σπέρμα αὐτῶν ὡς τὰ ἄστρα τοῦ
ὕρανου, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν
ἐπὶ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μνήσθητι, φησι, τὸ
πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίας· εἰ γὰρ καὶ αὐτοὶ ἐν
ἀξίῳ τυχεῖν τὸ ᾤξασθαι σου κινδυνεύοντες· ἀλλ'
ἐν δὲ τὴν ᾤξασθαι τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν
μεταβολὴν ᾤξασθαι ἵψ' κατηχόντων δευδόν-
ἀκρίβως γὰρ ἕπασθαι τὰ μὲν ταῦτα, ἰσα-
ελθῶμεν τοῖς ἀστροῖς καὶ τῇ ἐπὶ τὸ χεῖλος ἄμμο-
ν τὴν ἐπέκεινται ἀπογόνους ὑπέχει ποιήσῃ. μὴ
ᾤξασθαι, φησι, τὴν ἐπαγγελίαν κινδυ-
νεύσασαι.

λζ'. Ὅτι δέσποτα ἐσμικρῶθη-
μεν ᾤξασθαι πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐσμικρῶ-
θημεν ἐν πάσῃ τῇ γῆ σήμερον
διὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν.

pricij modum excogitauerat. contra eos qui
nil deliquerant.

CATE-
NA PA-
TRVM.

33. Et nunc non possumus ape-
rire os:

ANONYMI. Hoc est, Non possumus
liberè loqui de miraculis quæ olim conti-
gerunt.

Confusio & opprobrium facti su-
mus seruis tuis, & his qui colunt te.

ANONYMI. Calamitas enim aufert confi-
dentia quam in præteritis habuimus; quamob-
rè nunc opprobrijs affecti muti permanemus.

34. Ne, quæsumus, tradas nos in
* finem propter nomen tuum:

* Vulgata
perpetuum

ANONYMI. Ceterum cum nobis, inquit, sup-
plicia irrogaueris misericordiam tribue.

Et ne dissipes testamentum
tuum:

IOANNIS. Non quòd satis pœnarum dedi-
mus, sed propter nomen tuum. Vides ut hu-
ius maiorem quàm propriæ salutis habeant
rationem: cum enim in mortem seipso tradid-
issent, in teptidi hæc dicunt.

35. Neque auferas misericor-
diam tuam à nobis propter Abra-
ham dilectum * à te, & Isaac
seruum tuum, & Israël sanctum
tuum:

* Vulgata
tuum,

36. Quibus locutus es * quòd
multiplicares semen eorum sicut
stellas cæli, & sicut arenam quæ
est in littore maris:

* addit pol-
licens

ANONYMI. Memento, inquit, promiss-
ionis quam patribus fecisti: quamquam enim
ipsi digni non sumus ut abs te opem impetre-
mus; ob promissionem tamen nostris patribus
factam libera nos à malis quibus detinemur:
tu namque rerum futurarum exactè præsci-
us, pollicitus es te illorum posteròs multiplica-
turam ut astra cæli & arenam littoris mari-
ni. Ne despexeris, inquit, tuam promissio-
nem iam periclitantem.

37. Quia Domine imminuti su-
mus plus quàm omnes Gentes, fu-
musque humiles in vniuersa terra
hodie propter peccata nostra.

A NO-

CATE-
NA PA-
TRVM.

ANONYMI. Nunc, inquiunt, ad paucos redacti sumus. Cum enim omnes vbique terrarum pacati viuant, soli nos graues perferimus calamitates.

38. Et non est in tempore hoc Princeps, & Propheta, & Dux,

ANONYMI. Omnia, inquiunt, nobis contraria euenerunt, & neque Regem habemus secundum ordinem a te prafinitum: neque Vates diuino Spiritu afflatus nobis est qui futura prafdicat; neque Magistratus qui res communes administret; neque Sacerdos qui holocaustis diuinum imperium agnoscat, quiq; pro peccatis hostias offerat, vel alijs donis Deum honoret: neque est qui suauem odorem veluti honorem debitum Deo reddat.

EVDOKII PHILOSOPHI. Criminantur Ezechielem, & vituperant Danielelem. Neque est, inquiunt, Princeps, neque Vates, neque Dux qui suam munus exequatur, vt possit populum congregare, & hunc in ordinem redigere, & precibus placare: sed vnusquisque in feruitutem est redactus. Neque est aliquis qui iudicijs populi ordinem adhibeat, vt carnes nimirum odoratae permaneant incorruptae ad holocausta.

Neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus * offerendi primitias coram te, * & inueniendi misericordiam:

* *vulgata*
primitia-
rum
* *vt possi-*
mus inue-
nire mis-
ericordiam
tuam:

IOANNIS. Non solum, inquiunt, percussus sumus, verum etiam priuati sumus via per quam possimus salutem adipisci.

39. Sed in animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur.

40. Sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie,

Baruch 3,
1.

EIVSDEM. Quod & Baruch dixit, Spiritus in angustijs, & in anima anxia clamat ad te, ipsam calamitatum magnitudinem pro precibus afferimus, sic suscipiamur, sic exaudiamur.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Νυν, φησιν, εις ολιγο-
ς ες περιεσημεν. παντων γδ ηβ' απατα γε
ει ειρηνη δεχονται, αυτοι χαλεπας αντιλη-
μεν τας συμφορας.

λη. Καθ' οσον εστιν εν τω καιρω
ταυτω αραχων, και περισημεν, ε η-
γεμεμεν,

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Παντα ημεν, φησιν, εις
το εναντιον μεταβηθηται, και ετι και τω
ωσθ σε αειθμεισαν ταξιν ηχαρο βασιλια
ετι πνυματα φεροι παρ ημιν το μελλον λι-
γων. ε ηβ' κοινων περισημεται τω διοικη-
σιν ηχων. εχ' ιερους τοις ολοκαυτωμασι
ηνωριζων τω διαστοπια, αλλ' ωσθ αμαρ-
τηματων περισημεται δυσιας, ε ηρασιον
ετι εροι πσι δωροι. ε τη δωδια τω ορε-
λομηριω αναπτικτω ημεν.

ΕΥΔΟΚΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ. Καταλειφθη-
ζονται τε Γεζακην, απημειναι τον Δαυιδ.
αλλ' εκ εστι, φησιν, αρχων, και περισημεν, η
ηγεμεμεν το εμμε παιδι σωμαγαγην, το
εθνοσ ισχυων, ε ταπο συγκεστην διωμιαμασ,
και ε λιτατισ εξδωμριζωσ. αλλ' εσσοσ εν
αιχμαλωσια εστιν. αλων και εκ εστι ταξιν
επεχων τοις τε λαβ κειμεσιν, ηα δη τα
οδωδωτα ηβ' κρειων αφθαρτα δεχμενη απο
ολοκαυτωσισ.

Ουδὲ ὀλοκαύτωσις, ἔδ' εὐσία,
ἔδ' εὐσφορα, ἔδ' εὐμιαμα, ε
επ' εὐσ καρπασα ενωπιον σου,
και διεειν ελεε.

ΙΩΑΝΝΟΥ. Ου μόνον ἐπληρημεν, φη-
σιν, ἀλλὰ και τω οδον δι' ησ διωμιαμα της
ιαφειας τυχειν αφηρημεθα.

λθ'. Αλλ' εν ψυχῃ σωτε-
ρημεμεν και πνυματα ταπεινω-
σεωσ περισδεχθειμεν.

μ'. Ως εν ολοκαυτωμασι κρειων
η ταυρων, ε ως εν μυριασιν δωνων
πιωνων. ετασ ημεδα η δυσια ημειν
ενωπιον σου σημερον,

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οσπερ και ο βασιλεϋσ
φησι, πνυμα εν σνοισ, ε εν ψυχῃ ακηδω-
ση κειραγα περσ σι, αυτο το μεγαδοσ ηβ'
συμφορον αντι ιατηριασ περιεαλλομεθα,
ετασ δεχθειμεν, ετασ ακηδεθειμεν.

KAT

ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ. Αλλ' ἀντι τῆς ἐν τῷ ἱερῷ, φησιν, διαξίας δέξαι τὴν ἡμετέραν ἐνοταπεπόνητα ἰκασίαν, ἀντίρροπον τ' ἐν ἀλόγοις καρπώσεως θάμβος ἧς ἡμετέραν σωμάτων τὴν ὀλοκαύτωςον.

Καὶ ἐκτελέσαι ὅπως ἐν σοὶ ὅτι ἐστὶν αἰχμὴ τοῖς πεποιθόσιν Ἰπὶ σε.

ΤΟΥ ΑΙΤΟΥ. Τί ἐστὶ τὸ τοῦ τρεῖσι, μὴ τὸ ὀργισθῆναι, μὴ τὸ παραλιπῆν ἡμᾶς, μὴ τὸ ἀποσερῆσθαι ἡμᾶς τὸ ἐξ ὅπου ἐστὶν σε. Δὸς δὲ, φησι, καὶ δὲ βίβη τοῖς σοῖς κατακρούς γυμνάς.

μά. Καὶ νῦν ἐξακολουθήσω ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, ἕ φοβούμεθά σε,

ΤΟΥ ΑΙΤΟΥ. Διότι ἡμεῖς, ὡς ἀπλήστοι τοῖς πολλοῖς, πάσῃ δυνάμει δεδουκότις σε τὸ μεγαλεῖον τῆς ὡς σου ἀναμύρομεν κηδεμονίας.

Καὶ ζητήσω τὸ πρόσωπόν σου μὴ καταιχμῆς ἡμᾶς

ΕΥΔΟΞΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ. Ὡς ἐκ νεκρῶν ἀναδοθέντες ζῶντες, ὡς πυρὶ βαπτισθέντες, ὡς ἀπορρίψαντες καὶ ῥύπον ἀρνησάμενοι, καὶ πάντα μολυσμὸν εἰδωλολατρίας. Ἐπειδὴ γὰρ κατακολεθῆναι εἶπεν, εἰκότως καὶ νῦν προσώπων μέμνηται. ὁ γὰρ καλῶς κατακολεθῆσας, καὶ προσώπων ἀξιοῦται.

μβ. Ἀλλὰ ποιήθω μεθ' ἡμῶν καὶ τὴν Ἰπείκειαν σου, καὶ καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐλεῶς σου.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εὐθὺς γὰρ ἡ θεία τὸ σὺ προσώπων ἀφαιρῆται τὰ προσώπα ἧς σὺν διατῆς, ἀλλ' ἐ καταιχμῆς.

μγ. Ἐξελθὺ ἡμᾶς καὶ τὰ θανάσιά σου, ἕ δὸς δόξαν τῷ ὀνόματί σου κύριε

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τρεῖσι, μὴ δὲ ἀμαρτῶν τῆς εἰς σὲ ἐλπίδος, ἀλλὰ σωήθως τῆ σ' αὐτῆ φιλανθρωπία ἧς κηδύνων ἐξάρπασον, καὶ ὡς δὲ δόξας ἐλευθέρωσον ἧς κατεχόντων δεινῶν.

μδ. Καὶ ἐν τρεῖσι πείσασιν πάντες ἐνδεικνύμενοι τῶν δέλοις σε κακά

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐκ δὲ ἧς ἐναντίων τὸς ἐπὶ βίοντας ἡμῖν τὰς συμφορὰς δαμάρτην τῆς ἐν ἀνθρώποις παρρησίας ποί-

Tomvs III.

ET RVRSVS. Ceterum, inquit, pro pulchro illo ordine qui in templo seruatur accipe nostram in humilitate precationem, recipiens nostrorum corporum sacrificium pro hostia quæ de brutis animalibus offertur.

CATERINA PATRVM.

* Et perficiatur post te: quoniam non est confusio confidentibus in te.

* Vulgata Vr placeat tibi:

EIVSDEM. Quid est hoc? Id est, Post viam tuam, & postquam nos præterieris, & postquam nos reuersi fuerimus, hoc significat post te. Da autem, inquit, vt per totam vitam præceptis tuis obediētes simus.

41. Et nunc sequimur * in toto corde, & timemus te,

* Vulgata addit te

